

post divortium dos in 1 stipulationem deducatur, vel post 2 pubertatem tutelae actio novetur, si id specialiter actum est, quod nemo dixit lite 3 contestata: nempe 4 enim deteriore causam nostram facimus actionem exercentes, sed meliorem 5; ut solet dici in his actionibus, quae tempore vel morte finiri possunt.

De pignore.

30. IDEM lib. 5. Responforum.

PAULUS respondit, si creditor a Sempronio novandi animo stipulatus esset, ita ut a primo 6 obligatione in universum discederet; rursus eandem res a posteriore debitore sine consensu prioris obligari non posse.

De rei interitu. 1. De duobus reis credendi.

31. VENULEIUS lib. 3. Stipulationum.

SI rem aliquam dari stipulatus sum, deinde eandem sub conditione novandi animo ab eodem stipuler: manere 7 oportet rem in rebus humanis, ut novationi locus sit. nisi si per promissorem steterit, quominus daret. ideoque si hominem mihi dare te oporteat, & in mora fueris, quominus dares, etiam defuncto eo teneris 8: & si prius 9 quam decederet, cum 10 jam mora facta sit, eundem a te sub conditione stipulatus fuero, & servus postea decesserit, deinde conditio extiterit, cum jam ex stipulatu obligatus es mihi: novatio quoque fiet.

§. 1. Si duo 11 rei stipulandi sint, an alter jus novandi habeat, quaeritur: & quid juris unusquisque sibi adquisierit? fere autem convenit, & uni 12 recte solvi, & unum 13 iudicium petentem totam rem in litem 14 deducere; item unius 15 acceptilatione perimi utriusque obligationem: ex quibus colligitur, unumquemque perinde sibi adquisisse, ac si solus stipulatus esset, excepto eo, quod etiam factio ejus, cum quo commune jus stipulantis 16 est, amittere debitorem potest. Secundum quae si unus ab aliquo stipuletur: novatione quoque liberare eum ab altero poterit, cum id specialiter agit. eo magis cum eam stipulationem similem esse solutioni 17 existimemus. alioquin quid dicemus, si unus delegaverit creditori suo communem debitorem, isque ab eo stipulatus fuerit? aut mulier fundum jusserit doti 18 promittere viro, vel nuptura ipsi, doti eum promiserit? nam debitor ab utroque liberabitur.

De disjunctione.

32. PAULUS lib. 3. ad Neratium.

TE hominem, & Seium, decem mihi dare oportet; stipulor ab altero novandi causa ita, *Quod te aut 19 Seium dare oportet*: utrumque 20 novatur. Paulus, Merito: quia utrumque in posteriore deducitur stipulationem.

De donatione.

33. TRYPHONINUS lib. 7. Disputationum.

SI Titius donare mihi volens, delegatus a me creditori meo stipulanti spondit: non 21 habebit adversus eum illam exceptionem, ut, quatenus facere potest, condemnetur: nam adversus me tali defensione merito utebatur, quia donatum ab eo petebam, creditor autem debitum persequitur.

De filio vel servo. 1. De furioso vel prodigo. 2. De pluribus obligationibus simul novatis.

34. GAJUS lib. 3. de verborum obligationibus.

DUbitari non debet, quin filius, servusve, cui administratio 22 peculii permessa est, novandi quoque pecularia debita jus habeat 23: utique si ipsi stipulentur, maxime si etiam meliorem suam conditionem eo modo faciunt. Nam si alium jubeant stipulari, interest, utrum donandi 24 animo alium jubeant stipulari, an ut ipsi filio, servove negotium gerat: quo nomine etiam mandati actio peculio adquiritur. §. 1. Adgnatum furiosi aut prodigi curatorem, novandi 25 jus habere minime dubitandum est, si hoc furioso vel prodigo expedit. §. 2. In summa admonendi sumus nihil vetare, una 26 stipulatione plures obligationes novari: veluti si ita stipulemur, *Quod Titium & Seium mihi dare oportet, id dari spondit*? licet enim ex diversis causis singuli fuerant obligati, utriusque tamen novationis jure liberantur: cum utriusque obligatio in unius personam, a quo nunc stipulemur, confluat.

1 Adde l. 8. in fin. supr. h. t. 2 l. 9. supr. h. t. 3 Hoc exemplum est novationis judicialis. argum. l. 11. §. 4. l. 13. §. 4. *sup. de pignoris*. ita litis contestatione fit novatio judicialis. Ceterum, an privilegia primae actionis repetita intelligantur, in novante stipulatione, vide apud Bart. hic. 4 l. 139. *infr. de rep. jur. l. 8. supr. de compensat. l. 2. C. de annali except.* 5 Fiant enim perpetuae, quae temporariae erant. l. 9. §. 3. *sup. de jur. jur. l. 8. in fin. supr. de fidejuss. tutor.* 6 A prima. *vulg. Hal.* 7 l. 14. *sup. h. t. Goth. V. in hanc l. Cujac. l. 25. obs. c. 17. S. L.* 8 l. 50. *in fin. supr. de verb. obligat.* Imo, eo defuncto non teneor, cum ejus morte purgetur mora. l. 14. §. h. t. l. 72. §. 1. *infr. de solutionib.* 9 l. 91. *sup. de verb. oblig.* 10 Ut in l. 72. *infr. de solutionib.* 11 Vid. *Gædd. de contr. stip. c. 12. num. 9. & seq. Anf. Adde Joann. Robert. lib. 1. sent. jur. c. 25. S. L.* 12 l. 10. *sup. h. t.* 13 In iudicio petentem. *vulg. Hal. adde l. 2. supr. de duobus reis.* 14 Novatio haec necessaria. 15 l. 13. *in fin. supr. de acceptilatione.* 16 Stipulandi est admittere debitorem &c. *Hal.* 17 Acceptilatio solutioni comparatur. l. 7. §. 1. *in fin. supr. de liberat.* 18 Vid. quae notavi ad l. 79. *sup. de jure dot.* 19 Et ita legit Antonius Faber, 3. *conjectur.* 3. movetur autem, quod in alternativa stipulatione utraque res non continetur, nisi haecenus, ut alterutra praestetur, non etiam, ut utraque peti possit. 20 l. 26. *in fin. supr. h. t.* 21 V. l. 12. *sup. h. t.* 22 Peculii administratio cui permessa est, novare potest, ut hic, donare non potest, & tamen pactum de non petendo facere potest. l. 28. §. 2. *sup. de pact. l. 7. supr. de donat. potest etiam alienare & pignori dare. l. 18. in fin. supr. de pignorat.* Imo ne pignori quidem dare potest. l. 1. §. 1. *sup. quae res pignori solve. facti qualis est, quousque ei sit permittit peculium administrare. d. §. 1. An jurare & deferre juramentum potest? utique. l. 20. 21. supr. de jur. jur. An & delegare? potest. l. 48. in fin. supr. de peculio.* 23 Cur? Novare potest is, cui solvi potest. l. 10. *sup. h. t. l. 20. l. 21. supr. de jur. jur.* 24 Id enim non possunt. l. 28. §. 2. *sup. de pact. l. 1. §. 1. supr. quae res pign. l. 7. supr. de donat.* 25 Ad non dedicandi & donandi, vide quae notavi ad l. 12. *sup. de curator. fur. & al.* 26 Una novatione plures stipulationes novare possumus. 27 l. 8. C. 43. l. 11. tit. 39. 7. *Ecolg. tit. 6. ex lib. 26. tit. 5. Inst. quibus mod. toll. obligatio. in princ. 3. Extra. 23.* 28 l. 9. §. 1. *sup. h. t. l. 1. C. h. t. l. 21. C. de usur. 7. Ecolg. c. 1. Goth. Vide Cost. de quota & rata, qu. 124. num. 22. Menoch. lib. 3. praesumpt. 136. & de arbitrar. cas. 493. Anf.* 29 i. e. non in id debitum, quod est in controversia. Cujac. 5. *observ. 34. Contius, l. 1. c. 7. monet in pluribus locis dictionem Non praeposterari, ut in l. 71. supr. de adquirend. vel omitt. hered. in qua ut non iterum est, pro non, ut sterum, & τὸν αὐτὸν τὸν ἴσιν μὴ εἰς ἀναυθιστόν τ. 7. Ecolg. 6. ex lib. 26. tit. 5. c. 1. id est, ita tamen, ut non in id, quod extra controversiam est. sensus est: Debitor solvendo potest constituere, quod potius debitum solvitur velit: si non constituit, creditoris est constituere. Jam fingamus Titium ducenta Caio ex mutui causa debuisse: alia vero centum, vel ex negotio controversio, nondum tamen decio, ut ex causa fidejussionis, vel ex causa*

TIT. III. DE 27 SOLUTIONIBUS ET LIBERATIONIBUS.

Si debitor ex pluribus causis unum debitum solvat.

1. ULPIANUS lib. 43. ad Sabinum.

QUotiens quis debitor ex pluribus causis unum debitum solvit: est 28 in arbitrio solventis dicere, quod potius debitum voluerit solvitur; & quod dixerit, id erit solvitur. Possimus enim certam legem dicere ei, quod solvitur: quotiens vero non dicimus id quod solvitur sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum ferat: dummodo in id constituat solvitur, in quod ipse, si deberet, esset solvitur [quoque debito se exoneraturus esset, si deberet], id est 29, in id debitum, quod non est in controversia 30, aut 31 in illud, quod pro alio quis fidejusserat, aut cujus dies nondum venerat. æquissimum 32 enim visum est, creditorem ita agere rem debitoris, ut suam ageret. Permittitur ergo creditor 33 constituere, in quod velit solvitur; dummodo sic constituamus 34, ut in re sua constitueret: sed constituere in re praesenti, hoc est statim, atque 35 solvitur 36 est;

2. FLORENTINUS lib. 8. Institutionum.

DUm in re agenda hoc fiat, ut vel creditori liberum sit non accipere, vel debitori non dare, si alio nomine exsolvitur quis eorum velit:

3. ULPIANUS lib. 43. ad Sabinum.

Cæterum postea non permittitur. Hæc res efficit, ut in duriores 37 causam semper videatur sibi debere accepto ferre: ita enim & in suo constitueret nomine. §. 1. Quod si forte a neutro dictum sit: in his quidem nominibus, quæ diem, [vel conditionem] habuerunt, id videtur solvitur, cujus dies 38 venit:

4. POMPONIUS lib. 13. ad Quintum Mucium.

ET magis, quod meo 39 nomine, quam quod pro alio fidejussorio nomine debeo: & potius quod cum 40 pœna, quam quod sine pœna debetur: & potius quod satisfactio 41, quam quod sine satisfactio debetur.

1. De liberatione unius ex duobus fidejussoribus. 2. De sorte & usuris.

5. ULPIANUS lib. 43. ad Sabinum.

IN his vero, quæ praesenti die debentur, constat, quotiens indistincte quid solvitur, in graviores 42 causam videri solvitur. si autem nulla praegravet (id est, si omnia nomina similia fuerint), in antiquiorem 43. gravior videtur, quæ [&] sub satisfactio 44 videtur, quam ea, quæ pura 45 est. §. 1. Si duos quis dederit fidejussores, potest ita solvere, ut unum 46 liberet. §. 2. Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescriptis, cum distractis pignoris creditor pecuniam redigit 47, si sint usurae debita, & aliae indebita: quod solvitur in usuras, ad utramque 48 causam usurarum, tam debitarum, quam indebitarum pertinere. puta quaedam earum ex stipulatione 49, quaedam ex pacto 50 naturaliter debebantur. † Si vero summa usurarum debitarum, & non debitarum, non eadem sit, æqualiter 51 ad utramque causam proficit, quod solvitur est, non pro rata: ut verba rescripti ostendunt. † Sed si forte usurae non sint debita, & quis simpliciter solverit, quas omnino non eras stipulatus 52; Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescriptis 53, ut in sortem cedat. Eidem autem rescripto ita subjicitur: Quod generaliter constitutum est 54, prius in usuras nummum solvitur accepto serendum, ad eas usuras videtur pertinere, quas debitor exolvere cogitur 55: & sicut ex pacti conventionem datae repeti non possunt, ita 56 proprio titulo non numerata, pro solutis ex arbitrio percipientis non habebuntur. §. 3. Apud Marcellum lib. XX. Digestorum quaeritur, si quis ita caverit debitori, in sortem & usuras se accipere: utrum pro rata, & forti, & usuris decedat; an vero prius in usuras, & si quid superest, in sorte? Sed ego non dubito, quin hæc cautio in sorte 57, & in usuras, prius usuras admittat; tunc deinde, si quid supererit, in sortem cedat.

6. PAULUS lib. 4. ad Plautium.

NEc enim ordo 58 scripturae spectatur 59, sed potius ex 60 jure 61 sumitur id, quod agi videtur.

cujus dies nondum venerit. Fingamus etiam centum Caio a Titio numerata: creditor eo casu non potest in has postremas causas pecuniam acceptam imputare. Cur ita? quia si implemet in ea causa esset, nollet imputari: & merito: magis enim praesertim debiti non controverti, principalis & puri, quam controversi, quam accessorii, l. 97. §. 2. vel nondum praesertim solvendi causa solvitur, l. 3. in fin. §. h. t. tunc enim haec causae leviores. Praesertim autem in graviores & nos magis onerantem causam velle solvere. 30 Controversio. *vulgat.* 31 Haec in illud, quidam ita legunt; reprehenti a Cujacio, 5. *observatio. 32.* 32 Vide supra, ut quod quisque juris. 33 Creditori. *vulgat. Haloand.* 34 *Al.* constituit. 35 Quis & ante. l. 21. C. de usur. Hinc Cujacio, 13. *observ. 37.* colligit, Tutoris auctoritatem post negotium gestum posse interponi. 36 *Al.* est, debet. 37 l. 5. *infr. h. t.* 38 Dies jam venit. *vulgat. Haloand. l. 1. supr. h. t. l. 103. in fin. h. t.* 39 l. 1. *sup. h. t. l. 97. in fin. h. t.* 40 l. 7. *in fin. in fin. h. t. l. 5. in fin. supr. de ventre in possess.* 41 l. 5. *infr. h. t.* 42 l. 3. *sup. h. t. l. 89. in fin. in fin. h. t.* 43 l. 4. *in fin. supr. h. t. & sic graviores, l. 3. l. 4. supr. h. t. pura, d. l. 3. penultima, d. l. 4. satisfactio indebita obnoxia, d. l. 4. supr. h. t. antiquiora debita, ut hic. In dubio praesertimur exonerare. 44 An simplex, ut vult Accursius? an sine fidejussore, ut Pyrrhus? 45 l. 1. *sup. h. t. l. 24. l. 101. §. 1. in fin. h. t.* 46 Redegit. *vulgat. Hal.* 47 Id est, æqualiter omnibus summis. l. 55. *sup. de fidejuss.* 48 Usurae cum debentur partim ex stipulatione, partim ex pacto: pretium distractorum pignorum in utraque usuras æqualiter imputatur, tamen quantitas inæqualis sunt. 49 *Ecolg. tit. 5. c. 1. & 2. lib. 25. tit. 5. cap. 3.* 50 Naturaliter debetur, quod ex pacto debetur, vide l. 1. *sup. de pactis.* 51 l. 8. *infr. h. t.* Imo, non æqualiter est enim praesumptio, quemvis eas usuras potius solvere velle, quæ ex stipulatione debentur, quam quæ ex nudo pacto. *arg. l. 94. in fin. in fin. h. t.* 52 Quas debebas ex nudo pacto. 53 Sensus est, Usuras, quæ veluti ex pacto peti non poterant, si debitor simpliciter solverit, nulla mentione facta, quo nomine fiat solutio, in sortem eas dare videtur, *Ecolg. ibid.* 54 l. 48. *in fin. in fin. h. t. l. 1. C. h. t. l. 35. supr. de pign. l. 21. C. de usur.* 55 Ut pote ex stipulatione debitas. 56 Usurae sunt ex pacto datae repeti non possunt: ita si non datae sunt, quasi usurae, creditor dicere non potest se quasi usuras accepisse. *Ecolg. ibid.* 57 In sortem, & in usuras admittatur, sed prius in usuras, & tunc deinde &c. *vulg. Hal.* 58 Ordo scripturae non impedit causam juris, ac voluntatis: nec attenditur, ubi mens Legis certa est. l. 77. §. 12. *sup. de leg. 2. adde l. 14. supr. de peculio legato. l. 13. §. 15. supr. de damno. §. 34. Inst. de legatis. adde Bart. ad l. Gallus. §. 1. supr. de liberis. ad l. 9. §. prius. supr. de vulgaris.* 59 Imo ordo scripturae spectatur. l. 12. §. 3. *sup. de legat. l. 1. l. 14. supr. de legat. 2. l. 24. §. 17. supr. de fideic. libert. l. 1. supr. de poss. hered. pet. l. 1. supr. de fideic. hered. pet.* 60 Id est, juris dispositione. Atque ita primo voluntas contrahentium expressa: Secundo juris dispositio: Tertio ordo scripturae inspicitur, & sic voluntas tacita. 61 Ex usu & consuetudine.*

Si debitor ex pluribus causis unum debitum solvat.

7. ULPIANUS lib. 43. ad Sabinum.

SI quid ex famosa causa, & non famosa debeatur: id solum videtur, quod ex famosa causa debetur. Proinde si quid ex causa iudicati, [et non iudicati,] debetur, id putem solum: quod ex causa iudicati debetur: & ita Pomponius probat. Ergo si ex causa, quae infamatione crescit, vel poenali debetur: dicendum est, id solum videri, quod poenae habet liberationem.

8. PAULUS lib. 10. ad Sabinum.

ILLud non ineleganter scriptum esse Pomponius ait, si par 4 & dierum, & contractuum causa sit, ex omnibus summis pro 5 portione videri solum.

De seruo adjecto solutioni. 1. De solutione partis.

9. ULPIANUS lib. 24. ad Sabinum.

STipulatus sum, mibi aut Stichio seruo Sempronii solvi. Sempronius solvi non potest 6, quamvis dominus servi sit. §. 1. Qui decem 7 debet, partem 8 solvendo in parte obligationis liberatur 9, & reliqua quinque sola in obligatione remanent. Item qui Stichum debet, parte Stichi data in reliquam partem tenetur 10. Qui autem hominem debet, partem Stichi dando nihilominus hominem debere non 11 definit: denique homo adhuc ab eo peti potest: sed si debitor reliquam partem Stichi solverit, vel per actorem iteriter 12 quominus accipiat, liberatur.

De adjecto solutioni.

10. PAULUS lib. 4. ad Sabinum.

QUod stipulatus ita sum, mibi aut Titio? Titius nec petere, nec 13 novare, nec acceptum facere potest: tantumque ei solvi potest 14.

11. POMPONIUS lib. 8. ad Sabinum.

SI stipulatus fuero, Mibi, aut pupillo dare 15: promissor sine tutoris auctoritate solvendo pupillo, liberabitur 16 a me.

De procuratore. De adjecto solutioni. 4. De falso procuratore, & ratihabitione.

12. ULPIANUS lib. 30. ad Sabinum.

VERO 17 procuratori 18 recte solvitur. Verum autem accipere debemus eum, cui mandatum est vel specialiter 19, vel cui omnium negotiorum administratio mandata est. §. 1. Interdum tamen & non procuratori recte solvitur: utputa 20 cuius stipulationi nomen insertum est 21, si quis stipuletur sibi, aut Titio. §. 2. Sed & si quis mandaverit, ut Titio solvam, deinde veterit eum 22 accipere, si ignorans 23 prohibuit eum accipere, solvam, liberabor 24: sed si sciero, non liberabor. §. 3. Alia causa est, si mihi proponas stipulatum aliquem sibi, aut Titio. hic enim etsi prohibeat 25 me Titio solvere, solvendo tamen liberabor: quia certam conditionem habuit stipulatio, quam immutare 26 non potuit stipulator.

§. 4. Sed etsi non vero procuratori solvam, ratum 27 autem habeat dominus, quod solum est, liberatio contingit: rati enim habitio 28 mandato comparatur.

13. JULIANUS lib. 54. Digestorum.

Ratum autem habere dominus debet, cum primum certior factus est, sed hoc in παλάτι 29, [id est, cum laxamento & amplitudine,] & cum quodam 30 spatio 31 temporis accipi debet. sicut in legato cum de 32 repellendo 33 quaeretur, spatium quoddam temporis adsumitur, nec minimum 34, nec maximum: & quod magis intellectu percipi, quam ex 35 locutione exprimi posset.

1. De tutoribus, 7. Et curatoribus. 8. De pupillo.

14. ULPIANUS lib. 30. ad Sabinum.

QUod si forte quis ita 36 solvat, ut nisi ratum habeatur, condicat: si dominus solutionem ratam non habuerit, condictio ei, qui solvit, competit. §. 1. Sunt quidam tutores, qui honorarii 37 appellantur; sunt qui rei notitiae 38 gratia dantur; sunt qui ad hoc dantur, ut gerant 39: & hoc, vel pater 40 adjicit, ut unus (puta) gerat: vel voluntate 41 tutorum uni committitur gestus, vel Praetor 42 ita decernit. Dico igitur, cuiuscunque ex tutoribus fuerat 43 solum, etsi honorariis (nam & ad hos periculum pertinet) recte 44 solvi: nisi

I L. 97. infr. h. t. l. 104. J. de reg. jur. 2 Ex ea adione, quae adversus confidentem in simplicium, ex infamatione crescit in duplum, ut est Aquilia. l. 23. in fin. supr. ad l. Aquil. 3 l. 4. supr. h. t. l. 97. infr. h. t. 4 Alias, si impar, ex veteri obligatione solum videtur. vide quae notavi ad l. 4. supr. h. t. 5 Subaudi, dimidia, vel pro rata debiti cuiuslibet. 6 Quia solvi adjecto, aut mihi potest. l. 55. supr. de verb. obl. 7 Et sic quantitate. 8 Partis solutio liberat a parte obligationis quantitate continentis. 9 Non summo iure, sed ex aequitate: id enim si admittitur, lites dimittunt certum erit. l. 21. in fin. supr. de reb. cred. An id perpetuo verum sit, vide Hotom. 20. infr. quae. 10 Imo, qui partem Stichi dederit, in nulla parte se liberat. l. 2. §. 2. supr. de verb. oblig. 11 d. §. 2. l. 85. §. 4. supr. de verb. obl. 12 l. 72. infr. h. t. 13 Adjectus solutionis cautus, ius petendi, novandi, & accepto ferendi non habet. 14 V. l. 59. infr. h. t. l. 44. §. 4. supr. de obl. §. 4. vers. plane. Infr. de inutil. 15 Dari. vulg. 16 Erat igitur obligatus? Imo, non erat. arg. l. 68. in fin. infr. h. t. 17 Etiam morientis. Pileus qu. 14. aliud si fallio. l. 8. C. de cond. indeb. l. 19. C. de furtis. 18 V. l. 34. infr. h. t. 19 Verus procurator dicitur, specialis, vel omnium negotiorum. l. 17. §. 16. infr. de injur. Goth. Vide l. 86. infr. h. t. & ibi notat. Anl. 20 El, cuius vulg. 21 Id est, adjecto solvi potest, etiam si non sit procurator specialis, aut omnium bonorum. l. 10. supr. h. t. 22 Titium sc. 23 Si priusquam scirem mandatum revocatum. Mandatarius, & procurator ignorans mandatum revocatum, iuste solvit. l. 38. §. 1. infr. h. t. l. 17. supr. de off. Praef. l. 41. supr. de reb. cred. l. 12. supr. de SC. Maced. l. 15. supr. mandati. §. 10. Infr. de mandat. 24 Imo, ignorantia ei, qui prohibuit est aliquid facere, non prodest. l. 4. supr. de manum. vindicta. 25 Possim enim invito stipulatore ei, qui adjectus est solutionis causa, solvere. l. 106. J. h. l. §. 2. Infr. de inut. stipulat. 26 Libertatem semel reo quaesitam creditor (eo invito) mutare non potest. 27 l. 58. l. 106. in pr. infr. h. t. 28 Ratihabitione mandato comparatur. l. 6. §. 9. supr. de negotiis. l. 46. supr. de iudicis. l. 1. §. 14. supr. de vi. l. 60. l. 142. §. 2. infr. de reg. jur. vid. l. 7. in fin. C. quod cum eo. 29 Hoc quid sit vid. l. 28. supr. de probat. l. 12. §. 2. infr. ratam rem hab. adde quae scripti de verbo παρρησιας, ad l. 2. supr. quib. ex caus. in poss. eatur. 30 Adde l. 137. §. 2. §. 3. supr. de verb. oblig. 31 l. 137. §. 2. supr. de verb. obl. 32 Vel de eo praestando. l. 1. §. 8. supr. ad l. Falcid. l. 20. in fin. supr. de statulib. 33 Quo quid magis accedit ad medium, eo melius est: & quo magis recedit, eo est peius. Aristot. 4. Politic. & Martialis. 1. Epigr. 49. Illud quod medium est, atque inter utrumque, probatur. 34 Quam elocutionem vulg. Hal. Cur ita? quid aequum sit, aut quando mora committatur, melius intelligi potest. quam scribi. l. 32. supr. de usur. l. 7. §. 3. supr. de curat. furios. & alis. vid. l. 14. supr. de divers. temp. 35 l. 14. supr. de cond. causa data, adde l. 2. supr. & l. 3. C. de cond.

interdicta eis fuerit a Praetore administratio. nam si interdicta est, non recte solvitur. Idem dico, & si quis sciens suspectis postulatis solvat: nam iis interim 45 videretur interdicta administratio.

§. 2. Quod si remoto solvit, ei [solvit] qui tutor esse defierat: [et ideo] non liberabitur. §. 3. Quid ergo, si ei solvit, in cuius locum curator erat constituendus, utputa relegato in perpetuum 46, vel ad tempus? Dico, si ante solvit, quam substitueretur curator, oportere liberari. §. 4. Sed etsi abfuturo Reipublica causa solvit, recte solvit. quinimo & si absentis: si modo non est alius in locum eius substitutus 47.

§. 5. Sive autem legitimi sunt, sive testamentarii, sive ex inquisitione dati: recte vel uni solvitur. §. 6. Ei qui notitiae 48 gratia datus est, an recte solvatur, videndum est: quia ad 49 instruendos contutores datur. Sed cum tutor sit, nisi prohibuit fuerit ei solvi 50, puto liberationem contingere. §. 7. Curatori quoque furiosi recte solvitur; item curatori sibi 51 non sufficientis, vel per 52 aetatem, vel per aliam justam causam: sed & pupilli 53 curatori recte solvi constat. §. 8. Pupillum sine tutoris auctoritate nec 54 solvere posse palam est: sed si dederit nummos, non 55 fient accipientis, vindicarique poterunt. plane si fuerint consumpti, liberabitur.

15. PAULUS [lib. 6. ad Sabinum].

PUPILLO 56 solvi 57 sine tutoris auctoritate non potest. Sed nec delegare 58 potest: quia nec alienare 59 ullam rem potest. si tamen solverit ei debitor, & nummi salvi 60 sint 61, petentem pupillum doli mali exceptione debitor summovebit.

De debitore sub conditione.

16. POMPONIUS [lib. 15. ad Sabinum].

SUB conditione debitori si 62 acceptum feratur, postea conditione existente intelligitur jam olim liberatus. Et hoc etiam si solutio re fiat, accidere Aristo dicebat. scripsit enim, si quis, [qui] sub conditione pecuniam promisit, dedit eam ea conditione, ut si conditio extitisset, in solum cederet: existente conditione liberari eum, nec obtinere, quod ante 63 ejus pecunia facta est.

Si procurator suo nomine solverit.

17. IDEM [lib. 19. ad Sabinum].

CASSIUS ait, si cui pecuniam dedi, ut 64 eam creditori meo solveret, si suo 65 nomine dederit, neutrum liberari: me, quia non 66 meo nomine data sit: illum, quia alienam 67 dederit. ceterum mandati 68 eum teneri. sed si 69 creditor eos nummos sine dolo malo consumsisset, is, qui suo nomine eos solvisset, liberatur: ne, si aliter observaretur, creditor in lucro versaretur.

De dispensatore manumisso, si quis vetet eum accipere, cui solvi iusserat.

18. ULPIANUS [lib. 41. ad Sabinum].

SI quis seruo pecuniis 70 exigendis praeposito solvisset post 71 manumissionem 72, si quidem ex contractu domini 73, sufficet, quod ignoraverit 74 manumissum. Quod si ex causa peculiari, quamvis scierit manumissum; si tamen ignoraverit ademptum 75 ei peculium, liberatus erit. Utroque autem casu manumissus 76, si intervertendi causa id fecerit, furtum domino facit 77. Nam & si debitori meo mandavero, ut Titio pecuniam solveret, deinde Titium vetero accipere, idque ignorans debitor Titio simulanti se procuratorem solverit: & debitor liberabitur, & Titius furti actione tenebitur.

De servo.

19. POMPONIUS lib. 21. ad Sabinum.

FUGITIVUS meus, [cum pro libero se gereret], nummos mihi subreptos credidit tibi. obligari 78 te mihi Labco ait: & si eum liberum existimans solveris 79 ei, liberari te a me 80; sed si alii solvisses iussu ejus, vel is 81 ratum habuisset, non liberari: quia priore casu mei nummi facti essent, & quasi mihi solum intelligeretur. Et ideo servus meus, quod peculiari nomine crediderit, exigendo liberabit debitorum: delegando autem, vel novando 82, non idem conferebatur.

De pignore.

20. IDEM lib. 22. ad Sabinum.

SI rem meam quae pignoris 83 nomine alii esset obligata, debitam tibi solvero, non liberabor: quia 84 avocari 85 tibi res possit ab eo, qui pignori accepisset.

Indeb. 37 De quibus vid. l. 26. §. 1. 3. de testam. tut. l. 3. §. 2. 3. de admin. & perc. tut. 38 Qui sunt, vid. §. 6. infr. h. t. l. 32. §. 1. supr. de testam. tut. l. 1. C. de perc. tut. 39 Ut l. 3. §. 1. l. 47. supr. de admin. & perc. tut. §. 1. Infr. de satisd. tut. 40 d. l. 3. l. 47. & d. §. 1. 41 d. §. 1. 42 d. §. 1. 43 Fecit vulg. Hal. 44 Tutori qualicumque (legitimo tamen) recte solvitur: nisi interdicta sit ei administratio a praetore, vel suspectus sit. l. 45. §. 5. supr. de admin. & perc. tut. Goth. Vid. Azon. Accurs. & Bartol. ad l. etsi plurib. supr. de auct. tut. Anl. 45 Ei, qui suspectus postulatus est, administratio interdicitur. §. 7. Infr. de suspect. l. 7. C. de suspect. 46 l. 29. supr. de excusationib. l. 9. §. 6. supr. de tutela & rationib. 47 l. 7. in fin. supr. de curat. furios. 48 Vid. §. 1. supr. h. t. 49 Tutores notitiae gratia dantur ad instruendos contutores. 50 Imo, non solvitur. dixi ad l. 4. supr. de auctoritate tut. 51 Id est, ejus qui rebus suis administrandis non sufficit. 52 l. 4. in fin. infr. rem pupilli. 53 l. 9. §. 2. supr. de auct. tut. 54 l. 29. supr. de cond. indeb. §. ult. in pr. & fin. Infr. quib. alien. non licet. 55 l. 23. supr. de pact. Cicer. in Topicis, loco a differentia. §. 2. Infr. quib. alien. 56 Dari tamen recte potest. d. §. ult. 57 l. 48. in fin. supr. de pecul. l. 20. in fin. supr. de novation. 58 l. 23. §. 2. supr. de pact. l. 7. supr. de donationib. §. 2. Infr. quib. alien. non licet. 59 d. §. 2. vers. fin. autem auster. 60 l. 12. infr. de acceptil. 61 l. 137. §. 6. in fin. supr. de verb. obl. 62 Adde l. 25. supr. de donat. 63 l. 82. supr. de iure dot. 64 Non eo nomine. 65 l. 47. in fin. supr. mandati. 66 Adde l. 12. §. 10. supr. mandati. 67 l. 94. infr. h. t. 68 Vide l. 62. infr. h. t. 69 l. 32. infr. h. t. l. 41. supr. de reb. cred. 70 Hinc oritur causa dubitandi; tunc enim solvens debitor videtur ei, cuius mandatum tacite revocatum est. solvere. vid. l. 41. §. 2. de reb. cred. 71 Fingamus eum Kalendarium tacite revocatum esse. solvere. 72 Per servum fugitivum acquiritur domino obligatio & dominium. 73 Solutio facta seruo fugitivo ab ignorante, eum liberat. 74 Eo casu mihi acquirere dominium. 75 l. 12. C. h. t. 76 Vide l. 25. supr. de novationib. 77 l. 69. l. 98. infr. h. t. 78 Id est, qui rem alteri obligatam solvit, res illa avocari tibi potest: nisi liberat solventem, nisi quod creditori solum ei avocari non potest. 79 l. 1. C. si antiquior creditor. De

De stipulatione, quanto minus ab illo exigetur.

21. PAULUS lib. 10. ad Sabinum.

SI decem stipulatus a Titio, deinde stipuleris a Seio, quanto ¹ minus ab illo consecutus sis: etsi ² decem petieris a Titio, non tamen absolvitur Seius. quid enim, si condemnatus Titius nihil facere potest? sed etsi ³ cum Seio prius egeris, Titius in nullam partem liberatur: incertum quippe est, an omnino Seius debitor sit. denique si ⁴ totum Titius solverit, nec debitor fuisse videbitur Seius: quia conditio ejus deficit.

De filiofamilias.

22. ULPIANUS lib. 45. ad Sabinum.

FILIOfamilias patre invito debitorem ejus liberare non potest: adquirere enim obligationem potest, diminuere non potest.

Quibus casibus invitus vel ignorans liberatur.

23. POMPONIUS lib. 24. ad Sabinum.

SOLUTIONE ⁶, vel iudicium pro nobis accipiendo ⁷; & inviti & ignorantes liberari ⁸ possunt ⁹.

De fidejussore duorum.

24. ULPIANUS lib. 47. ad Sabinum.

UBI fidejussor pro duobus dena fidejussit, obligatus est in viginti: & si quinque solverit, videamus, quem ex reis relevet ¹⁰ in quinque: erit ille relevatus, de ¹¹ quo actum est: aut si non appareat, antiquius ¹² debitum erit inspiciendum. † Idem, & si quindecim sint soluta, si quidem appareat quid actum sit, in decem; & aliunde, quinque erunt relevata: si vero non appareat, ex antiquiore contractu decem, ex alio quinque erunt relevata.

De herede ex parte, totum solvente.

25. POMPONIUS lib. 31. ad Sabinum.

EX parte ¹³ heres institutus, si decem, quæ defunctus promiserat, tota solvit, pro parte quidem, qua heres est, liberabitur; pro parte autem reliqua, ea condicet. sed si antequam condicat, ei adcreverit ¹⁴ reliqua pars hereditatis, etiam pro ea parte erit obligatus: & ideo condicenti indebitum doli mali exceptionem obstat exitimo.

De pignore vendito.

26. IDEM lib. 25. ad Sabinum.

SI creditor fundum pignoratitium vendiderit, & quantum ¹⁵ ei debebatur, receperit: debitor liberabitur. † Sed etsi acceptum ¹⁶ emptori pretium tulisset creditor, vel ab eo stipulatus esset, debitor nihilominus liberatur: sed si servus pignoratus a creditore venerit, quamdiu redhiberi possit, non liberabitur debitor, sicut in quolibet pignore vendito, quamdiu res inempta fieri possit.

Si quid desit juri rei soluta.

27. ULPIANUS lib. 28. ad Edictum.

ETIAM circa stipulationem ¹⁷, & ex testamento ¹⁸ actionem, si res tradita fuerit, quæ debebatur, quamdiu aliquid juri rei deest ¹⁹, adhuc tamen ipsa res petenda est: utputa possim fundum petere, licet mihi traditus sit, si jus quoddam cautionis supererit ²⁰.

De pro tutore.

28. PAULUS lib. 38. ad Edictum.

DEBITORES solvendo ei, qui pro tutore negotia gerit, liberantur, si ²¹ pecunia in rem pupilli pervenit.

De obligatione dividua vel individua.

29. ULPIANUS lib. 38. ad Edictum.

CUM Stichus & Pamphilus communi servo promissi sunt, non ²² alteri Stichus, alteri Pamphilus ²³ solvi [non ²⁴] potest, sed dimidiæ ²⁵ singulorum partes debentur. † Idemque ²⁶ est, si quis aut duos Stichos, aut duos Pamphilos, dari promissit, aut communi duorum servo homines decem ²⁷ dare promissit. nam ambigua vox est decem homines, quemadmodum decem denarii, atque utriusque rei ²⁸ dimidium duobus modis intelligi potest. Sed in nummis & oleo, ac frumento & similibus, quæ communi ²⁹ specie continentur, apparet ³⁰ hoc actum, ut numero dividatur obligatio: quatenus & commodius promissori stipulatoribusque est.

1 V. l. ult. supr. de reb. cred. l. 116. supr. de verb. obl. Hæc stipulatio subsidiaria est. 2 Id est, petitio facta reo principali in solidum obligato non liberat eum qui tenetur in subsidium. 3 Petitio facta ei qui tenetur in subsidium, non eum liberat qui principaliter tenetur. 4 Principali solvente, is qui tenetur in subsidium, plene liberatur. 5 Factio filii non nocet patri agere volenti. l. 3. §. 4. supr. quod quisque. l. 30. supr. de pactis. l. 23. C. de pactis. vid. l. 7. C. de reb. cred. 6 l. 40. l. 53. infr. h. t. l. 39. supr. de negotiis. l. 1. §. 24. supr. de exercitor. Inst. quib. mod. tollit. oblig. in princ. h. t. l. 10. §. 1. supr. de in rem vers. l. 20. supr. de interrogat. l. 8. in fin. l. 11. in fin. supr. de novat. 8 Ab altero: at non ei obligari. 9 Imo, iniquum est factio alieno liberari. vid. l. 8. in fin. supr. de negot. 10 Relevare, Galli de charger. adde de hoc verbo l. unie. C. de collat. donator. vel relevat. lib. 10. tit. 28. 11 Adde l. 5. in fin. supr. h. t. l. 89. infr. h. t. 12 d. l. 89. in fin. 13 Adde l. 18. supr. de interrogat. l. 14. 14 Pars debitoris aderecens creditori, tollit actionem ipsius creditoris. 15 Alias fecus. l. 28. supr. de reb. cred. l. 9. in fin. supr. de distract. pign. l. 10. C. de obl. & act. 16 Sicut vera pretii acceptio liberat debitorem, ita & facta: dummodo sit a Lege probata, ut acceptilatio. §. 1. Inst. quib. mod. toll. 17 l. 131. in fin. supr. de verb. obl. 18 l. 5. supr. de act. empt. l. 49. §. 6. supr. de leg. 1. 19 Deest, quoties deterior quam oportet, datur. l. 3. §. 1. supr. commodati. & ita de reliquis conveniri potest. d. l. 5. d. l. 49. 20 Demus servum alienum traditum, statuliberum, vel nondum noxa solutum. l. 72. §. pen. infr. h. t. 21 Solvens minus legitimo administratori, liberatur, si res in domini utilitatem sit conversa. adde l. 31. in fin. supr. de hered. pet. adde casum l. 96. infr. h. t. 22 Hæc negatio deest in vulgata editione, sed tamen nihil interest hic, an posteriori loco, J. negationem ponas, dummodo non gemines. Goth. Vid. in hanc leg. Goedd. de contrah. stipulat. cap. 6. num. 290. Anf. 23 Pamphilus, alteri Stichus, alteri Pamphilus solvi non potest. Continus ita legit. 24 Hæc negatio est hic delenda, si superior retineat: ha minus, hic retinenda est. vid. Robertum 1. animadvert. 21. 25 Sensus est: Si Stichus & Pamphilus promittuntur communi servo, inter dominos & heredes unus domini specie fit divisio, non numero: dimidia singulorum singulis debetur. vide l. 45. supr. de verb. obl. 26 Idemque non est. Cujac. ad l. 54. supr. de verb. obl. reprehensus a Roberto 1. recept. 36. & 2. animadvert. 21. detentus ab Antonio Mercatore, 2. not. 21. Sensus est: Stichus & Pamphilus promissis, specie fit divisio, non numero; duobus Stichis & Pamphilis, aut decem promissis, numero, non specie, fit divisio: idque confirmat lex 54. lex 117. supr. de verborum obligat. Hujus lectionis ratio pendet ex eo, quod cum duo Stichis promittuntur, promittuntur adjectione numeri, res in ambiguitatem incidat, numero debeant Stichis dividi, non specie: Numeri divisio commodius est promissori & stipulatoribus: hanc igitur amplectimur in ambiguo: nam & eandem am-

De oblatione.

30. IDEM lib. 51. ad Edictum.

SI debitor offerret pecuniam quæ peteretur, creditor nollet ³¹ accipere: Prætor ei denegat actiones.

De operis. De obligatione, quæ consistit in non faciendo, & de fidejussore.

31. IDEM lib. 7. Disputationum.

INTER artifices longa ³² differentia est ³³ & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis ³⁴. Ideo si navem a se fabricandam, quis promiserit, vel insulam adificandam, fossamve faciendam, & hoc specialiter actum est, ut suis operis id perficiat: fidejussor ipse ædificans vel fossam fodiens, non consentiente stipulatore, non ³⁵ liberabit ³⁶ reum. Quare etiam si illis stipulationibus fidejussor accesserit, Per ³⁷ te non fieri, quominus mihi ire agere liceat, prohibens ire fidejussor, stipulationem non committit: & si patientiam præstet ³⁸, non efficiet, quominus committatur stipulatio.

De servo. De morte ejus, qui jusserat alii solvi.

32. JULIANUS lib. 13. Digestorum.

SI servus peculiari ³⁹ nomine crediderit, eique debitor, cum ignoraret ⁴⁰, dominum mortuum esse, ante aditam hereditatem solverit: liberabitur. † Idem juris erit & si manumisso ⁴¹ servo debitor pecuniam solverit, cum ignoraret ei peculium concessum ⁴² non esse.

† Neque intererit, vivo, an mortuo domino pecunia numerata sit: nam hoc quoque casu debitor liberatur. sicut is, qui jussus est a creditore pecuniam Titio solvere, quamvis creditor mortuus fuerit, nihilominus recte Titio solvit: si modo ignoraverit creditorem mortuum ⁴³ esse.

De evictione, de statulibero. 1. De homine vulnerato.

33. IDEM lib. 52. Digestorum.

QUI sibi, aut Titio ⁴⁴ fundum dari stipulatus est, quamvis fundus Titio datus fuerit; tamen si postea ⁴⁵ evictus est, habet actionem: quemadmodum si hominem stipulatus esset, & promissor statuliberum ⁴⁶ Titio dedisset, isque ad libertatem pervenisset.

§. 1. Qui Stichum aut Pamphilum dari promissit, si Stichum vulneraverat ⁴⁷, non magis eum dando liberatur, quam si solum Stichum promississet, & a se vulneratum daret. † Item qui hominem dari promissit, & vulneratum ⁴⁸ a se offert, non liberatur. Judicio quoque accepto, si hominem is cum quo agetur, vulneratum a se offert, condemnari debet. Sed & ab alio vulneratum si det, condemnandus erit: cum possit alium dare.

De conditione indebiti. 1. Si homo debeatur. 2. De alternatione. 3. De servo omnibus negotiis præposito. 4. De falso procuratore. 5. De servo fugitivo. 6. De dote. 7. De eo qui jussit alii solvi cui donare volebat. 8. Si debitor successerit creditori. 9. De prædote. 10. De solutione partis. 11. De exceptione perpetua, & conditione indebiti.

34. IDEM lib. 54. Digestorum.

QUI hominem ⁴⁹ aut decem tibi aut Titio ⁵⁰ dari promissit, si Titio partem hominis tradiderit, mox tibi decem numeraverit: non Titio, sed tibi partem hominis condicet ⁵¹ (quasi indebitum tua voluntate Titio solverit). † Idemque juris erit, etiam si mortuo Titio decem solverit: ut tibi potius, quam heredi Titii partem hominis condicat.

§. 1. Si duo rei stipulandi hominem ⁵² dari stipulati fuerint, & promissor utrique partes diversorum hominum dederit ⁵³: dubium non est quin non liberetur. † Sed si ejusdem hominis partes utrique dederit, liberatio contingit. quia obligatio communis efficiet, ut quod duobus solutum est, uni ⁵⁴ solutum esse videatur. Nam ex contrario cum duo fidejussores hominem dari sponderint, diversorum quidem hominum partes dantes non liberantur: at si ejusdem hominis partes dederint, liberantur. §. 2. Stipulatus sum decem tibi aut hominem ⁵⁵ Titio dari: si homo Titio datus fuisset, promissor a me liberatur: & antequam homo daretur, ego decem petere possum.

§. 3. Si Titium omnibus negotiis meis præposuero ⁵⁶, deinde vetero eum ignorantibus ⁵⁷ debitoribus administrare negotia mea: debitores ei solvendo, liberabuntur. nam is qui omnibus negotiis suis aliquem proponit, intelligitur ⁵⁸ etiam

plectimur, cum decem aurei sunt promissi; quo casu eadem existit ambiguitas. Singula corpora numerorum, an numerus debeat dividi, vide Cujac. ibid. 27 Joannes Bostianus veteris interpretis, ut & Accurtius & Joannes Robertus, putant hic agi de promissione certorum hominum, legem vero 117. supr. de verb. obligat. loqui de incertis, atque ita conciliant hanc legem cum d. l. 117. eo scilicet sensu, centum hominibus incertis promissis numero dividi obligationem: certis centum promissis, specie non numero divisionem fieri. Id Cujac displicet 15. observat. 24. movetur, quod hic fiat mentio decem hominum, ergo incertorum. verba igitur eam interpretationem non ferre. An forte sententia Legis id inquirat? ne id quidem: nam in denariis, de quibus J. h. t. competum jus est numero divisionem fieri. Idem igitur statim debet in hominibus: nam & hi & illi communi & promissa specie continentur, non propria. Parera enim utrum omnes denarii, omnes servi præstant in suo genere. vide Cujac. ibid. & Antonium Mercatorem 2. notat. 2. in fin. 28 Alii remedium. 29 Vide hic Albericum, 30 Juris interpretatione. 31 Nolenti accipere debitum, quod offertur, actio denegatur. l. 72. infr. h. t. 7. Eclog. 5. cap. 26. 32 Imo exigua differentia est. l. 13. in fin. C. de contr. stipul. 33 l. 26. §. 12. supr. de cond. indeb. adde l. 12. supr. de legat. 3. 34 Et nationis. l. 31. §. 21. supr. de adil. edict. 25 Adde l. 11. in fin. supr. de leg. 3. l. 39. in fin. supr. de statulib. 36 Nec se. 37 l. 49. §. 1. supr. de verb. obl. 38 Reus non prætor. 39 l. 35. infr. h. t. 40 l. 18. §. 1. h. t. l. 41. supr. de reb. cred. 41 l. 14. in fin. supr. de oblig. 42 l. 26. §. 8. supr. de cond. indeb. l. unie. C. de pecul. ejus. 43 l. 26. §. 1. supr. mandat. l. 19. §. 3. supr. de donat. 44 Id est, adjecto. 45 Solutio facta adjecto rei, quæ postea evincitur, aut in libertatem eripitur, non liberat solventem a pristina actione. l. 46. l. 98. infr. h. t. l. 61. supr. de evict. l. 131. §. 1. supr. de verb. obl. 46 l. 63. supr. de cond. indeb. 47 Al. vulneraverit. 48 l. 9. §. 3. supr. ad exhibend. vid. l. 3. §. 1. l. 19. §. 1. supr. commodati. l. 1. §. 16. supr. depositi. aut occitem. l. 23. l. 91. supr. de verb. obl. 49 In alternativa solutio partis facta adjecto, non liberat solventem. 50 Id est, adjecto. 51 l. 59. in fin. infr. h. t. hinc colligit Baldus, Solutas indebite usuras, non ad institor, sed a domino repeti. 52 In genere. 53 Et male: nec enim ita solvi potest. l. 23. in fin. l. 26. supr. de cond. indeb. l. 11. §. 1. l. 15. supr. de legat. 2. l. 85. §. 4. supr. de verb. obl. 54 Ratione communionis duo reputantur ut unus. 55 Id est, rem aliam quam mihi. l. ult. §. 5. supr. de verb. obl. 56 Vid. l. 12. supr. l. 49. infr. h. t. adde Paul. 4. sent. §. 5. unie. in fin. 57 Generali procuratori ignoranti mandatum a debitore revocatum possumus solvere. 58 Præpositus omnibus negotiis intelligitur quoque præpositus ad solutionem acceptandam. l. 11. supr. de pact. l. 7. §. 1. supr. quib. modis pign.

debitoribus mandare, ut procuratori solvant. §. 4. Si nullo mandato intercedente, debitor falso existimaverit voluntate mea pecuniam se numerare: non liberabitur. & ideo procuratori, qui se ultro alienis negotiis offert, solvendo nemo liberabitur.

§. 5. Et cum fugitivus qui pro libero se gerebat, rem vendidisset, responsum est, emptores fugitivos solventes a domino liberatos non esse.

§. 6. Si gener focero ignorante filia dotem solvisset, non est liberatus: sed condicere focero potest, nisi ratum filia habuisset. & propemodum similis est gener ei, qui absentis procuratori solveret: quia in causam dotis particeps, & quasi socia obligationis patri filia esset.

§. 7. Si debitorem meum jussero pecuniam Titio dare, donaturus ei, quamvis Titius ea mente acceperit, ut meos nummos faceret: nihilominus debitor liberabitur. Sed si postea Titius eandem pecuniam mihi dedisset, nummi mei fient.

§. 8. Quidam filiumfamilias a quo fidejussorem acceperat, heredem instituerat. Quæsitum est, si jussu patris adisset hereditatem, an pater cum fidejussore agere possit? Dixi, quotiens reus satisfaciendi, reo satis accipiendi heres existeret, fidejussores ideo liberari: quia pro eodem apud eundem debere non possent.

§. 9. Si prædo id, quod a debitoribus hereditariis exegerat, petenti hereditatem restituerit: debitoribus liberabuntur.

§. 10. Si decem aut hominem dari stipulatus fuero, & duos fidejussores accepero, Titium & Mævium, & Titius quinque solverit: non liberabitur prius quam Mævius quoque quinque solvat. quod si Mævius partem hominis solverit, uterque obligatus remanebit.

§. 11. Qui perpetua exceptione se tueri potest, solutum repetit: & ideo non liberatur. Quare si ex duobus reis promittendi alter pepigerit, ne ab eo peteretur: quamvis solverit, nihilominus alter obligatus manebit.

De servo.

35. ALFENUS VARUS lib. 2. Digestorum a Paulo epitomatorum.

Quod servus ex pecullo suo credidisset, aut deposuisset: id ei, si venisset, sive manumissus esset, recte solvi potest: nisi aliqua causa intercederet, ex qua intelligi possit, invito eo cuius tum is servus fuisset, ei solvi. Sed si quis dominicam pecuniam ab eo fœneratus esset, si permisso domini servus negotium dominicum gessisset, idem juris est: videtur enim voluntate domini, qui cum servo negotium contraheret, & ab eo accipere, & ei solvere.

Si ejus qui uxorem prægnantem reliquit, filius totum debitum hereditarium petat.

36. JULIANUS lib. 1. ad Urseium Ferozem.

Si pater meus prægnante uxore relicta decesserit, & ex causa hereditaria totum hoc, quod patri meo debitum fuisset, petissem: nihil me consumpsisse quidam existimant. si nemo natus sit, recte me egisse: quia in rerum natura verum fuisset, me solum heredem fuisse. Julianus notat: Verius est me eam partem perdidisse pro qua heres fuisset, antequam certum fuisset neminem nasci: aut quartam partem, quia tres nasci potuerunt: aut sextam, quia quinque. nam & Aristoteles scripsit quinque nasci posse: quia vulvæ mulierum totidem receptacula habere possunt: & esse mulierem Romæ Alexandrinam ab Ægypto, quæ quinque simul peperit, & tum habebat incolumes; & hoc & in Ægypto adfirmatum est mihi.

Si fidejussor partem solverit.

37. IDEM lib. 2. ad Urseium Ferozem.

Quotiens unus ex fidejussoribus suam partem solvisset, tanquam negotium reo gessisset, perinde habendum est, ac si reus ipse unius fidejussoris partem solvisset: sed tamen ut non ex forte decedat: sed is fidejussor solus liberatur, cujus nomine solutio facta fuerit.

1 Vil. l. 12. C. h. t. 2 Procuratori, quem meum esse putabat, sed falso. 3 l. 58. infr. h. t. l. 8. C. de cond. indeb. 4 Vide l. 19. supr. h. t. 5 Vel invita. l. 28. supr. de jure dot. vid. l. 7. C. soluto. 6 Post divortium scil. d. l. 28. l. 7. C. soluto. 7 l. 58. infr. h. t. l. 14. supr. ad SC. Velleian. dixi ad Ulpian. 6. §. 4. 8 Nota regulam. 9 Dixi ad l. unie. §. 13. C. de rei uxoria act. 10 Tradens alteri mandato creditoris liberatur: licet ille eo animo quo creditor mandavit, non recipiat. Castrenf. 11 l. 95. §. 2. infr. h. t. 12 l. 31. in fin. supr. de hered. pet. 13 l. 45. in fin. infr. h. t. 14 §. 1. supr. h. t. 15 Quoniam repeti potest, non liberat solventem, nec correm ejus. nam eadem solutio non potest parere liberationem & soluti repetitionem. l. 31. supr. de cond. indeb. 16 Adde l. 25. §. 13. supr. de cond. indeb. 17 Cur? quia obligatus non fuit. Nulla est obligatio, quæ exceptione perpetua elidi potest. 18 An ei conditio competat? competit. 19 Adde l. 19. §. 1. supr. de cond. indeb. 20 l. 32. supr. h. t. 21 l. 19. supr. l. 3. C. h. t. 22 l. 11. in fin. supr. de possit. infr. h. t. 23 Ab ignorante, nam ignorans status mutationem, solvendo liberatur. 24 l. 18. supr. h. t. 25 Id est, nihil me amilisse hac plus petitione. Gothofr. Vid. Leonin. emendat. lib. 5. cap. 4. num. 12. Anf. 27 Hac lex pertinet ad plus petitiones, de quibus dixi ad tit. C. de plus petition. §. l. 1. supr. de interrogat. 28 Paul. 4. sentent. ultim. Quoties de modo quartæ retentionis queritur, propter periculum plus petendi, officio judicis æstimantis quarta facienda est, quæ remaneat apud heredem. 29 l. 28. in fin. supr. de judic. res. sed & plures. l. 3. §. 10. supr. de suis & legit. 30 l. 7. de hisser. animal. 4. quanquam de quinque receptaculis vulvarum nullam ibi mentionem facit. Quin ab ea quoque opinione abhorre videtur lib. 4. de generat. animal. 4. Iemen, inquit, trahi a locis uteri, atque ob eam rem multa generari pro numero locorum & acetabulorum, quæ unum non sunt, opinari nihil rationis est. 31 Ideoque concludebat eum esse finem multiplex hominum partitionis, neque plures unquam simul genitos competem. 10. Gell. 2. vid. Aristot. 7. de hisser. animal. 4. verum Aristoteles in eo dupliciter fallitur. nam & plures uno partu editos ex historis constat, & quinque receptacula in mulierum vulvis esse negantur. Quod ad primum attinet, in Ægypto ob fœcundum potum Nili uno utero septem interdum generantur. Tregez. Quin Plin. 7. c. 11. scribit, exare in monumentis medicorum, uno abortu 12. puerperia ejecta fuisse. Tatianus advertit Græcos: Quid, inquit, ad me Bercelem opus mulieris, quæ uno partu 30. infantem peperit? quod plerique miraculum putant: cum potius magnæ intemperantiæ fructus hic æstimari debeat, & illa abominatio videri: utpote similibus feropæ Romanæ, quæ icidem propter eventum similem factum quendam cultum consecuta fertur. Albericus refert mulierem quandam in Germania confignatis consensitque jam in utero duorum & viginti infantium corpusculis, abortum fecisse: aliam vero etiam septuaginta, imo, ut magis mireris, aliam ejecisse in pelvis embryonulorum auricularis digiti magnitudine corpuscula centum & quinquaginta. Cujus rei facta hdes est tuniculis, quibus obvolvabantur, conficissis: addit quoque pluribus eorum adhaesisse dilatationis & constructionis motum, & signa alia vitæ complura, oculis carne imperfectioribus, manuum vero & pedum digitos fuisse veluti capillares. vide Cælium Rhodiginum 4. lect. 23. Sed ista levia sunt, si eis comparemus prodigiosum partum Margaritæ Hollandiæ Comitiss, quæ sub Henrico Imperatore uno partu trecentos & sexaginta liberos vivos edidit: aqua etiam lustrali postea expiatis, de quo vide Guicciardinum in sua Belgica. Quod ad receptacula attinet, alii plura tribuant, septem scilicet ternis dextra sinistraque constitutis, uno in medullis composito. Rhodigin. 4. lect. 23. Avicenna apud eundem refert tot esse receptacula in vulva anima-

De adjecto solutioni. 1. Si quis jussit aliquid solvi, deinde vetuit accipere. 2. De pluribus obligationibus una solutione tollendis. 3. De obligatione hominis. 4. De fidejussore pro eo qui reipubl. causa absuit. Si fidejussor hominem promissum occiderit. 5. Si debitor successerit fidejussori.

38. AFRICANUS lib. 7. 37. Quæstionum.

Cum quis sibi aut Titio dari stipulatus sit, magis esse ait, ut ita demum recte Titio solvi dicendum sit, si in eodem statu maneat, quo fuit, cum stipulatio interponeretur. cæterum si in adoptionem, sive in exilium irerit, vel aqua & igni ei interdictionem, vel servus factus sit, non recte ei solvi dicendum: tacite enim inesse hæc conventio stipulationi videtur, si in eadem causâ maneat.

§. 1. Si debitorem meum jusserim Titio solvere, deinde Titium veterem accipere, & debitor ignorans solverit: ita eum liberari existimavit, si non ea mente Titius nummos acceperit, ut eos lucratur. alioquin, quoniam furtum eorum sit facturus, mansuros eos debitoris: & ideo liberationem quidem ipso jure non posse contingere debitori, exceptione tamen ei succurri æquum esse, si paratus sit conditionem furtivam, quam adversus Titium habet, mihi præstare. sicuti servatur cum maritus uxori donaturus, debitorem suum jubeat solvere: nam ibi quoque, quia nummi mulieris non sunt, debitorem non liberari; sed exceptione eum adversus maritum tuendum esse, si conditionem, quam adversus mulierem habet, præstet: furti tamen actionem in proposito mihi post divortium competituram, quando mea interit interceptos nummos non esse.

§. 2. De peculio cum domino actum est, is damnatus solvit: & fidejussores pro servo acceptos liberari respondit. eandem enim pecuniam in plures causas solvi posse, argumentum esse, quod, cum judicatum solvi satisfactum est, & damnatus reus solvat, non solum actione judicati, sed etiam ex stipulatu & ipse & fidejussores liberentur. Et magis simile esse quod, cum possessor hereditatis existimans se heredem esse solverit, heres non liberetur: tunc enim propterea id evenire, quod ille suo nomine indebitam pecuniam dando, repetitionem ejus haberet.

§. 3. Qui hominem promittit, si statuliberum solvat: magis puto, non esse expectandam conditionem. sed & creditorem agere posse, & illi conditionem competere. quod si interim conditio defecerit, liberatur, perinde atque si quis pendente conditione solvit per errorem, & antequam condiceret, conditio extiterit. Illud nullo modo dici conveniet, si mortuo Stichio conditio deficiat, liberari debitorem. quamvis, si vivente eo defecerit, liberaretur: quando isto casu nullo tempore perfecte hominem meum feceris. alioquin prope reus, ut etiam si eum servum, in quo usufructus alienus est, mihi solveris, isque [usufructu manente] decesserit: ea solutione liberatus videaris. quod nullo modo probandum est: sicuti si communem solvisses, isque decessisset.

§. 4. Si quis pro eo reverso fidejussor sit, qui cum Reipublicæ causa abesset, actione qua liberatus sit, deinde annus præterierit: an fidejussor liberetur? quod Juliano non placebat: & quidem si cum fidejussore experiundi potestas non fuit, sed hoc casu in ipsum fidejussorem ex Edicto actionem restitui debere: quemadmodum in eum fidejussorem, qui hominem promissum occidit.

§. 5. Qui pro te apud Titium fidejusserat, pignus in tuam obligationem dedit; post idem heredem te instituit. quamvis ex fidejussoria causa non tenearis, nihilominus tamen pignus obligatum manebit: at si idem alium fidejussorem dederit, atque ita heredem te instituerit, rectius existimari ait, sublata obligatione ejus, pro quo fidejussum sit, eum quoque, qui fidejusserit, liberari.

De periculo pecuniæ solvendæ.

39. IDEM lib. 8. 63. Quæstionum.

Si soluturus pecuniam tibi, jussu tuo signatam eam apud numularium, quoad probaretur, deposuerim; tui periculi eam fore Mela lib. x. scribit. quod verum est: cum eo tamen, ut illud maxime

lium, quot proferuntur uberum papillæ, quod refelli potest: quia etsi tribus membranis finguli tectus oblitantur, vulvæ tamen nulla prioris loculamenta sunt; idque probari experimento potest. Philosophi aliam ab Aristotele & Stoicis rationem attinere: nam Empedocles ad quantitatem; Alcibiades ad excellentiam feminis: Erasistratus ad sustentationem causis numerosis partus referebant: Plutarch. 5. de placitis Philosoph. 10. Sed ea de re, & de multiplici partu, ejusque causis, vide quæ scripsit Joubertus lib. 3. cap. 1. des erreurs populaires. 32 l. 3. supr. si pars hered. petat. l. 7. supr. de reb. dub. Capitulum in Antonin. Serapian dicit. l. 3. supr. si pars hered. l. 7. supr. de reb. dub. Sed & sub D. Augusto Imperatore ancilla Cæsaris Augusti in agro Laurente peperit quinque pueros, 10. Gell. 2. & in Peloponneso reperta est mulier, quæ quinos quater peperit. 7. Plin. 8. 33 Testis de auditu admittitur. 34 Suo nomine duntaxat partem suam solvens, alium non liberat. 35 Volenti creditori. 36 Principali debendi. 37 Vid. Cujac. 7. ad Afric. fol. 139. 38 Imo, etsi non maneat in eodem statu, recte solvitur. l. 56. §. 2. supr. de verb. obl. ubi dixi. 39 Id est, adjecto. sensus est: Adjecto non potest solvi, si status adjecti est mutatus in deterioris. 40 l. 95. §. 6. infr. h. t. 41 Id est, deportationem. Cujac. 42 Vide quæ scripsi ad l. 1. §. 2. supr. de leg. 3. 43 Aut e contrario si manumissus sit. Cujac. 44 Hinc Seneca 4. de benef. 3. Subest, inquit, tacita exceptio, si potero, si debebo. Effice ut idem status sit, cum exigit; qui fuit, cum promitterem. Destituere levitas non erit, si aliquis intervenerit novi. Quid miraris, cum conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? Eadem mihi miraris præta, & idem sum. 45 De tacitis conditionibus vid. Oldendorp. in Topic. in loco ab Auctoritate seu præjudicis. n. 5. ubi inter cæteras sequentes recenset, Si Deus voluerit. Si vixero, Si potuero, Si tempus concederetur, Si æquum fueris arbitratus, Si non fueris injuriosus aut damnosus, Si rem licitam mandaveris aut pactus fueris, Si fidem servaveris, Si Lex aut superior id probaverit, Si necessitas me in contrarium non coegerit. 46 Vide l. 12. §. 2. supr. h. t. Gothofred. Intellectum hujus §. 1. vide apud Joann. Zanger. de exception. part. 3. cap. 2. num. 91. Anf. 47 l. 18. in fin. supr. h. t. 48 l. 5. §. 3. supr. de donat. int. vir. 49 Hæc verba, post divortium, delenda esse censet Antonius Faber, 2. conjec. 19. effugio ab inepto interprete, non ab Africano. 50 Id est, quandoquidem. ut in l. 4. §. 25. supr. de usurpat. & usufruc. 51 Infr. quibus modis tollitur obligat. 52 l. 44. infr. h. t. 53 Et magis dissimilem esse. Accurf. Cuj. hic. 54 Vide Romanum conf. 128. n. 9. 55 Qui certo decipiendus est, agere potest, antequam deceptio summi effectum sortiatur. 56 Imo non competit. l. statuliberum. 9. §. penult. supr. de statuliber. vide Antonium Fabrum 2. conjec. 19. ubi notat Jurisconsultos in hoc articulo dissentisse. 57 Vide l. 16. supr. de condit. indeb. 58 Pro reo jam reverso. vulg. 59 Vide l. 49. supr. de verb. obl. l. 19. supr. de dolo. 60 Vide l. 32. in fin. supr. de usur. 61 Id est, rei principalis. 62 Vide l. 32. supr. de fidejussorib. Goth. Adde Joann. Zanger. de except. part. 3. c. 9. n. 11. Anf. 63 Vide Cujac. 8. ad Afric. fol. 206. 64 Signatam pecuniam deponere, est sacculum aut bulgam cum pecunia signatorum signatellum signis obligatam deponere. l. 9. C. h. t. vid. l. ult. supr. de leg. commiff. 65 Solent enim nummularii pecuniæ probandæ dari. Menander. ἀπὸ τῆς τράπεζης μὲν ὄψιν τὴν πρῶτην ἢ τὴν δευτέραν καλὸν εἶναι. δοκιμαστὴς δὲ τῆς Cujac. ibid. 66 Hæc obligatio & depositio non fit solvendi animo, sed pecuniæ probandæ causa. 67 Quia ita est. l. 18. §. 2. supr. de acquir. vel amit. poss. 68 Id est, ea conditione similis est loquendi formula in l. 25. in fin. supr. locati.

spectetur.

Inspectetur, an per te steterit¹, quominus in continenti probaretur: nam tunc perinde habendum erit, ac si parato me solvere, tu ex aliqua causa accipere nolles. in qua specie non utique semper tuum periculum erit: quid enim si inopportuno² tempore vel loco obtulerim?

† His consequens esse puto, ut, etiamsi & emptor nummos, & venditor mercem, quod invicem parum³ fidei haberent, deposuerint, [&] nummi emptoris periculo sint; utique si ipse eum apud quem deponerentur, elegerit: & nihilominus merx quoque, quia emptio perfecta sit.

Si quis pro alio solverit.

40. MARCIANUS lib. 3. Institutionum.
SI pro⁴ me quis solverit creditori meo, licet ignorante⁵ me: adquiretur mihi actio pignoratitia. † Item si quis⁶ solverit legata⁷, debent discedere legatarii de possessione⁸: alioquin nascitur heredi Interdictum, ut eos dejicere possit.

De accusationibus.

41. PAPIANUS lib. 1. de Adulteriis.
REo criminis⁹ postulato, interim nihil prohibet recte pecuniam a debitoribus solvi¹⁰: alioquin plerique innocentium necessario sumptu egebunt.

42. PAULUS lib. 3. de Adulteriis.
SEd nec illud prohibitum videtur, ne a¹¹ reo¹² creditori solvatur.

De accessionibus.

43. ULPIANUS lib. 2. Regularum.
IN omnibus¹³ speciebus liberationum etiam¹⁴ accessiones liberantur; puta adpromissores¹⁵, hypothecæ, pignora: præterquam quod inter creditorem & adpromissores confusione facta reus non liberatur.

De pluribus effectibus unius solutionis.

44. MARCIANUS lib. 2. Regularum.
IN numerationibus aliquando evenit¹⁷, ut una numeratione duæ obligationes tollantur uno momento. Veluti si quis pignus pro debito vendiderit¹⁸ creditori: evenit enim, ut [&] ex vendito¹⁹ tollatur obligatio²⁰, & debiti²¹. † Item si pupillo, qui sine tutoris auctoritate mutuam pecuniam accepit²², legatum a creditore fuerit sub ea conditione, si eam pecuniam²³ numeraverit, in duas causas videri eum numerasse²⁴: & in debitum suum²⁵, ut in Falcidiam heredi imputetur; & conditionis gratia, ut legatum consequatur.

† Item si usufructus pecuniæ numeratæ legatus fuerit, evenit, ut una numeratione²⁶ [&] liberetur heres ex testamento, & obliget sibi legatarium²⁷. † Tantundem est, & si²⁸ damnatus fuerit alicui vendere, vel locare: nam vendendo, vel locando, & liberatur ex testamento heres, & obligat sibi legatarium²⁹.

De dote. 1. De tutore accusato.

45. ULPIANUS lib. 1. Responsorum.
CALLIPPO respondit. Quamvis stipulanti uxori vir sponderit, dirempto³⁰ matrimonio prædia, quæ dote erant obligata³¹, in solutionem dare: tamen satis³² esse, offerri dotis quantitatem.

§. 1. Idem Frontoni respondit, perseveranti tutori in tutelæ administratione, licet³³ capitis reo, potuisse id quod pupillo³⁴ bona fide debetur, exsolvi.

De evictione, 2. Et estimatione rei in solutum data.

46. MARCIANUS lib. 3. Regularum.
SI quis aliam rem pro alia volenti solverit, & evicta³⁵ fuerit [res]: manet³⁶ pristina obligatio. & si pro parte fuerit evicta, tamen pro solido obligatio durat: nam non accepisset re³⁷ integra creditor, nisi pro solido ejus fieret. §. 1. Sed & si duos fundos, verbi gratia, pro debito dederit, evicta³⁸ altero fundo remanet integra obligatio. tunc ergo res pro re soluta liberationem præstat, quum pro solido facta est suscipientis. §. 2. Sed & si quis per dolum³⁹ pluris æstimatum fundum in solutum dederit, non liberatur: nisi⁴⁰ id quod deest repleatur.

1 Tunc enim teneris. l. 72. l. 79. J. h. t. l. 73. in fin. supr. de verb. oblig. 2 Avenit. de leg. l. 32. supr. de usur. l. 49. in fin. supr. de verb. oblig. Goth. Vide Zanger. de except. part. 3. c. 1. n. 220. Anf. 3 Sequestratio fit, si emptor & venditor parum fidei inter se habeant. adde hic Bart. & Gloss. in l. Julianus. 13. §. offerri. supr. de act. empt. 4 l. 23. supr. h. t. 5 Ignorantis conditio potest per alium melior fieri. l. 53. J. h. t. 6 Tertius. 7 l. 11. supr. ut legat. nomine. 8 In quam missi fuerant ex primo decreto. 9 Alterius scilicet quam majestatis. nam ei solvi non potest. l. 8. C. ad l. Jul. majest. 10 l. 45. §. 1. infr. h. t. l. 45. §. 6. infr. de jure fisci. vide quæ notavi ad l. 15. supr. de donat. 11 Qui solvit creditori, nummos alienat. Reus creditori potest solvere: nam solutio ex necessaria causa fit, cum ad eam debitor jure obstringatur. Hinc constat, reo permissum esse alienationem necessariam. 12 Criminis postulat. 13 Plures sunt enim species liberationum. 14 Liberato principali, accessorium liberatur ipso jure. l. 95. §. 4. J. h. t. 15 Accessiones obligationis principalis sunt personæ vel res. Accedunt enim principali obligationi adpromissores, hypothecæ & pignora. 16 Adpromissores sunt fidejussores. ut l. 64. §. 4. supr. solut. Adpromissores sunt proximi a fidejussoribus: & ob id ἐγγυηταὶ vocant. Adpromittit, qui pro alio promittit: sic ad stipulatur, qui pro alio stipulatur. Adpromissio recte semper fit: ad stipulatio non semper. vide Cuj. ad l. 5. §. 12. supr. de verborum obligationibus. dixi an Festum in verbo adpromissor. 17 l. 38. §. 2. supr. h. t. 18 Qui pignus pro debito solvit, vendit. & contra: Qui creditori pignus vendit, pro debito solvit. l. 4. C. de evict. 19 Quæ debitori adversus creditorem competebat. l. 13. C. de pign. 20 Adversus emptorem. 21 Debitori, qui vendidit. 22 Ex qua naturaliter obligatur. 23 Quam natura debet. 24 Sensus est: Pupillus eo casu solvendo liberat se debito naturali, & conditionem legati implet, atque ita obligat sibi heredem, ut legatum præstat. 25 Naturale. vide l. 59. supr. de obligat. 26 Facta scilicet ab herede. 27 Ad restituendam pecuniam. l. 5. §. 1. supr. de usufruct. earum rerum. 28 Heres sc. 29 Ad pretium: atque ita una solutio, una numeratio, vel præstatio, partim parit, partim tollit obligationem. 30 At. direpto. 31 Pactum de pignore in solutum dando, non præjudicat possidenti. l. 16. in fin. supr. de pign. Goth. Explicat. h. leg. vide apud Calp. Roderic. de ann. redditib. lib. 2. quest. 2. num. 57. Anf. 32 Imo non satis est offerri, cum ne quidem offerens audiatur. l. 34. in fin. supr. de pign. 33 l. 41. supr. h. t. 34 Pupillo debetur bona fide exsolvi. Petr. Fab. l. semest. 24. 35 Vid. l. 33. supr. h. t. 36 Vide ad hunc locum Cuj. 19. obs. 38. 37 Rem integram creditor & c. vulg. 38 l. 72. supr. de evict. 39 Sub. debitoris ipsius: ne alio debitor, si vellet. 40 l. 34. §. 10. supr. h. t. l. 7. C. de except. 41 l. 4. supr. de except. vide quæ notavi ad l. 6. C. solut. matr. 42 l. 11. §. 4. supr. de minorib. 43 Rem necessariam quis emisse intelligitur, quam de suo alias erat empturus. 44 Locupletior intelligitur, qui non sit pauperior, cuique nihil deperit.

De pupillo. 1. De SC. Macedoniano.

47. IDEM lib. 4. Regularum.
IN pupillo, cui sine tutoris auctoritate solutum est, si quærat, quo tempore sit locupletior: tempus, quo⁴¹ agitur, inspicitur. & ut exceptio doli mali posita ei noceat, tempus, quo agitur, spectatur.

§. 1. Plane (ut Scævola aiebat) etiamsi perierit res ante litem contestatam, interdum quasi locupletior factus intelligitur: id est, si necessariam⁴² sibi rem emit, quam⁴³ necessario de suo erat empturus. nam⁴⁴ hoc ipso quo non est pauperior factus, locupletior est.

† Sic & in filiofamilias putabat Macedonianum cessare, si in necessariis⁴⁵ causas filius mutuam pecuniam acceperit, & eam perdidit.

De Prætorio pignore.

48. MARCELLUS lib. sing. Responsorum.
TITIA, cum propter dotem⁴⁶ bona mariti possideret⁴⁷, omnia pro domina egit⁴⁸, reditus⁴⁹ exegit, & moventia distraxit: quæro, an ea, quæ ex re mariti percepit, in dotem ei reputari debeant? Marcellus respondit, reputationem ejus, quod proponeretur, non iniquam videri⁵⁰: pro soluto enim magis habendum est, quod ex ea causa mulier percepit. sed si forte usurarum quoque rationem arbiter⁵¹ dotis recuperandæ habere debuerit, ita est computandum, [ut] prout quidque ad mulierem pervenit, non ex universa summa decedat: sed prius in eam⁵² quantitatem, quam usurarum nomine mulierem consequi oportebat. quod non est iniquum.

Soluta pecunia quomodo accipitur, & de verbo satisfactionis.

49. MARCIANUS lib. singul. ad Hypothecariam formulam.
SOLUTAM pecuniam intelligimus utique naturaliter⁵³, si numerata sit creditori. † Sed & si⁵⁴ jussu ejus alii solvitur, vel creditori ejus, vel futuro debitori, vel etiam ei, cui donaturus erat: absolvi debet.

† Ratam⁵⁵ quoque solutionem si creditor habuerit, idem erit. † Tutori quoque si soluta sit pecunia vel curator, vel procuratori⁵⁶, vel cui libet successori, vel servo actori⁵⁷: proficiet ei solutio.

† Quod si acceptum latum sit, quod stipulationis nomine⁵⁸ hypotheca erat obligata, vel sine⁵⁹ stipulatione accepta sit: solutionis quidem verbum non⁶⁰ proficiet⁶¹, sed satisfactionis sufficit⁶².

De are soluto pro auro.

50. PAULUS [lib. 10. ad Sabinum].
SI, cum aurum tibi promissum, ignorant, quasi aurum, æs solverim: non⁶³ liberabor. sed nec repetam hoc quasi indebitum solutum, quod sciens⁶⁴ feci: petentem tamen [te] aurum, exceptione⁶⁵ summovebo⁶⁶, si⁶⁷ non reddas æs, quod accepisti.

De dispensatore.

51. IDEM [lib. 9. ad Edictum].
DISPENSATORI⁶⁸, qui ignorante debitore remotus⁶⁹ est ab actu, recte solvitur: ex voluntate enim domini ei solvitur; quam si necesse mutata, qui solvit, liberatur.

De satisfactione.

52. ULPIANUS [lib. 14. ad Edictum].
SATISFACTIO⁷⁰ pro⁷¹ solutione est⁷².

De solutione pro alio.

53. GAJUS [lib. 5. ad Edictum Provinciale].
SOLVERE⁷³ pro ignorante⁷⁴ & invito cuique licet: cum⁷⁵ sit Jure civili constitutum, licere etiam ignorantis invitique meliorem conditionem facere.

Verbum solutionis quomodo accipitur.

54. PAULUS [lib. 56. ad Edictum].
SOLUTIONIS verbum pertinet⁷⁶ ad⁷⁷ omnem liberationem quoquo modo factam: magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad numerum solutionem.

45 l. 7. §. 14. supr. de SC. Maced. 46 Suam. 47 Ex primo decreto scilicet dotis servandæ causa. 48 V. Quæstada quæ jur. cap. 15. Cuj. l. 15. observ. cap. 12. Mod. 49 Probatur possessio fructuum perceptionis, ut hic. sed & si rei ipsi quis inhiit; vel eam saltem nota vel symbolo apprehendit; si eam coluit, vel alteri locavit per instrumenta locationum, per investituram; si alius nostro nomine possidere passus est, vide Schneidevinnum in §. retinenda. 4. Instit. de Interdict. 50 Quia missus in possessionem ex primo decreto comparatur gestori negotiorum, l. 14. in fin. supr. de reb. auct. is autem fructus non lucratur. 51 Nota de arbitrio dotis recuperandæ. l. 1. supr. de pact. d. 4. de quo Tertull. 2. ad uxorem: sustinemus earum dotes, quo objectione (sic enim puto legendum) nominis, mercedem silentii faciam, apud arbitrum, speculatoremque litigantem. 52 Fructus Prætorii pignoris extenuant debitum: primo accessorium: deinde principale. adde l. 1. supr. h. t. 53 Naturalis solutio numeratione perficitur. adde l. 4. §. 7. T. de re jud. 54 l. 56. infr. h. t. Quod creditori, l. 4. l. 12. C. h. t. vel ejus administratori, l. 13. supr. de leg. 1. vel alteri ejus jussu & ratificatione solutum est, debitorum ipsum liberat. 55 l. 58. infr. h. t. 56 l. 34. §. 3. supr. h. t. 57 l. 19. C. h. t. 58 Id est, per modum stipulationis. 59 l. 17. §. 2. supr. de pact. 60 Atqui acceptilatio nihil aliud est, quam solutio. l. 7. §. 1. supr. de lib. leg. 61 Sensus est: A contractu, qui re perficitur (veluti pignoris) acceptilatione, aut nudo pacto, plene non liberatur. obligatio quidem dissoluta est, sed tamen semper verum est pignorum dationem intercessisse, adde l. 17. §. 2. supr. de pact. 62 Imo, non sufficit. l. 6. in fin. supr. quib. modis pign. vel hypotheca solvitur. Qui liberatur per acceptilationem, non dicitur liberari per solutionem, sed per satisfactionem: solutio fit nummis, satisfactio alius etiam modis. 63 l. 22. supr. de verb. obl. 64 l. 23. §. 1. supr. de inoff. 65 Præsumitur nemo donare. l. 24. §. 1. supr. de pign. act. 66 Solvens scienter indebitum æs loco auri debiti, non intelligitur donare, ut hic. Cur? alia conjectura conjecturam tacite donationis excludit. 67 Vincentius Lirinensis adversus profanas novationes: Aurum accepisti, aurum redde: nolo mihi pro aliis alia subicias: nolo pro auro aut impudenti plumbum, aut fraudulenter æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam plane. Auri speciem dixit, id, quod aurum tantum videtur, nec est tamen aurum. 68 l. 62. infr. h. t. vide quæ scripsi ad l. 1. C. si advers. firmam. 69 l. 38. §. 3. supr. h. t. 70 Id est, datio fidejussoris, vel aliorum pignorum. vide l. 53. supr. de contrah. empt. l. 13. §. 3. §. 4. supr. de pign. l. 4. §. 3. supr. de re judic. 71 l. 13. §. 4. supr. de pign. l. 6. §. 1. supr. quib. mod. pign. 72 Quid ita? fit volenti satisfactio: ideoque ut solutione facta creditori, ita satisfactio liberatur debitor: ea parte comparari potest satisfactio solutioni; utraque enim eundem effectum præstat, nempe liberationem. 73 Vide Romanum consil. 425. n. 8. & sic meliorem ignorantis & invitati conditionem facere possumus. l. 40. supr. h. t. 74 l. 23. supr. h. t. 75 Non est: invito namque beneficium non datur. l. 69. infr. de reg. jur. 76 Sub. improprie. 77 l. 4. §. 3. supr. de re judic. l. 47. l. 176. J. de verb. sign.

De numerante, ut recipiat.

55. ULPIANUS [lib. 61. ad Edictum].

QUI sic solvit, ut ¹ reciperet ², non liberatur: quemadmodum non ³ alienantur nummi, qui sic dantur, ut recipiantur ⁴.

De mandato.

56. PAULUS [lib. 62. ad Edictum].

QUI mandat ⁵ solvi, ipse videtur solvere.

De re, 1. Vel persona adjecta solutioni.

57. ULPIANUS [lib. 77. ad Edictum].

SI quis stipulatus fuerit *decem in melle*: Solvi quidem mel potest, antequam ex stipulatu agatur: sed si semel ⁶ actum sit, & petita decem fuerint, amplius mel solvi non potest. §. 1. Item si *mibi aut Titio* stipulatus fuero dari, deinde petam, amplius Titio solvi non potest: quamvis ⁷ ante litem contestatam possit.

De negotiorum gestore.

58. IDEM [lib. 80. ad Edictum].

SI quis offerenti ⁸ se negotiis alienis bona fide solverit, quando liberetur? Et ait Julianus, cum dominus ratum ⁹ habuerit, tunc liberari. *Idem ait*, antequam dominus haberet ratum, an condici ex ea causa possit? Et ait interesse, qua mente solutio facta esset, utrum, ut statim debitor liberetur, an vero cum dominus ratum habuisset. Priore ¹⁰ casu confestim posse condici procuratori, & tunc demum extinguere conditionem, cum dominus ratum habuisset: Posteriore tunc demum nasci conditionem, cum dominus ratum non habuisset.

§. 1. Si creditor, cujus ignorantis procuratori solutum est, adrogandum se dederit: sive ratum habuit ¹¹ pater, [rata solutio est]: sive non habuit, repetere debitor ¹² potest. §. 2. Et si duo rei stipulandi sunt, quorum alterius absentis procuratori datum ¹³ antequam is ratum haberet, interim alteri ¹⁴ solutum est: in pendenti est posterior solutio, ac prior, quippe incertum est, debitum an indebitum exegerit ¹⁵.

De adjecto solutioni.

59. PAULUS lib. 2. ad Plautium.

SI ita stipulatus sim, *mibi aut Titio dare spondeo*? & debitor constituerit se mihi soluturum: quamvis mihi competat de constituta actio, potest ¹⁶ adhuc adjecto solvere. † Et si a filiofamilias mihi aut ¹⁷ Titio stipulatus sim, patrem posse Titio solvere quod in peculio est: scilicet si suo non filii nomine solvere velit. Dum enim adjecto solvitur, mihi ¹⁸ solvi videtur. Et ideo si indebitum ¹⁹ adjecto solutum sit, stipulatori posse condici Julianus putat: ut nihil intersit, jubeam [te] Titio solvere, an ab initio stipulatio ita ²⁰ concepta sit.

De usucapione.

60. IDEM [lib. 4. ad Plautium].

IS, qui alienum hominem in solutum dedit, usucapto ²¹ homine liberatur.

Si res ad creditorem pervenerit.

61. IDEM lib. 5. ad Plautium.

[IN perpetuum] quotiens id, quod tibi debeam, ad te pervenit ²², & tibi nihil abit, nec quod solutum est, reperi possit, competit liberatio.

De dispensatore, & de negotiorum gestore.

62. IDEM [lib. 8. ad Plautium].

DISpensatorem ²³ meum testamento liberum esse jussi, & peculium ei legavi: is post mortem meam a debitoribus ²⁴ pecunias exegit: an heres meus retinere ²⁵ ex peculio ejus, quod exegit, possit, quaeritur? Et si quidem post aditam hereditatem exegerit pecuniam, dubitari non debet, quin de peculio eo nomine retineri nihil debeat, qua ²⁶ liber factus incipit debere, si liberantur solutione debitores. Cum vero ante aditam hereditatem pecuniam accepit dispensator, siquidem liberantur debitores ipsa solutione: non est dubium, quin de peculio id retinendum sit: quia incipit debere hic ²⁷ heredi quasi negotiorum gestorum, vel mandati actione. Si vero non liberantur ²⁸, illa quaestio est, cum negotium meum gerens, a debitoribus meis acceperis, deinde ego ratum non habuero, & mox ²⁹ agere velim negotiorum gestorum actione ³⁰: an utiliter agam, si caveam te indemnem futurum? Quod quidem ego non puto: nam sublata ³¹ est negotiorum gestorum actio, eo quod ratum non habui, & per hoc debitor mihi constituitur ³².

1 Quoties numerationis nullus effectus remanet penes accipientem creditorem, reus non dicitur liberatus. 2 Reciperet vulg. Hal. 3 Imo alienantur. l. 33. §. 1. sup. de donat. 4 Eadem lege: scilicet fuerit, si ita donati sint, ut recipiantur ex causa mutui. ut l. 20. in fin. sup. de reb. credit. l. 33. §. 1. sup. de donat. Ita rem possim vendere ea lege, ut mihi postea sit conducta, vel precario concessa. §. 1. 49. sup. §. l. 64. l. 66. inf. §. l. 5. l. 17. C. h. t. l. 180. inf. de reg. jur. Inst. quib. mod. solitur oblig. 6 l. 15. sup. de duob. reis. 7 Litis contestatione stipulatori & sibi petendi, sup. h. t. & debitori, solvendi tollit electionem. 8 l. 34. §. 4. sup. h. t. 9 Ratihabitione domini convalescit solutio facta ejus gestori, dict. §. 4. & l. 13. l. 34. §. 6. l. 49. sup. h. t. l. 9. sup. de negotiis. l. 14. sup. de cond. causa data. 10 Solutum gestori negotiorum ei condici potest, si dominus nullo modo ratam habeat solutionem. 11 Id est, is, qui credit rem adrogavit. 12 Qui solvit. 13 Id est, numeratum est. 14 Et ita dubius. 15 Nam si dominus procuratoris negotium ratum non habeat, posterior solutio erit inutilis, eoque nomine datum condicere: alias prior erit invalida, erique conditioni locus. 16 Imo non potest: quia tenebitur ei, qui constituit l. 8. in fin. sup. de constit. pecun. 17 l. 10. sup. h. t. 18 Adjecto qui solvit, principali solvere videtur. 19 Adjectus ad solutionem, quae jure fieri non debet, videtur adjectus ad indebitum recipiendum. l. 34. sup. h. t. 20 Id est, mihi aut Titio. 21 Praescriptio successoris auctori liberationem inducit. vide l. 44. sup. de test. 22 Ex causa lucrativa scilicet. adde l. 19. l. 19. sup. de verb. oblig. l. 51. inf. de reg. jur. l. 23. §. pen. sup. de condit. indebit. 23 l. 51. sup. h. t. vide quae scripsi in l. 1. in fin. C. si adversus fideiussorem, qui procurator erat generalis, quique mandati jure post mortem domini exegit quaedam species vel summas. Ceterum dispensator est servus, quem dominus praeposuit kalendarario, id est, credendis & exigendis pecuniis. vide l. 18. sup. h. t. l. 41. sup. de reb. credit. & Cujac. 8. ad Afric. fol. 130. 24 Meis scilicet, non pecuniariis. 25 Quia peculium dicitur, deducto eo, quod domino debetur. 26 Quia vulg. Hal. 27 Hoc vulg. Hal. 28 Qui sciverunt dominum mortuum. 29 Penitentia ductus scilicet. 30 Adversus te. 31 Ratam qui non habet negotiorum gestorem, negotiorum gestorum actioni renunciare intelligitur. hinc colligit Bartolus reprobatum semel, postea non posse reprobari ad actionem consequendam: & Baldus, Actiones, quarum principium est destructum & impedi-

De servo fructuario.

63. IDEM [lib. 9. ad Plautium].

SI debitor sit servi fructuarius, potest is servus per acceptilationem ³³ liberare eum: videbitur enim ex re ejus acquirere. idem in pacto ³⁴ dicemus.

Si creditori creditoris solvatur.

64. IDEM [lib. 14. ad Plautium].

CUM jussu ³⁵ meo id, quod mihi debes, solvis creditori meo: & tu a me, & ego a creditore meo liberor.

De dote.

65. POMPONIUS [lib. 1. ex Plautio].

SI filia furiosi a viro divorterit, dictum est, vel adgnato ³⁶ curatore ³⁷ voluntate filiae, vel filiae consentiente ³⁸ adgnato solvi dotem.

De pupillo.

66. IDEM [lib. 6. ex Plautio].

SI ³⁹ pupilli debitor, jubente eo sine tutoris auctoritate pecuniam creditori ejus numeravit: pupillum quidem a creditore liberat, sed ipse manet obligatus, sed exceptione se tueri potest. † Si autem debitor pupilli non fuerat, nec pupillo condicere potest, qui sine tutoris auctoritate non obligatur; nec creditori, cum quo alterius jussu contraxit: sed pupillus, in quantum ⁴⁰ locupletior factus est, utpote debito liberatus, utili actione tenebitur.

De eadem parte saepius soluta.

67. MARCELLUS [lib. 13. Digestorum].

SI quis duos homines promiserit, & Stichum solverit: poterit ejusdem ⁴¹ Stichi dominium postea consecutus, dando liberari. † In nummis minor, vel prope nulla dubitatio est. nam & apud Alfenum Servius eum, qui minus a debitore suo accipere ⁴², & liberare eum vellet, respondit, posse saepius aliquos nummos accipiendo ab eo, eique retro dando, ac rursus accipiendo, id efficere: veluti si centum debitorem decem ⁴³ acceptis liberare creditor velit, ut cum decem acceperit, eadem ei retro reddat, mox ab eo accipiat, ac novissime retineat: etli in dubitationem a quibusdam hoc male deducatur: quod non possit videri is, qui ita accepit, ut ei, a quo accepit, retro reddat, solvisse potius, quam decessisse ⁴⁴.

De pupillo & furioso.

68. IDEM lib. 16. Digestorum.

SERVUS decem ⁴⁵ dare jussus pupillo, & liber esse, si heres sit pupillus, sive tantum conditio in eum collata sit; an absente quoque tutore, pupillo dando, libertatem consequatur? moveris comparatione conditionis, quae constitit in facto: veluti si pupillo servierit, quae potest impleri citra intervntum quoque tutoris: & quid (inquis) si curatorem habeat, & si furioso dare jussus sit? an curatori dando liberetur? & finge alicui fundum legatum, si dedisset pupillo ⁴⁶, furioso. Et sciendum est in omnibus istis casibus tutore ⁴⁷ quidem, vel curatori utiliter pendendi: ipsis autem, id est, furioso vel pupillo, non ⁴⁸ recte persolvi, ne datio ex illorum imbecillitate pereat: nec enim hoc egit testator, ut, quoquo modo esset datum, expleta videretur conditio.

De noxae deditioe.

69. CELSUS lib. 24. Digestorum.

SI hominem, in ⁴⁹ quo usufructus alienus est, vel qui erat pignori ⁵⁰ Titio obligatus, noxae ⁵¹ dedisti: poterit is, cui condemnatus es, tecum agere judicati ⁵². nec expectabimus, ut creditor evincat. sed si usufructus interierit, vel dissoluta fuerit pignoris obligatio: existimo processuram liberationem.

De eo quod certa die promissum est.

70. IDEM lib. 27. Digestorum.

QUOD certa ⁵³ die promissum est, vel statim ⁵⁴ dari potest: totum enim medium tempus ad solvendum promissori liberum relinqui intelligitur.

De adjecto solutioni. De procuratore.

71. IDEM lib. 27. Digestorum.

CUM decem mihi aut Titio dari stipulatus, quinque ⁵⁵ accipiam ⁵⁶: reliquum promissor recte Titio dabit. §. 1. Si fidejussor procuratori creditoris solvit, & creditor post ⁵⁷ tempus, quo liberari fidejussor poterit ⁵⁸, ratum habuit: tamen quia fidejussor, cum ⁵⁹ adhuc ex causa fidejussionis teneretur, solvit, nec repetere potest, nec minus agere adversus reum ⁶⁰ mandati potest, quam si tum praesentem dedisset. §. 2. Item si ignorans creditor procuratori suo solutum, servo debitoris, filiove acceptum ⁶¹ fecerit, postea autem rescierit, & ratum ⁶² habuerit: confirmetur ⁶³ solutio: &

tum, nunquam postea deduci in esse. 32 Quis? is, qui mihi debitor fuit: quia non probavi, nec ratam habere volui solutionem debiti ab eo tibi factam. 33 Servus fructuarius liberare fructuarium dominum potest. l. 11. inf. de acceptilat. l. 24. l. 25. sup. de usufruct. 34 l. 55. sup. de pactis. 35 Vide l. 55. sup. h. t. 36 Furiosus in tutela suorum adgnatorum fuisse, hinc colligas. adde l. 13. sup. de manum. 37 Curatori vulg. Hal. 38 Si qui consentire debet, furiosus tacitus fuerit, consentiendi potestas ad ejus curatorem devolvitur. 39 Debitor pupilli, solvens creditori pupilli, jussu ejus liberatur a pupillo: si vero debitor pupilli non fuit, qui solvit, pupillum sibi obligat, utpote facto tuo debito liberatum. 40 l. 10. sup. de institor. l. 1. §. 4. sup. de pecul. l. 5. in fin. sup. de in rem versa. l. 1. §. 15. sup. de deposit. l. 29. §. 2. in fin. sup. de pignoris. 41 Eadem res saepius in solutum dari potest. l. 64. §. 1. §. de legat. 2. 42 Acceperit, vulg. Hal. 43 Qui non habet, nisi decem, potest solutione iterata saepius liberari in centum. Bald. 44 Dedisse, vulg. Hal. accepisse, Russardus, decidisse, Contius. Vulgata est rector, capus hic sensus est: Qui quid ita accepit a debitore, ut ei retro redderet, non tam eum liberat, quam ei donatim intelligitur. Si ita est, tali numeratione solutionem induci non dicemus. Et haec est ratio dubitandi in hac lege. 45 l. 34. sup. de statutis. 46 l. 95. §. 7. J. h. t. 47 Adde l. 22. sup. de manum. testam. 48 l. 11. sup. h. t. 49 l. 4. in fin. sup. de re judic. 50 l. 20. sup. h. t. 51 l. 27. sup. de noxal. 52 Imo de dolo, l. 9. §. 4. sup. de dolo. solve. Ibi agitur judicati nomine doli. l. 1. C. de dolo. Accurf. 53 l. 35. §. 15. sup. de verb. oblig. 54 l. 137. §. 2. sup. de verb. oblig. 55 Partis acceptatio non impedit, quominus residuum adjecto solvi possit. 56 Accipio. 57 Adde l. ultim. §. ratam rem, quae quidem loquitur de translatione a procuratore (non ab ipso domino, ut hic) ei, qui tempore liberatus est, facta. 58 Potuit. In fidejussoris solvens persona spectatur tempus solutionis factae, non ratae habita. 59 Ut quis fideiussionis nomine teneretur, ita recte potest solvere. 60 Fidejussori solvens adversus debitorem mandati competit actio. 61 Si acceptatio post solutionem factam ignoranter interponitur, & ratihabitionem solutionis antecedit, ratihabitione impedatur, non acceptatio. 62 Ratihabitione confirmare possumus solutionem factam procuratori. 63 Confirmatur vulg. Hal.

quod acceptum latum sit, nullius momenti est. & contra si ratum non habuerit, quod acceptum fecerit, confirmatur. §. 3. Sed si ignorans solutum, litem contestatus est, si pendente iudicio ratum habuit, absolvi oportet illum, cum quo actum est: si ratum non habuit, condemnari.

De mora. 4. Differentia inter obligationem generis, & alternatam. 5. De eo, qui hominem debet.

72. MARCELLUS lib. 20. Digestorum.

Qui decem debet, si ea obtulerit 3 creditori, & ille sine justa causa ea accipere recusavit, deinde debitor ea sine sua culpa perdidit 4: doli mali exceptione 5 potest se tueri, tanquam aliquando interpellatus non solverit. etenim non est æquum queri pecunia amisit: quia non teneretur, si creditor accipere voluisset. Quare pro soluto id 6, in quo creditor accipiendo moram fecit, oportet esse.

† Et sane si servus erat in dote, eumque obtulit maritus, & is servus decessit; aut nummos obtulit, eosque non accipiente muliere perdidit: ipso iure desinet teneri. §. 1. Cum Stichum mihi deberes, & in solvendo moram fecisses, sub conditione eum promissisti; pendente ea, Stichus decessit: videamus, an; quia novari prior obligatio non potest, petitio servi competat ea, quæ competeret si non intercessisset stipulatio? Sed in promptum 7 contradictio est, debitorum, cum stipulanti creditori sub conditione promissit, non 8 videri in solutione hominis cessasse: nam verum est, eum, qui interpellatus dare noluit, offerentem 9 postea periculo liberari.

§. 2. Sed quid, si ignorante debitore ab alio creditor eum stipulatus est? Hic quoque existimandus est periculo debitor liberatus: quemadmodum si quolibet 10 nomine ejus servum offerente, stipulator accipere noluisse. §. 3. Idem responsum est, si quis, cum subreptus sibi servus esset, sub conditione stipulatus fuerit, quidquid furem dare facere oportet: nam & fur conditione 11 liberatur, si dominus oblatum sibi accipere noluit. si tamen, cum in provincia forte servus esset, intercesserit stipulatio; & finge, prius quam facultatem ejus nancisceretur fur, vel promissor, decessisse [servum: non 12 poterit rationi, quam supra reddidimus, locus esse]: non enim obtulisse eum propter absentiam intelligi potest 13. §. 4. Stichum 14 aut Pamphilum stipulatus sum, cum 15 esset meus Pamphilus: nec si meus esse desierit, liberabitur promissor Pamphilum dando: neutrum enim videtur in Pamphilo homine consistisse, nec obligatio, nec solutio. Sed ei, qui hominem dari stipulatus est, unum 16 etiam ex his, qui tunc stipulatori servierant, dando promissor liberatur. vi 17 quidem ipsa & hic ex his dari stipulatus est, qui ejus non erat, fingamus ita stipulatum, Hominem ex his, quos Sempronius reliquit 18, dare spondet? cum tres Sempronius reliquisset, eorumque aliquem stipulatoris fuisse: num mortuis duobus, qui alterius erant, supererit ulla obligatio, videamus? & magis est deficere stipulationem: nisi ante mortem duorum desierit esse reliquus servus stipulatoris.

§. 5. Qui hominem debebat, Stichum, cui 19 libertas ex causa fidei commissi præstanda est, solvit: non videtur liberatus 20: nam vel minus hic servum dedit, quam ille, qui servum nondum noxa solutum. † Num ergo & si vispellionem 21, aut alias turpem dederit hominem, idem sit? Et sane datum negare non possumus. Sed differt hæc species a prioribus: habet enim servum, qui ei auferri non possit. §. 6. Promissor servi 22 eum debet hominem solvere, quem 23, si velit stipulator, possit ad libertatem perducere.

De venditione pignoris.

73. IDEM [lib. 31. Digestorum].

OB triginta nummos pecuniæ creditæ, fidejussorem in viginti dedi 24, & pignus [in decem]; ex venditione autem pignoris creditor decem consecutus est: utrum ex universitate id decedit, (ut quidam putant) si in solvendis decem nihil debitor dixisset, an (sicut ego puto) in totis decem fidejussori contingit liberatio? quia hoc dicendo, potuit hoc efficere debitor, ut ubi non dixit, id potius solutum existimetur, quod satisfato debeatur? Magis tamen existimo licuisse 25 creditori in id, quod solus debebat reus accepto referre.

1 Ei, qui solvit, lis moveri non debet. Si ignoranter lis mota sit, ante sententiam ratum habens solutionis actum, expensas non præstabit: si ratum non habuit, præstabit: cum temere adversarium jam liberatum in jus vocaverit. l. 79. sup. de iudicis. 2 Et sic quantitates. 3 Opportuno tamen loco, & tempore, etiam aude, & circa depositionem seu consignationem, cujus meminit lex 19. C. de usuris. 4 l. 9. in fin. l. 30. l. 39. sup. eod. l. 6. sup. de doli mali. 5 Oblationis nudæ, legitime tamen factæ hic effectus est, ut offerens liberetur exceptione, l. 84. §. 3. sup. de legat. l. 1. l. 73. §. ult. sup. de verb. oblig. quia & ipso iure ex Sabini sententia. infr. h. t. & continuo. l. 105. in fin. sup. de verb. obligat. Plures effectus vide apud Cuj. 8. ad African. fol. 207. 6 Liberat igitur oblatio fortis in totum, vel eam partem, pro qua parte facta fuerit. 7 In promptu. vulgat. Haloand. 8 l. 14. sup. de novationibus. Imo videtur cessare, cum obligetur. l. 56. in fin. sup. de verb. obligation. l. 31. sup. de novationib. 9 Offerre solutionem, etiam si eam interpellati negavimus, possumus. 10 Quilibet moram debitoris purgare potest. 11 l. 17. sup. de cond. furt. 12 Imo poterit esse locus. vide l. 29. in fin. sup. de verb. obligat. 13 Imo potest. l. 17. sup. de condit. furtiva. 14 Vide Cujac. ad hunc locum l. 3. obs. 20. 15 Vide l. 16. sup. de verb. obligat. 16 Num etiam. Cujac. l. 4. obs. 20. quod ab Antonio Fabro non probatur. 2. cons. 11. l. 17. Id est, tacito intellectu, etiam si hoc non expresserit. Cujac. ibid. 18 Relinquit. Conan. 19 Vide l. 63. sup. de cond. indeb. 20 Liberatus, similique modo si solverit servum, qui noxa solutus non est, non liberabitur: item qui hominem noxe deditum solvit, non liberabitur, nam vel minus &c. vulg. Hal. 21 Vespertilionem. vulg. eadem vox in eadem vulgata reperitur in l. 31. sup. de eviction. Haloander hic legit. Vespillonem. Florentina in l. 31. sup. de eviction. habet Vespillonem, & l. 7. sup. ad SC. Trebell. l. ult. in fin. infr. de iure immunitatis. meminit pollionis, ut & vulgata & Florentina habet, vel, ut Haloander legit, polliones: quorum vile officium videtur. Itaque Vespillio quibusdam videtur idem significare, quod bis turpem & abjectum Vespillonem Festus esse ait eum, qui funerandis corporibus officium præstat. Fulgentius vero vespillonem vel vespillionem, bajulum interpretatur. Mnasæas in Cecrope: Apollo a vespillonibus ad sepulturam elatus. Significat etiam cadaverum nudatorem. Hinc Antidamus Heracleopolites in historia Alexandri: Plurimum trecentos cadaverum vespillonones reperies crucibus affixos. Notanda sunt igitur varix illæ voces, Pollio, Pello, Bispillio, Vespillio, Vespilio, Vespillo: vel, ut quidam legunt apud Festum, Vespillo, Vispillo, Vespertillio. Glossæ Latinis Bispillio vespillo, vespillonem vespillonem, vespillonem. Glossis Græcis vespillonem vespillo, libitarius, vespillonem rogarius, bustarius; Catullo usitor. Id genus hominum servilis & abjectissimæ conditionis fuisse Horatius ostendit: Huc prius angustis ejecta cadavera cellis, Conservus vili portanda locabat in arca. Dignoscantur vespillonones capite femorato. A femorato tunderetur usore. Catull. Artemidorus: Frontem literati, & capillos femorati: & pedes annulati, id est, catenati & stigmati. Tertullianus lib. de Pallio: Vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur. Geth. Hujus appellationis

De pœna.

74. MODESTINUS lib. 3. Regularum.

IN quod pœnæ 26 nomine a debitore exactum est, lucro debet 27 cedere creditoris.

De acceptatione & confusione.

75. IDEM lib. 8. Regularum.

Sicut acceptatio in eum 28 diem præcedentes peremit actiones, ita & confusio: nam si debitor heres creditori extiterit, confusio 29 hereditatis peremit petitionis actionem.

De actionum cessione.

76. IDEM lib. 6. Responsorum.

MODESTINUS respondit, si post solutum sine ullo pacto omne, quod ex causa tutelæ debeatur, actiones post aliquod intervallum cessæ 30 sint: nihil ea cessione actum, cum 31 nulla actio superfuisset. quod si ante solutionem hoc factum est; vel cum 32 convenisset, ut mandarentur 33 actiones; tunc solutio facta esset, mandatum subsecutum est: salvas esse mandatas actiones: cum novissimo quoque casu pretium 34 magis mandatarum actionum solutum, quam actio, quæ fuit, preempta videatur.

De operis libertorum.

77. IDEM lib. 7. Pandectarum.

IN liberto antiquior 35 contractus operarum esse non potest, sine 36 quo libertas ei data non esset.

De nummis alienis solutis.

78. JAVOLENUS [lib. 11. ex Cassio].

SI alieni 37 nummi infcio vel invito domino soluti sunt, manent ejus, cujus fuerunt. si mixti 38 essent, ita ut discerni non possent, ejus 39 fieri, qui accepit, in libris Gaii scriptum est: ita ut actio domino cum eo, qui dedisset, furti 40 competeret.

Si res debita in conspectu creditoris ponatur.

79. IDEM [lib. 10. Epistolarum].

PECUNIAM, quam mihi debes, aut aliam rem, si in conspectu 41 meo ponere te jubeam 42: efficitur, ut & tu statim libereris, & mea esse incipiat. nam tum quod a nullo corporaliter ejus rei possessio detineretur, adquisita mihi, & quodammodo manu 43 longa tradita existimanda est.

Quibus modis solvitur obligatio.

80. POMPONIUS [lib. 4. ad Quintum Mucium].

PROUT 44 quidque contractum est, ita & solvi debet 45: Ut, cum re 46 contraxerimus, re 47 solvi debet: veluti cum mutuum dedimus, ut retro pecuniæ tantundem solvi debeat. † Et cum verbis aliquid contraximus, vel re vel verbis obligatio solvi debeat: verbis, veluti cum acceptum promissori sit: re, veluti cum solvit, quod promissit. † Æque cum emptio vel venditio, vel locatio 48 contracta est: quoniam consensu nudo contrahi potest, etiam dissenso 49 contrario dissolvi potest.

De herede adjecti. 1. De pluribus heredibus depositoris.

81. IDEM [lib. 6. ad Quintum Mucium].

SI stipulatus sum mihi aut Titio dari, si Titius decesserit, heredi 50 ejus solvere 51 non poteris. §. 1. Si lancem deposuerit apud me Titius, & pluribus heredibus relicta decesserit: si pars 52 heredum me interpellat, optimum 53 quidem esse, si Prætor aditus justisset 54 me parti heredum eam lancem tradere; quo casu depositi me reliquis coheredibus non teneri. sed etsi sine Prætoris sine dolo malo hoc fecero, liberabor; aut, quod verius est, non incidam in obligationem: optimum 55 autem est id per Magistratum facere.

De dote.

82. PROCULUS [lib. 5. Epistolarum].

SI cum Cornelius fundum suum, nomine Seia, viro ejus doti dedisset, nec de eo reddendo quicquam cavisset, fecit 56 ut inter se vir & Seia pacifcerentur 57, ut divortio facto is fundus Cornelio 58 redderetur: non puto divortio facto virum vetante 59 Seia eum fundum

origo in Arcadium fabula posita est, quam Plin. lib. 8. c. 28. exponit. Anst. 22 In genere. 23 Adde l. 46. sup. de leg. l. 24 Debiti ejusdem causa pro parte potest dari pignus, pro parte fidejussor. 25 Pecunia redacta ex pignore vendito, in causam, quam creditor elegit, convertitur. v. l. 101. in fin. J. h. t. 26 l. 22. sup. de pign. l. 79. infr. de furt. 27 Imo, non debet lucro cedere, sed in sortem ei imputari. l. 42. in fin. sup. pro socio. 28 In acceptatione & liberatione semper intelliguntur hæc verba, usque in presentem diem. 29 l. 95. §. 2. J. h. t. 30 V. l. 17. sup. de fidejuss. Goth. Interpret. hujus l. vid. Censur. forens. nostr. lib. 4. c. 17. num. 25. S. 1. 31 l. 1. C. de contrar. jud. tut. 32 d. l. 1. l. 11. C. de fidejuss. 33 Mandare & cedere, idem. 34 l. 5. §. 2. in fin. sup. quib. mod. pign. l. 21. in fin. sup. de tutel. & rationib. l. 36. sup. de fidejuss. 35 Nulla antiquior est obligatio in libertum, quam quæ in ipso articulo momentoque libertatis collata imposita. l. 3. C. an servus pro suo facto. Tum enim incipit obligari posse domino. Quid, si quid eo tempore promissit, & post libertatem pecuniam domino indistincte solverit? In antiquum contractum id solventi imputabit dominus, hoc est, in operarum contractum. Alb. 36 Vid. l. 1. C. de operis libert. 37 Adde l. 47. §. 1. sup. mandati. 38 V. l. 30. in fin. sup. de usurpationib. 39 Immixtio habet vim consumptionis: consumptio vim solutionis. 40 Quia invito domino contractati sunt nummi. 41 l. 1. §. 21. sup. de adq. vel amitt. poss. 42 l. 39. sup. h. t. l. 18. §. 2. sup. de adq. vel amitt. poss. 43 Id est, adhibito circuitu, cui contrarium, manu brevi, l. 43. §. 1. sup. de jure dot. id est, vitato circuitu. Porro, longa manus vocabulo intellige oculos & affectum: is est animæ & voluntatis effectus. Est autem id genus loquendi metaphoricon. dixi ad §. 21. Constitutione de confirmatione Digestorum. 44 l. 35. l. 100. l. 153. infr. & C. l. extr. de reg. jur. 45 Non poterit igitur testibus probari debitum, si solutio probari nisi per instrumentum non potest. Ita si coram septem testibus ex statuti forma testamentum factum est, coram totidem testibus mutandum erit. vide Decium ad l. 35. infr. de reg. jur. §. ult. Infr. quib. modis tollitur obligatio. 46 Puta credendo. 47 l. 49. §. 1. 95. §. 4. J. h. t. 48 §. ult. Infr. quib. mod. tollitur obl. 49 l. 95. J. h. t. l. 3. sup. de rescind. l. 35. J. de reg. jur. §. ult. Infr. quib. mod. tollitur obl. l. 1. C. quando lic. ab empt. 50 Quid, adjecto, antequam moriatur, potestne solvi? potest. l. 38. sup. l. 95. §. 5. J. h. t. 51 Adus nudi ministerii non transeunt ad heredem. l. 55. sup. de verb. oblig. 52 l. 1. §. 36. sup. de fidejuss. 53 Consulere, id est, consilium dare interduum lex solet. 54 c. 1. extr. de reg. jur. 55 l. 1. §. 2. sup. de fidejuss. l. 3. C. de pignoris. 56 Evenitque, ut inter se. 57 Postea sc. 58 Qui eum dederat. 59 Quomodo vetare potest, cum eadem pacta sit fundum extraneo reddi? Dicendum est hæc in legato passum degenerare in mandatum, idcirco ad instar mandati revocari posse: hinc collige. Pactum de solvendo tertio, appositum ex intervallo, idem efficere ac præfate, quod simplex mandatum. Bal. vel ita: pactum factum inter creditorem & debitorem, ut solvatur debiti portio, vim habet mandati, potestque revocari expresse vel tacite.

Cornelio [tuto] redditurum esse. sicuti si cum pactum conventum nul- lum intercessisset, divortio facto mulier iussit eum fundum Cornelio reddi, deinde, antequam redderetur, vetuisset: non tuto reddere- tur: sed si antequam Seia vetaret, Cornelio eum fundum reddidisset, nec causam habuisset existimandi id invita facturum esse, nec melius 2, nec æquius esse existimarem eum fundum Seia reddi.

De seruo manumisso.

83. POMPONIUS lib. 14. ex Variis lectionibus. SI tuo seruo credidero, eumque redemero & is manumissus mihi sol- verit: non repetet 3.

De fidejussoribus serui.

84. PROCULUS [lib. 7. Epistolarum]. EGisti de peculio 4 serui nomine cum 5 domino: non esse liberatos fidejussores ejus respondit 6. at si idem servus ex peculio suo per- missa administratione peculii nummos solvisset: liberatos esse fidejusso- res ejus recte legisti.

De solidi solutione.

85. CALLISTRATUS lib. 1. Edicti monitorii. SOLIDUM non solvitur, non minus 7 quantitate 8, quam die 9.

De procuratore.

86. PAULUS lib. 8. ad Edictum. HOC jure utimur, ut litis 10 procuratori non 11 recte solvatur: nam & absurdum est, cui judicati actio non datur, ei ante rem judi- catam solvi posse. si tamen ad hoc datus sit, ut & solvi possit, sol- vendo eo liberabitur.

87. CELSUS [lib. 20. Digestorum].

QUODlibet debitum 12 solutum a procuratore meo, non repeto: quoniam cum quis procuratorem omnium rerum suarum consti- tuit, id quoque mandare videtur 13, ut creditoribus suis pecuniam solvat: neque postea expectandum 14 est, ut ratum habeat.

De negotiis pupilla gestis.

88. SCÆVOLA lib. 5. Digestorum.

ÆLIX intestato patri heredis negotia mater gessit, & res vendendas per argentarios dedit: idque ipsum codice scriptum est: argen- tarii universum redactum venditionis solverunt: & post solutionem novem fere annis, quicquid agendum erat, nomine pupillæ mater egit, eamque marito nuptum collocavit: & res ei tradidit: Quæsi- tum est, an puella cum argentariis aliquam actionem habet: quando non ipsa stipulata sit pretium rerum, quæ in venditione datae sunt, sed mater? Respondit, si de eo quæreretur: an jure ea solutione argen- tarii liberati essent: responderi jure liberatos. Claudius: Subest enim illa ex jurisdictione pendens quæstio, an pretia rerum, quæ sciebant esse pupillæ, bona fide solvisse videantur matri 15, quæ jus administrationis 16 non habebat? ideoque, si hoc sciebant, non li- berantur: scilicet si mater solvendo non sit 17.

De chirographis. 1. De procuratore exigente ultra modum. 2. Sim- pliciter solutum in quam causam imputetur.

89. IDEM lib. 29. Digestorum.

EX pluribus 18 causis & chirographis creditor ita cavet: Titius Mæ- vius dico me accepisse, & habere, & accepto tulisse [a] Gaius Ti- tio reliquum omne 19, ratione posita ejus 20 pecunia, quam mihi Sti- chus Gaii Titii servus caverat. Quæsitum est, an ex cæteris chirographis, quæ non Stichus cavet, sed ipse debitor, integra manet actio ex reli- quis chirographis per ipsum debitorem cautis? Respondit, eam solam obligationem dissolutam, ex qua solutum proponeretur. §. 1. Lucius Titius ex duobus chirographis, quibus quadringenta ei a Seio debe- bantur: altero centum, [altero trecentum], scripsit Seio, ut unius 21 chirographi centum per Mævium & Septicium sibi mitterentur: Quæ- ro, an Seius, si Mævio & Septicio ex trecentum quoque solvisse se dicat, liberatus sit? Respondit, si nec mandavit, ut ex trecentum solveretur, nec solutum ratum habuit: non esse liberatum.

§. 2. Lucius Titius duabus stipulationibus, una quindecim sub usu- ris majoribus 22, altera viginti sub usuris levioribus, Seium eadem die obligavit, ita ut viginti prius solverentur: id est, idibus 23 Se-

1 l. 106. j. h. t. 2 Quod æquius & melius spectatur in judicio rei uxoris. Cicero. orat. pro Roscio. officiorum 3. & Topicis. §. fuerat. l. de actionibus. Duaren. adde l. penult. in fin. sup. soluto. 3 Solvit enim id, quod naturaliter debuit. l. 10. sup. de oblig. l. 13. sup. de condic. indeb. l. 21. §. 2. vers. quod si hic. sup. de fidejuss. l. 32. infr. de reg. jur. §. l. 38. §. 2. sup. h. t. 4 Ex duobus obligatis ad idem debitum, uno con- venio alter non liberatur, sed uno solvete. 5 Respondet. Hal. Curia? collige ex l. 24. in fin. sup. de act. empt. 7 Non minus die, quam quantitate. Antonius Fa- ber, s. conserat. 18. ordinem ita inversum ostendit: minus enim debitor de quantitate, quam die. Solidum non solvit, si quid quantitati debet: aut si quantitas quidem ipsa solvit- ur: non tamen a die soluta sit. §. V. l. 32. infr. de verb. sign. 9 Minus sol- vit, qui moram in solvendo committit, l. 47. sup. de legat. l. 1. l. 12. in fin. infr. de verb. sign. hinc illud Theodori Hermopolitis, τὸ ἑξῆς, τὸ μὴ πρῶτον, τὸ μὴ ἄλλο, de quo etiam antea diximus. 10 Procurator litis est, qui datus est ad agen- dum. l. 13. sup. de pactis. l. 7. C. de transact. 11 Cur? solvendum est domino. l. 28. sup. de procur. 12 Aliud est, si indebitum. l. 8. sup. de condic. indeb. 13 Con- stitutus ad administrandum, solvere creditoribus potest. 14 Ubi præcessit mandatum, non requiritur ratihabitio. 15 Putativo administratori quæ bona fide vel ignoranter soluta sunt, liberant solventem, si administrator sit solvendo. l. 45. sup. de condic. in- deb. Putativo administratori solvens ex suo cum illa contractu, liberatur: ex contractu vero domini non liberatur. Goth. Hinc colligunt, procuratori non reze solvi, nisi sit omnium honorum, aut speciale mandatum habeat. vid. Stracch. de mandata. n. 23. Moll. de contract. tit. de mand. num. 17. Barboz. l. 3. C. de ff. solut. matrimon. Fachin. lib. 2. contrav. cap. 93. Anf. Adde Rebuff. ad constitut. Reg. de sent. execut. art. 7. gloss. 13. num. 8. Pecc. de jure sistent. c. 3. n. 10. S. L. 16 l. 4. in fin. C. de curat. furios. 17 Alias non liberatur, qui solvit. l. 31. §. 8. sup. de negotiis. 18 Adde l. 19. infr. de acceptilac. 19 Post rationem positam, videt. Hal. 20 Ergo non alterius: & sic contentio non probat nisi id, quod in eam deductum est. 21 Præposito ad unam summam recipiendam plures aut aliz solvi non debent. Nuncius enim mandatum exe- qui debet, non mutare. 22 Vide quæ notavi ad l. 41. sup. de reb. cred. 23 Simplex solutio refertur ad causam usurarum antiquiorum, licet altera graviores usuris contineat. 24 Id est, veteriore. l. 5. l. 24. sup. l. 97. infr. h. t. & sic antiquior dicitur causa, non respectu temporis contractus, sed solutionis. 25 Pater- nis bonis & hereditariis. 26 Potest enim id facere. vide C. si minor ab hereditate se abstinuit. 27 Solet enim constitui, cum primum minor hereditate se absti- nuit. 28 Et ita servatur quod pupillus, antequam abstinuit, gessit. l. 6. §. 1. sup. de reb. ant. l. 22. l. 31. in fin. sup. de mænoribus. 29 Absolvi. vulgat. Halaand. §. 1. 27. §. de pecunia constituta, adde l. 43. sup. h. t. 30 l. 8. in fin. sup. de novat. l. 13. §. 10. j. de acceptil. 31 Id est, exprobratorem. 32 Debitorem principalem.

ptembribus: debitor post diem utriusque stipulationis cedentem, fol- vit viginti sex: neque dictum est ab altero, pro qua stipulatione sol- veretur. Quæro, an quod solutum est, eam stipulationem exonera- verit, cujus dies ante cessit 24, id est, ut viginti fortis soluta videan- tur, & in usuras eorum sex data? Respondit, magis id accipi, ex usu esse.

De in integrum restitutione.

90. IDEM lib. 26. Digestorum.

ÆLIIUS, qui administrabat ut heres paterna bona, pecuniam ex his 25 Sempronio mutuam dedit, & eandem particulatim recepit: deinde se abstulit 26, quia minor annis erat, ab ea hereditate. Quæsitum est, curator bonorum patris constitutus 27 an adversus Sempronium uti- lem actionem habet? Respondit, nihil proponi, cur non is qui sol- visset id, quod mutuam ita acceperat, liberatus esset 28.

De debitore presente, & invito liberando.

91. LABEO [lib. 6. Pithanon a Paulo epitomatorum].

SI debitor tuus non vult a te liberari, & præsens est: non potest in- vitus a te solvi 29. Paulus: Imo debitorem tuum etiam præsentem, etiam invitum 30, liberare ita poteris, supponendo 31 a 32 quo debi- tum novandi causa stipuleris, quod etiam si acceptum non feceris, ta- men statim, quod ad te 33 attinet, res peribit: nam & petentem te, doli 34 mali præscriptio excludet.

De seruo debito in specie.

92. POMPONIUS [lib. 9. Epistolarum].

SI mihi alienum servum dari promiseris, aut testamento dare jussus fueris, ique servus antequam 35 per te stare, quominus dares, a domino manumissus sit: hæc manumissio 36 morti 37 similis sit: si au- tem deceffisset 38, non tenearis. §. 1. Sed & si quis servum, quem dari promisit, heres a domino scriptus statuliberum 39 dederit, liberatur 40.

De confusione obligationis.

93. SCÆVOLA [lib. singul. Quæstionum publice tractatarum].

SI duo rei sint stipulandi, & alter alterum heredem scripsit, viden- dum, an confundatur obligatio? Placet non 41 confundi. Quo bonum est [hoc] dicere? Quod si intendat dari sibi oportere, vel ideo dari oportet ipsi, quod heres extitit; vel ideo quod proprio nomine ei deberetur. atquin magna est hujus rei differentia: nam si alter ex reis pacti conventi temporali 42 exceptione summoveri poterit, inter- erit, is qui heres extitit, utrumne suo nomine, an hereditario ex- periat: ut ita possis animadvertere, exceptioni locus sit, necne.

§. 1. Item si duo rei sint promittendi, & alter alterum heredem scripsit: confunditur 43 obligatio. §. 2. Sed [&] si reus 44 here- dem fidejussorem scripserit, [non 45] confunditur 46 obligatio: & quasi generale quid retinendum est, ut ubi ei obligationi, quæ seque- lax locum obtinet, principalis accedit, confusa sit obligatio; quotiens duæ sint principales, altera alteri potius adjicitur ad actionem, quam confusionem parere 47. §. 3. Quid ergo si fidejussor reum here- dem scripserit? confundetur 48 obligatio secundum Sabini sententiam, licet Proculus dissentiat.

De nominis alienis vel communibus solutis. 3. De seruo solvente.

94. PAPINIANUS [lib. 8. Quæstionum].

SI is cui nummos debitor solvit alienos, nummis integris 49 pergat petere quod sibi debeatur, nec offerat quod accept: exceptione doli summovebitur. §. 1. Sin autem communes 50 nummos cred- dam, aut solvam, confestim pro parte mea nascetur & actio, & li- beratio: sive in singulis nummis communionem pro indiviso quis esse intelligat, sive in pecunia 51 non 52 corpora cogitet sed quantitatem 53. §. 2. Sed & si fidejussor alienos nummos in causam fidejussionis de- dit, consumptis 54 his, mandati agere potest: & ideo si eam pecu- niam solvat, quam subripuerat, mandati ager, postquam furti, vel ex causa conditionis præstiterit. §. 3. Favius Januarius Papi- niano salutem. Cum Titius Gaius Seio deberet ex causa fideicommissi certam quantitatem, & 55 tantundem eidem ex alia causa, quæ pe- titi quidem non 56 poterat, ex solutione autem petitionem non præ- stat 57: Titii servus actor absente domino solvit eam summam quæ

34 Qui mihi promittit pro alio, me mandante, tutus est contra me doli exceptione. 35 l. 41. sup. de verb. obl. 36 Ut servitus, v. l. 59. in fin. sup. de condit. & dem. 37 Manumissio morti similis est. l. 45. infr. de furtis. vid. quæ notavi ad l. 6. sup. quæ & a quibus. 38 V. l. 35. sup. de verb. oblig. 39 l. 9. §. 2. sup. de statutis. 40 Imo non liberatur. l. 63. in fin. sup. de cond. indeb. 41 Dux obligationes æque principales stare invicem possunt sine alterius corruptione. l. 5. in fin. sup. h. t. 42 Ut si pactum fecit de non petendo ante tempus. 43 Græci ita legunt affirmative: non confunditur. vulg. Hal. Cuj. 11. obs. 34. in fin. 44 Debendi scilicet principalis. 45 Hæc negatio in vulgata deest, & Haloandri editione, eam etiam rejicit Cujac. ibid. 46 l. 95. §. 3. j. h. t. l. 5. l. 21. §. 3. sup. de fidejuss. 47 Pariat, vulg. parere vi- deatur. Hal. 48 l. 38. in fin. sup. h. t. perimitur. l. 14. sup. de fidejussoribus. Imo durat. l. 21. §. 5. sup. de fidej. 49 Non consumptis. §. 2. j. h. t. 50 l. 13. in fin. sup. de reb. cred. 51 Differentia corporis & quantitatis, sic testere fragmentaria legatum magis in quantitate, quam in corpore consistit, l. 87. sup. de legat. 2. & chiro- graphum. l. 21. sup. de pact. l. 18. sup. de pign. l. 44. §. 5. sup. de leg. 1. l. 49. sup. de leg. 3. l. 3. §. 1. sup. de liberat. legat. l. 18. §. 2. sup. de mortis causa. 52 V. quæ notavi ad l. 45. sup. de condic. indeb. Hinc colligit Hotom. 10. Illustr. Num- mos non inter res corporales, sed incorporales numerari. Aliud esse corpus, aliud quan- titatem, idque multis confirmat ex l. 19. §. 2. l. 45. in fin. sup. de condic. indeb. l. 24. sup. de possit. l. 5. sup. de compens. l. 34. §. 3. sup. de legat. 3. l. ult. sup. de adimendis. l. 63. sup. ad SC. Trebell. l. 10. in princ. infr. de acceptilac. De differentia corporis & quan- titatis v. Cujac. 14. obs. 19. 53 l. 1. sup. de contrah. Id est, potestatem. l. 10. supra- mular. parationem, valore jure publico ei attributum: siquidem nummi, non ex ma- teria, sed ex instituto & publica lege assumentur: ac propterea ex ære & laminis. Cæsar §. corio. Senec. 2. de beneficiis 14. hinc coriacea moneta sub Friderico II. in usu fuit. Pan- dulphus Collencius Florentinus Chron. anno 1240. additiones ad Chron. Abbatis Ursperg. Naucleus generacione 42. quæ ex panno & lino fit, ut apud Romanos. Helmold. c. 395. Chron. vide Hotomann. 25. Illustr. 54 l. 13. l. 17. l. 19. in fin. sup. de reb. cre- dit. l. 55. §. 2. sup. de fidejussoribus. Consumpti sunt, qui domino perierunt, quorum nomine nulla domino actio, petitio, aut persecutio est. Consumptio mala fide non concil- iat mutuum: tunc enim nummi pro integris habentur, l. 11. §. ult. sup. de reb. cre- dit. bona fide facta conciliat mutuum, quod non conciliavit numeratio. Ratio? qui meam pecuniam alteri numerat, mihi dominiam non tollit: ideoque vindicatio nummorum mi- hi adhuc sperest: ubi vero mei nummi consumpti sunt, ut nusquam appareant, res am- plius mea non est, sed alterius. Quod cum evenit, ex meo num fit: ita mutuum concilia- tur; & hæc est ratio propter quam creditis, vel solutis nummis alienis non aliter mutui ob- ligatio vel liberatio contingit, quam si nummi contumpsi sunt. vide Cujac. 13. observa- tion. 28. 55 Et ita duas summas. 56 Puta ex nudo pacto. 57 Præstat. Hal. efficeret

efficeret ad quantitatem unius debiti: cautumque est ei solutum ex universo credito. Quare, id, quod solutum est, in quam causam acceptum videtur? Respondi: Si quidem Titio Seius ita cavisset, ut sibi solutum ex universo credito significaret, crediti appellatio solum fideicommissi pecuniam demonstrare videtur; non eam quae petitionem quidem non habet, solutione autem facta repeti pecunia non potest. cum vero servus Titii actor, absente domino pecuniam solverit, ne dominium quidem numerorum in eam speciem obligationis, quae habuit auxilium exceptionis, translatum foret, si ex ea causa solutio facta proponeretur: quia non est verosimile dominum ad eam speciem solvendis pecuniis servum praeposuisse, quae solvi non debuerunt: non magis quam ut nummos peculiare ex causa fideiussionis, quam servus non ex utilitate peculii susceperit, solveret.

De periculo rei in obligatione alternata. 2. Effectus aditionis hereditatis. 4. De naturali obligatione. 5. De adjecto. 8. Si creditor debitoris hereditatem ad se non pertinentem possideat. 9. Si quis dolo fecerit quominus possideat. 10. De mandatore. De tutore. 12. Si emptio venditio, cui fideiussor accessit, nudo pacto solvatur.

95. IDEM [lib. 28. Quaestionum].

Stichum aut Pamphilum, utrum ego velim, dare spondeo? altero mortuo, qui vivit solus petetur: nisi [si] mora facta sit in eo mortuo quem petitor elegit. tunc enim perinde solus ille qui decessit, praebetur, ac si solus in obligationem deductus fuisset.

§. 1. Quod si promissoris fuerit electio, defuncto altero qui superest, aequae peti poterit. Enimvero si factio debitoris alter sit mortuus, cum debitoris esset electio: quamvis interim non alius peti possit, quam qui solvi etiam potest, neque defuncti offerri aestimatio potest, si forte longe fuit vilior, quoniam id pro petitore in poenam promissoris constitutum est: tamen si & alter servus postea sine culpa debitoris moriatur, nullo modo ex stipulatu agi poterit: cum illo in tempore quo moriebatur, non commiserit stipulationem. Sane quoniam impunita non debent esse admittenda, doli actio non immerito desiderabitur. aliter quam in persona fideiussoris, qui promissum hominem interfecit: quia tenetur ex stipulatu actione fideiussor, quemadmodum tenebatur, si debitor sine herede decessisset. §. 2. Aditio hereditatis nonnunquam jure confundit obligationem: veluti si creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hereditatem. aliquando pro solutione credit, si forte creditor, qui pupillo sine tutoris auctoritate nummos crediderat, heres ei extitit: non enim quanto locupletior pupillus factus est, consequeretur, sed in solidum, creditum suum ex hereditate retinet. aliquando evenit, ut inanis obligatio aditione hereditatis confirmetur. nam si heres qui restituerit ex Trebelliano hereditatem, fideicommissario heres extiterit, vel mulier, quae pro Titio intercesserat, eidem heres extiterit, incipit obligatio civilis propter hereditatem ejus, qui jure tenebatur, auxilium exceptionis amittere: etenim inconditum est subvenire sexui mulieris quae suo nomine periclitetur.

§. 3. Quod vulgo jactatur fideiussorem qui debitoris heres extitit, ex causa fideiussionis liberari: totiens verum est, quotiens rei plenius promittendi obligatio invenitur. Nam si reus duntaxat fuit obligatus, fideiussor liberabitur: e contrario non potest dici non tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam & personalem habuit defensionem. nam si minori viginti quinque annis bonae fidei pecuniam credit, isque nummos acceptos perdidit, & intra tempora in integrum restitutionis decessit herede fideiussore: difficile est dicere causam juris honorarii quae potuit auxilio minori esse, retinere fideiussoris obligationem, quae principalis fuit, & cui fideiussor is accessit sine contemplatione Juris Praetorii. Auxilium igitur restitutionis fideiussori qui adolescenti heres extitit, intra constitutum tempus salvum erit.

§. 4. Naturalis obligatio, ut pecuniae numeratione, ita jure pacto, vel jurejurando ipso jure tollitur: quod vinculum aequitatis, quo solo sustinebatur, conventionis aequitate dissolvitur, ideoque fideiussor, quem pupillus dedit, ex istis causis liberari dicitur.

§. 5. Quaesitum est, an ita stipulari quis possit, mibi aut filio meo decem dari vel ita, mibi aut patri? Sed non incommode potest adhiberi distinctio: ut filio quidem stipulante, patris tunc adiciatur persona, cum stipulatio ei adquiri non possit: e contrario autem nihil prohibeat, patre stipulante filii personam adici, cum totiens

quod pater filio stipulatur, sibi stipulatus intelligitur, cum ipse sibi stipulatus non est: & in proposito manifestum est, non obligationis, sed solutionis gratia filii personam adjectam. §. 6. Usurfructum mibi aut Titio dari stipulatus sum: Titio capite deminuto facultas solvendi Titio non intercedit: quia & sic stipulari possumus, mibi aut Titio, cum capite minutus erit, dari? §. 7. Nam si furiosus vel pupilli persona adjecta sit, ita tutori vel curatori pecunia recte dabitur, si conditionis quoque implendae causa recte pecunia tutori vel curatori datur: quod quidem Labeo & Pegasus putaverunt utilitatis causa recipiendum. Idque ita recipi potest, si pecunia in rem vel pupilli vel furiosi versa est. Quomodo si domino jussu dare, servo dedisset, ut domino daret. caeterum, qui servo dare jussus est, domino dando non aliter implere conditionem intelligendus est, quam si ex voluntate servi dedit. Idem respondendum est in solutione, si stipulato Sempronio sibi aut Stichio Mævii servo decem dari, debitor Mævio domino pecuniam solverit. §. 8. Si creditor debitoris hereditatem ad se non pertinentem possidet, & tantum ad eum pervenit, quantum si quilibet alius bonorum possessor ei solveret, liberaret heredem: non potest dici fideiussores liberari. neque enim ipsum sibi solvisse pecuniam credendum est, a quo hereditas evincitur. §. 9. Dolo fecisti, quominus possideres quod ex hereditate ad alienum pertinet adprehenderas? Si possessor corpus aut litis aestimationem praestiterit, ea res tibi proderit: quia nihil petitoris interest. caeterum si tu ante conventus, ex praeterito dolo praestiteris: nihil ea res possessori proderit. §. 10. Si mandatu meo Titio pecuniam credidisses, ejusmodi contractus similis est tutori, & debitori pupilli: & ideo mandatore convento & damnato, quamquam pecunia soluta sit; non liberari debitorem ratio suadet: sed & praestare debet creditor actiones mandatori adversus debitorem, ut ei satisfiat. Et huc pertinet tutoris & pupilli debitoris nos fecisse comparisonem. nam cum tutor pupillo tenetur ob id quod debitorem ejus non convenit, neque iudicio cum altero accepto, liberatur alter: nec si damnatus tutor solverit, ea res proderit debitori: quin etiam dici solet tutelae contraria actione agendum, ut ei pupillus adversus debitores actionibus cedat. §. 11. Si creditor a debitore culpa sua causa ceciderit, prope est, ut actione mandati nihil a mandatore consequi debeat: cum ipsius vitio acciderit, ne mandatori possit actionibus cedere. §. 12. Si inter emptorem & venditorem convenit, prius quam aliquid ex alterutra parte solveretur, ut ab emptione discedatur: fideiussor eo nomine acceptus soluto contractu liberabitur.

De tutore delegante. 1. De transactione. 3. De pignoribus.

4. De conditione indebiti.

96. IDEM [lib. 11. Responsorum].

Pupilli debitor tutore delegante pecuniam creditori tutoris solvit: liberatio contingit, si non malo consilio cum tutore habito hoc factum esse probetur: sed & Interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit. §. 1. Cum pupilla magistratui qui per fraudem pupillo tutorem dedit, heres extitisset, tutores ejus cum adolescente transegerunt; eam transactionem pupilla ratam habere noluit: nihilo minus erit, tutorum pecunia liberata. nec tutores contra adolescentem actionem, nec utilem habebunt, qui suum recuperavit. plane si adolescens pecuniam restituere tutori pupillae maluerit, rescisso quod gestum est, actionem utilem in pupillam, heredem magistratus, accipiet. §. 2. Soror cui legatum ab herede fratre debebatur, post mortem legati quaestionem transegit, ut nomine debitoris contenta legatum non peteret: placuit, quamvis nulla delegatio facta, neque liberatio secuta esset, tamen nominis periculum ad eam pertinere. Itaque si legatum contra placitum peteret, transactionis pacti non inutiliter opponi. §. 3. Cum eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorum pro modo pecuniae cujusque contractus creditor accepto facere debet: nec in arbitrio ejus electio erit, cum debitor pretium pignoris confortio subjecerit. quod si temporibus discretis superfluum pignorum obligari placuit: prius debitum pretio pignorum jure solvetur, secundum superfluum compensabitur. §. 4. Cum institutus deliberaret, substituto pecunia per errorem soluta est: ad eum hereditate postea devoluta, causa conditionis evanescit: quae ratio facit ut obligatio debiti solvatur.

De tutore delegante. 1. De transactione. 3. De pignoribus.

4. De conditione indebiti.

96. IDEM [lib. 11. Responsorum].

Pupilli debitor tutore delegante pecuniam creditori tutoris solvit: liberatio contingit, si non malo consilio cum tutore habito hoc factum esse probetur: sed & Interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit. §. 1. Cum pupilla magistratui qui per fraudem pupillo tutorem dedit, heres extitisset, tutores ejus cum adolescente transegerunt; eam transactionem pupilla ratam habere noluit: nihilo minus erit, tutorum pecunia liberata. nec tutores contra adolescentem actionem, nec utilem habebunt, qui suum recuperavit. plane si adolescens pecuniam restituere tutori pupillae maluerit, rescisso quod gestum est, actionem utilem in pupillam, heredem magistratus, accipiet. §. 2. Soror cui legatum ab herede fratre debebatur, post mortem legati quaestionem transegit, ut nomine debitoris contenta legatum non peteret: placuit, quamvis nulla delegatio facta, neque liberatio secuta esset, tamen nominis periculum ad eam pertinere. Itaque si legatum contra placitum peteret, transactionis pacti non inutiliter opponi. §. 3. Cum eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorum pro modo pecuniae cujusque contractus creditor accepto facere debet: nec in arbitrio ejus electio erit, cum debitor pretium pignoris confortio subjecerit. quod si temporibus discretis superfluum pignorum obligari placuit: prius debitum pretio pignorum jure solvetur, secundum superfluum compensabitur. §. 4. Cum institutus deliberaret, substituto pecunia per errorem soluta est: ad eum hereditate postea devoluta, causa conditionis evanescit: quae ratio facit ut obligatio debiti solvatur.

I Hinc sumitur ratio dubitandi. Vox enim, universum, comprehendit debitum quod ab initio exigi potuit, & naturale, quod ab invito non potuit. 2 Num eam quae ab invito debitoris exigi potuit? an potius eam quae ab invito non potuit. 3 Id est, debiti cuius nomine competeat actio. 4 Proprie, vide l. 16. §. 4. sup. de fideiussoribus. 5 Id est, non naturalem tantum. 6 Mandatum habens ad solvenda debita, non videtur habere mandatum nisi ad solvenda utilia. l. 5. §. 2. sup. h. t. 7 Alternativa promissio reduci ad simplicem per interitum unius extremorum. l. 2. §. 3. sup. de eo quod certo loco. l. 34. §. 6. sup. de contrah. l. 10. in fin. sup. de iure dotium. 8 Qui servum occidit. 9 Id est, quam qui superest. 10 l. 51. §. 2. sup. ad leg. Aquil. l. 70. in fin. sup. de fideiussoribus. 11 l. 32. in fin. sup. de usuris. 12 l. 1. §. 14. in fin. sup. de positi. l. 5. sup. ut legatorum. 13 Aditio hereditatis nonnunquam obligationem confundit, ut hic. & l. 34. §. 1. 75. sup. h. t. l. 122. §. 5. sup. de verborum obligationibus. l. 21. §. 3. sup. de fideiussoribus. l. 3. C. de fideicommissis. nonnunquam pro solutione credit. in fr. h. t. nonnunquam obligationem confirmat. in fr. h. t. 14 l. 7. C. de pactis. 15 Consequitur. vulg. consequitur. Hal. vulgatam improbat Cujac. ad l. 127. sup. de verb. oblig. 16 Sed in solutum. Cujac. ibid. 17 Vid. ad hunc locum Cujac. ib. 18 l. 8. §. 13. sup. ad SC. Vellejan. 19 Vulgo ita jactari quae dicuntur, juris ordinarii esse intelligenda sunt. 20 Vide l. 93. §. 2. sup. h. t. 21 Hodie fideiussoriam obligationem non tolli, si fideiussor debitori heres extiterit, demonstrat Cujac. l. 15. obf. 11. §. 11. obf. 34. 22 Quod semper accidit, si modo efficax ea sit petitio, quia principalis semper major est: principem enim locum tenere majus est, quam accedere. l. 40. sup. de fideiussoribus. vide Cujac. 11. obf. 34. Principalis obligatio per fideiussoriam extinguitur, si principalis est utilis, id est, si hoc non nocet creditor. l. 1. debitor. 3. sup. de separat. l. 21. §. 2. vers. quod si. sup. de fideiuss. 23 Si reus natura duntaxat fuit obligatus, fideiussor non liberabitur. Cujac. 11. obf. 34. §. 7. ad Afric. fol. 136. in fin. & Graeci ita legunt. vid. Cujac. d. cap. 34. 24 Imo non est difficile. l. 1. C. de fideiuss. tut. 25 l. 7. §. 2. sup. de minoribus. 26 Vide l. 80. sup. h. t. 27 Id est, licito honestoque, non remoto a re privata, humanoque commercio, & praeterea absoluto: ne alioquin justum pactum hic intelligamus velut cum Aelciao: qua parte Aelciao reprehenditur a Corralio & Oldend. in Top. ubi de parentia agit. 28 Imo, naturalis obligatio quae ex conventionem nata est, pacto non tollitur ipso jure, se ipe tacite exceptionis. l. 27. §. 2. sup. de pact. 29 l. ultim. vers. eam rem. sup. de iurejur. 30 Id est, quo jure naturalis obligatio constituit, eodem tolli potest. 31 §. in. in fr. h. t. 32 Naturaliter obligatus: quae de re plenissime dixi l. 1. sup. de novationibus. l. 59. sup. de obligat. 33 Qui est in potestate. 34 Qui ita stipulatur filio dari jus, stipulatur utiliter. l. 46. §. 2. sup. de verb. oblig. l. 2. C. de contr. stip. Aliud est si factum stipulatur: puta tenere licere. l. 130. sup. de verb. oblig. 35 In cuius sum potestate. 36 l. 56. §. 2. sup. de verb. oblig. 37 Adiectus

cui non potest quæri obligatio, adiectus ad simplicem solutionem videtur. 38 Id est, adjecto. 39 l. 38. sup. h. t. 40 Imo, intercedit: quia capite diminutus alius homo videtur, l. 38. sup. h. t. solve, Titio adjecto & capite minuto stipulationis tempore solvi potest: post stipulationem, non potest. 41 Senius est: etiam si Titius stipulationis tempore capite diminutus fuerit, jus ei solvendi non perit: quia & in eum casum solutioni applicari potuit: si in eum casum potuit adici, potuit & in ipso casu. vide Cujac. ad l. 55. sup. de verb. obl. 42 In tempus, quo Titius capite minutus erit, conferri potest solutio. 43 Sed, ut in l. 84. §. 5. sup. de verb. oblig. Accur. 44 l. 68. sup. h. t. l. 13. sup. de cond. & demonstr. 45 In persona pupilli vel furiosi. 46 Non intelligitur recedi a persona, quoties ex voluntate ejus aliud sit. 47 Id est, integrum debitum recepit. adde l. 21. §. 3. sup. de fideiussoribus. 48 Et compensasse. & sic compensationi non opponitur actio in rem, seu petitio hereditatis: sed tamen Cujacius notat hodie compensationem fieri in iudicio in rem: idque ipso jure, 15. obferv. 12. l. ultim. C. de compensat. 49 Ex ea re quae evinci potest, nemo potest sibi solvere. 50 l. 13. §. penult. sup. de hered. pet. vide l. 51. sup. de re jud. 51 Quae succedit loco corporis vel rei. 52 Nihil petitoris interest, quoties fundum aut ejus aestimationem consecutus est. 53 Vetus & antiquus dominus scilicet. 54 l. 18. §. 5. in fin. sup. famul. l. 36. sup. de fideiuss. Nov. 4. cap. 1. 55 Et ad hoc. vulg. Hal. 56 Id est, si is, qui creditur alicui alterius mandato. 57 Debitore, petens. vulg. Hal. 58 Quia male egit. 59 Id est, condemnatus fuerit. 60 Id est, si mandatarius non potest cedere actionem mandatori vel fideiussori, exceptione cedendarum actionum repellitur. Bartolus. 61 Dixi l. 17. sup. de fideiussoribus. 62 l. 80. sup. h. t. 63 Res est integra, etiam si fideiussor sit acceptus. l. 3. C. de resc. vend. l. 12. C. de contrah. empt. 64 Solutio contractus principali, accessiones contractus dissolvi censentur. 65 Delegatio tutoris liberat debitorem, pupilli, ita demum, si fuerit facta bona fide. 66 Mandato tutoris debitum pupilli solvi potest, etiam creditori tutoris. 67 De Interdicto fraudatorio vide l. 67. §. 1. sup. ad SC. Trebell. adde l. 60. in fin. sup. mandati. l. 10. sup. facta in fraud. cred. 68 Et ita pro invito solvitur, l. 23. sup. h. t. & transactio a tutore facta non potest rescindi. Imo potest, l. 1. l. 2. C. si ad. off. transact. solve: ubi minor capta sine decepta est, non hic, ideoque diversa jura admittuntur. l. 9. §. 4. sup. de iurejur. 69 l. 14. C. de transact. 70 l. 53. in fin. l. 56. §. 4. in fr. de iurejur. 71 l. 3. in fin. C. de novationibus. 72 Cessionarium scilicet. 73 Id est, transactionem. 74 Pretium pignorum debet converti in omne debitum, in quod pignora sunt obligata. 75 Livius 6: Quamvis ista societas, quamvis confortio? Cic. 3. offic. Dissolvatur necesse est omnis hac confortio. Lucilius 29: redi in correctionem. vide Nonium in confortio. 76 l. 97. in fin. in fr. h. t. 77 De cedenda hereditate. 78 Jus superveniens solutionem recipienti, inducit liberationem, quae prius non erat iudicia.

In quam causam imputatur quod solutum est.

97. IDEM [lib. 2. Definitionum].

Cum ex pluribus causis debitor pecuniam solvit, utriusque demonstratione cessante, potior habebitur causa ejus pecuniae quae sub infamia debetur: mox ejus quae poenam continet: tertio, quae sub hypotheca vel pignore contracta est: post hunc ordinem potior habebitur propria, quam aliena causa, veluti fidejussoris: quod veteres ideo definiunt, quod verisimile videretur diligentem debitorem admonitu ita negotium suum gesturum fuisse. si nihil eorum interveniat: vetustior contractus ante solvetur. Si major pecunia numerata sit, quam ratio singulorum exposcit: nihilominus primo contractu soluto, qui potior erit, superfluum ordini secundo, vel in totum, vel pro parte minuendo videbitur datum.

De dote. 1. De actione Faviana. 2. De in integrum restitutione. 3. De castrensi peculio. 4. De adjecto. 8. De rei interitu vel mutatione.

98. PAULUS [lib. 15. Quaestionum].

Qui res suas obligavit, postea aliquam possessionem ex his pro filia sua dotem promittendo obligavit, & solvit: si ea res a creditore evicta est, dicendum est maritum ex dotis promissione agere posse, ac si statuliberum, remve sub conditione legatam, dotis nomine pro filia pater solvisset. harum enim rerum solutio non potest nisi ex eventu liberare: scilicet, quo casu certum erit remanere eas.

§. 1. Diversum respondetur in ea pecunia, five re, quam patronus post mortem liberti per Favianam aufert: haec enim actio, cum sit nova, partam liberationem non potest revocare. §. 2. Huic applicatur minor, viginti quinque annis, qui a creditore circumscriptus, in rem ex causa debiti solutam restituitur. §. 3. Rem autem castrensis peculii solventem patrem, perinde accipere debemus, ac si alienam dedisset: quamvis possit residere apud eum cui soluta est, prius mortuo intestato filio. sed tunc adquisita creditur, cum filius decesserit: & utique cujus fuerit, eventus declarat: sitque & hoc ex his quae post factis, in praeteritum quid fuerit, declarent. §. 4. Mibi dare, aut Titio Kalendis vel sub conditione, aut mibi Kalendis Januariis, aut Titio Februariis, utiliter stipulor. Quod si mibi Kalendis Februariis, Titio Kalendis Januariis: potest dubitari? Sed rectius dicitur utiliter stipulatum: nam cum in diem sit ea quoque obligatio, etiam mibi solvi potest ante Februarias: igitur & illi solvi poterit. §. 5. Qui stipulatus sibi aut Titio, si hoc dicit, si Titio non solveris, dari sibi: videtur conditionaliter stipulari. Et ideo etiam sic facta stipulatione, mibi decem, aut quinque Titio dari? quinque Titio solutis, liberabitur reus a stipulatore. Quod ita potest admitti, si hoc ipsum expressim agebatur, ut quasi poena adjecta sit in persona stipulantis, si Titio solutum non esset. † At ubi simpliciter sibi aut Titio stipulatur, solutionis tantum causa adhibetur Titius: & ideo quinque ei solutis, remanebunt reliqua quinque in obligatione.

† Contra si mibi quinque, illi decem stipulatus sum: quinque Titio solutis, non facit conceptio stipulationis, ut a me liberetur. porro si decem solverit, non quinque repetet, sed mihi per mandati actio-

nem decem debebuntur. §. 6. Mibi Roma, aut Ephesi Titio, dari stipulor, an solvendo Titio Ephesi a me liberetur, videamus? nam si diversa facta sunt, ut Julianus putat, diversa res est. sed cum praevalet causa dandi, liberatur: liberaretur enim, & si mibi Stricium, illi Pamphilum dari stipulatus essem, & Titio Pamphilum solvisset. At ubi merum factum stipulor, puta insulam in meo solo edificari, aut in Titii loco, numquid, si in Titii loco edificet, non contingat liberatio: nemo enim dixit factum pro facto soluto liberationem contingere? sed verius est liberationem contingere: quia non factum pro facto solvere videtur, sed electio promissoris completur.

§. 7. Si servus fructuarius ex re fructuarii domino proprietatis, aut fructuario stipuletur, inutilis est stipulatio: at ex re proprietarii, si ipsi domino aut fructuario stipuletur, recte stipulatur: tantum enim solutionis capax est fructuarius hoc casu, non etiam obligationis [quoque]. §. 8. Aream promissi alienam: in ea dominus insulam edificavit: an stipulatio extincta sit, quaesitum est? Respondi: si alienum hominem promissi, & is a domino manumissus est, liberor.

† Nec admissum est quod Celsus ait, si idem rursus Lege aliqua servus effectus sit, peti eum posse: in perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest: & si servus effectus sit, alius quam videtur esse. † Nec simili argumento usus est, [ut] si navem quam tu promissisti, dominus dissolverit, deinde iisdem tabulis compergerit, teneri te: hic enim eadem navis est, quam te daturum spondesti: ut videatur magis obligatio cessare, quam extincta esse. † Homini autem manumisso simile fiet, si ea mente dissolutam esse navem posueris, [ut] in alios usus converterentur tabulae, deinde mutato consilio eadem compositas: alia enim videbitur esse posterior navis, sicut ille alius homo est. † Non est his similis area, in qua aedificium positum est: non enim desit [in] rerum natura esse. imo & peti potest area, & aestimatio ejus solvi debet: pars enim insulae area est, & quidem maxima, cui etiam superficies cedit. † Diversum dicemus, si servus promissus, ab hostibus captus sit: hic interim peti non potest, quasi ante diem: sed si redierit postliminio, recte tunc petetur. cessavit enim hic obligatio: area autem extet, sicut caetera, ex quibus aedificium constitit. † Denique Lex XII. tabularum signum adibus junctum vindicari posse scit: sed interim id solvi prohibuit, pretiumque ejus dari voluit.

De forma numerorum solvendorum.

99. PAULUS lib. 4. Responsorum respondit.

Debitorem non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliquod passurus sit.

De tutoribus vel curatoribus datis in pluribus locis.

100. IDEM lib. 10. Responsorum.

Quaero, an curatoribus vel tutoribus in Provincia datis, Romae pecunia solvi possit, quae in Provincia ita ab his fœnerata esset, ut Romae solveretur, cum iisdem curatores vel tutores rerum Italicarum administrationem non sustinent: an si solverit, debitor liberetur? Paulus respondit, [his] tutoribus vel curatoribus recte pupillo

1 Nota debita hoc ordine exonerari: Primo loco debitum sub infamia: deinde sub poena: tertio loco, sub pignore debitum: inde proprium: & mox antiquius.

2 Vide l. 7. in fin. sup. h. t. 3 Vide l. 4. l. 7. in fin. sup. h. t. 4 l. 73. sup. h. t. vel satisfactio. l. 4. in fin. l. 5. sup. h. t. 5 l. 1. l. 4. sup. h. t.

6 l. 5. l. 29. in fin. sup. h. t. 7 Adde l. 96. in fin. §. penult. sup. h. t. 8 l. 20. sup. h. t. 9 Id est, possessio: rei appellatione nonnumquam possessio continetur. dixi l. 21. sup. de rei vind. Et sup. de reb. cred. in pr. 10 l. 33. sup. h. t. l. 16. sup. de jur. dot. 11 l. 83. §. 6. sup. de verb. oblig. 12 De qua vide sup. si quid in fraud. patr. 13 An extraordinaria, vel Praetoris, ut vult Accursius? An nova origine ipsa, ut Baldus? 14 Licet minor restituitur, non tamen restituitur actio creditoris. ut hic. nisi minor restituitur ad verum creditorem. l. 13. l. 13. l. 1. sup. de minor. l. un. C. de reparationibus qua sunt in iudicio in integr. rest. l. 48. §. 1. sup. de fidej. l. 21. §. 1. in fin. sup. de SC. Silvanian. 15 Vide C. si advers. solutionem. 16 Pater solvens rem castrensis peculii, videtur solvere rem alienam. Bart. 17 Fingamus huius jure suo non utam. vide l. 44. sup. de legat. 1. & ita eventus declarat quae ex eventu dependent. 18 Dari. vulg. Hal. 19 l. ult. §. 7. sup. de verb. oblig. 20 Vide l. ultim. §. 6. sup. de verb. oblig. 21 l. 137. §. 2. sup. de verborum oblig. 22 Si, dicitio, conditionem implicat. 23 Vide quae scripsi ad l. 45. §. 11. in fr. de iure fidej. 24 Imo non remanebunt. Quotiens enim alternativa est inter summas diversas minor summa est in obligatione. l. 83. §. 3. sup. de verb. oblig. 25 Valere huiusmodi stipulatione? Utique valet. in fr. C. de usur. v. Bart. hic. 26 Imo ea verborum conceptio facit, ut reus a stipulatione liberetur: nec enim potest esse plus in accessorio quam in principali. l. 8. §. 7. sup. de fidej. vide Bart. hic. 27 l. ultim. §. 5. sup. de verb. oblig. 28 §. 4. in fr. de inutil. stip. 29 Alternata locorum promissio reo electionem tribuit: in huiusmodi alternativa, rei electio est. 30 Suntne diversa? utique, si loca spectemus; unius tamen facti loco habentur, si dandi causam (quae una est) inspicimus. 31 Reus scilicet solvendo Ephesi. 32 Aedificium merum factum continet. 33 Liberatio non contingit, si aliud fiat, quam promissum est. 34 Reus vel in meo, vel Titii loco aedificandi, in Titii loco aedificandi jus eligere potest & merito: nam quod adjecto sit, stipulatori fieri videtur. 35 l. 1. §. 5. sup. de stipulat. servor. 36 Area aliena promissa, & in ea aedificio a vero arez domino impolito, stipulatio vel promissio estne extincta? non est extincta. Quid ita? Area ipsa non desit in rerum natura esse. Quis inde effectus? area ipsa peti poterit. Atqui aedificium ab eo seorsum non potest? arez igitur ipsius aestimatio solvetur. vers. Non est his similit. Atquin, si hominem alienum promissi, isque manumissus sit, promissione liberor. vers. si alienum. in fr. h. t. Liberor sane: sed aliud plane in homine manumisso est: aliud in area aedificata. In servo manumisso nullum servi vestigium est: in area aedificata area integra est. Quid, si servus ita manumissus post lege aliqua servus sit effectus? Non convalescit promissio. vers. Nec admissum. Atqui si navem promissi, eaque a domino soluta sit, & postremo iisdem tabulis compacta, redintegratur obligatio? redintegratur: sed hic aliud est in navi restituta, aliud in servo manumisso, deinde servo effecto. Qui semel manumissus est, alius statim factus est: ea mente manumissus est, ut perpetuo liber esset, non ad tempus. Navis dissoluta eo animo, ut in eundem plura restitueretur, quia perpetuo non fuit dissoluta, redintegrata, seu restituta, alia navis non est censenda: fecus autem esset, si ea mente dissoluta, ut in alios usus converteretur. Eadem enim hoc casu ratio esset navis dissolutae, & hominis manumissi. Nam quae ea mente dissolvitur, ut in alium usum converteretur, ea prout esse desinit, quae ante fuerat. Interitus, ut ita dicam, aliquis perpetua destinatione alterius usus navi ita dissolutae allatus est mente dissolventis. Porro quae perpetuo sunt extincta, restitui in antiquum statum non possunt. Ut illic alius homo est: ita hic alia navis. Igitur in hac quaestione videndum est, an navis ea mente dissolvatur, ut in priorem usum restitueretur, an ut in alium. Priore casu restituta navis, nova non videtur, sed antiqua: posteriore nova profertur, non ea quae ante fuerit. vers. nec similit. Cum his nihil simile habet area. Servus manumissus, perpetua destinatione manumittentis servus esse desit: Navis in alium usum dissoluta, perpetua dissolventis destinatione, navis antiqua esse desit. Area, in qua aedificium positum est, area esse non desit. Non desit sane, quia area ipsa, pars & quidem maxima insulae seu aedificii est. Proinde arez promissor, si in area aedificium positum fuerit, tenebitur: nimirum subsistente etiamnum area. Promissor servi manumissi, aut navis dissolutae ea mente, ut in alium usum verteretur, his

mutationis accidentibus obligatus esse desinit. vers. non est his similit. Quid, si servus promissus, ab hostibus captus postliminio rediit? Captivitas jus captivi hominis perpetuo non mutat: spes postliminii facit ut liber esse possit: cessat hoc casu magis obligatio, quam extincta est. Cessat, dum captus est: non est extincta, cum reversus. Ita nihil simile hoc exemplum habet cum area, in qua aedificium aliquod positum est. Area in hac specie statim peti potest, quia est servus hostium potius: statim peti non potest, quia dum captus est, servus est; is esse desinit, qui fuit. Hac pendente conditione, captus peti non potest: si peteretur, ante diem peteretur: magis denique tum cessat eius promissio, quam sit extincta. vers. Diversum. Denique cur negemus aream, in qua aedificium sit positum, peti posse: cum Lege XII. tabularum signum alienis adibus junctum, neque vindicari, neque solvi possit, & tamen pretium ejus dari debeat? vers. denique lex. in fr. h. t. 37 Argumentum ab homine seu servo alieno promissum, & post a domino manumisso, ad aream alienam venditam & aedificium in ea positum venditionem positum a vero domino. 38 Alieni servi promissor, ipso servo manumisso a domino non tenetur. Quid si servus ipse Lege aliqua postea servus sit effectus? Celsus male censuit promissionis obligationem redintegratam. l. 51. sup. de verbor. obligat. l. 79. in fin. sup. de leg. 3. 39 Servus manumissus ob ingratitudinem Lege revocatur in servitutem. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. C. de libertis, & eorum libertis. 40 Perpetuo extincta restitui non possunt. 41 l. 27. §. 2. sup. de pactis. l. 10. §. 9. in fin. sup. de in rem vers. Theoph. §. 6. in fr. de nozalib. ad. Est enim, teste Aristotele, ὑπαρξάν ab habitu a privationem, sed non a privatione ad habitum. vide Cujac. §. ad Afric. fol. 206. 42 Homo liber servus factus, alius homo videtur. vide l. 79. in fin. sup. de legat. 3. 43 Id est, non idem est in navi, quod in domo. Nam si navis a te promissa dissolvitur (hic extinguitur obligatio), & deinde eisdem tabulis eam compergeris, teneris (hic refuscitatur obligatio extincta). Area promissa si aedificium in ea positum est, teneris. Aedificii positione non extinguitur arez promissio: debetur enim ejus aestimatio. l. 44. §. 4. sup. de leg. 1. His debeatur Jurisconsultus addere insulam postea ad aream redactam, & quaerere, num arez promissio forte ob aedificium in ea positum extincta convalescere eret? quod aperte ait l. 36. sup. de usufruct. l. 79. §. 2. sup. de legat. 3. negat vero l. 10. §. 7. in fin. sup. quibus modis usufruct. Quasi potest, cur quod in d. l. 79. §. ultim. dicitur de servo legato manumisso, & postea in servitutem redacto, eo casu extinctam renasci obligationem (d. §. ultim. quod tamen expresse negat l. 27. in fin. sup. de adim.) cur id aequale locum non habeat in iis casibus qui sequuntur in insula quae area facta, insula postea facta est, in scypho qui massa, deinde scyphus factus est? l. 36. §. 2. de usufruct. in quibus causis obligatio non reviviscit. 44 l. 83. §. 5. sup. de verbor. oblig. Imo non teneris, nec eadem navis est. l. 10. §. 7. sup. quibus modis usufruct. praetertim si per vices sit restituta. l. 76. sup. de iudic. 45 Sic in furioso, dum interquiescit, furor cessare, non desisse, Seneca ait. Cessat quod concipitur est: nec extinctum est quod pendet. Obligatio cessat ad tempus; extinguitur in perpetuum: cessans potest expergeri; extinctum non potest. 46 Cessantis & extinctae obligationis differentia. 47 l. 83. §. 5. sup. de verb. oblig. 48 Vide l. 21. sup. de pignorat. l. 29. §. 2. sup. de pignorat. 49 l. 44. §. 4. sup. de leg. 1. l. 39. sup. de leg. 2. Imo desit esse area cum aedificium in ea positum est: & ita quidem alia, ut ob eam causam peti non possit. l. 79. §. 2. sup. de leg. 3. l. 5. in fin. sup. quib. mod. usufr. 50 Imo, nomen suum retinet. vide Hotom. §. illustr. 51 Partes in toto & naturam & maximam. 52 Area pars insulae, & quidem maxima. 53 Maxima pars totius ea censetur esse, cui autem ipsius totius partes cedunt. 54 Superficies cedit arez. 55 Servus promissus, & post captus ab hostibus, interim dum captus est, peti non potest. Cur non potest? quia cum apud hostes sit, quasi ante diem peti videtur. Cur quasi ante diem? quia antequam postliminio redierit, praestari non potest. Quod si ante postliminii diem praestari non potest, ne peti quidem potest. Dici igitur quasi adjecto quaedam est eo casu: ut ne servi ita capti nomine promissor teneatur ante diem postliminii. 56 Vide Cujac. ad l. 36. sup. de usufruct. id est, tractatu §. ad Afric. fol. 55. & ad l. 83. sup. de verbor. oblig. Hotom. §. illustr. Forner. 2. select. 16. 57 Vide l. 1. in fr. de signo juncto. 58 Νέμω ἐπιγάρων. Nov. 38. in princ. scilicet vulg. ist est, permittit. 59 Creditorem. Hotom. c. 15. illustr. quaed. similis est error in l. 8. sup. de tutel. Cujac. 60 ad l. 59. sup. de verbor. oblig. & ita quoque legit Vulgata & Haloandri editio. 60 Dixi de hac quaestione l. 3. sup. de reb. cred. 61 Vide l. 2. §. 1. sup. de reb. cred. Hotom. 15. illustr. 62 Adde l. 16. C. h. s.

pecuniam debitam solvi qui negotia ejus administrant: eos autem, qui Provincialium rerum curatores vel tutores sunt, Italica negotia administrare non solere; nisi specialiter tutores Provincialium rerum, ut sibi Romae redderetur, promitti curaverunt.

Si unus ex collegis plus debito intulerit. 1. In quam causam imputatur solutum, vel redactum ex venditione pignoris.

101. IDEM lib. 15. Responsorum.

Paulus respondit, non ideo eos qui virilem portionem ex causa fidei commissi inferre debuerant, liberatos videri, quoniam quidam ex collegis per errorem plus debito intulerunt. §. 1. Paulus respondit, aliam causam esse debitoris solventis, aliam creditoris pignus distrahentis. Nam cum debitor solvit pecuniam, in potestate ejus esse, commemorare, in quam causam solveret: cum autem creditor pignus distraheret, licere ei pretium in acceptum referre, etiam in eam quantitatem, quae natura tantum debebatur; & ideo deducto eo debitum peti posse.

De periculo pecunia solvenda. 1. De sorte & usuris. 2. In quam causam solutum imputatur. 3. De majoribus usuris per errorem solutis.

102. SCÆVOLA lib. 5. Responsorum.

Creditor oblatam a debitore pecuniam, [ut] alia die accepturus, distulit; mox pecunia, qua illa Respublica utebatur, quasi aërofa jussu Præfidis sublata est: item pupillaris pecunia, ut possit idoneis nominibus credi, servata, ita interempta est. Quæritur est cujus detrimentum esset? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, nec creditoris nec tutoris detrimentum esse. §. 1. Cum de sorte debita constaret, de usura litigatum esset: novissime ex appellatione pronunciatum est, solutas quidem usuras non repeti, in futurum vero non deberi. Quæro, pecunia data utrum usuris cedere deberet quod petitor defenderet: an vero forti proficeret? Respondi, si qui dabat, in sortem se dare dixisset, usuris non debere proficere.

§. 2. Valerius Lucii Titii servus scripsit, Accepi a Mario Marino ex summa majore tot aureos. Quæro, an hæc summa in proximum annum ei accepto ferri debeat, cum superioris anni sit reliquator? Respondi, videri in primam quamque summam liberationem proficere. §. 3. Titius mutuam pecuniam accepit, & quincuntes usuras sponndit, easque paucis annis solvit, postea nullo pacto interveniente, per errorem & ignorantiam semisses usuras solvit. Quæro, an patefacto errore, id quod amplius usurarum nomine solutum esset, quam in stipulatum deductum, sortem minueret? Respondi, si errore plus in usuris solvisset, quam deberet: habendam rationem in sortem ejus quod amplius solutum est.

In quam causam solutum imputatur.

103. MÆCIANUS lib. 2. Fideicommissorum.

Cum ex pluribus causis debitor pecuniam solvit, Julianus elegantissime putat ex ea causa eum solvisse videri debere, ex qua tunc cum solvebat, compelli poterit ad solutionem.

De restitutione hereditatis.

104. IDEM lib. 8. Fideicommissorum.

Ante restitutam hereditatem solutiones & liberationes factæ ab herede, ratæ habebuntur.

De herede debitoris, pro quo fidejussor solvit.

105. PAULUS lib. singul. ad Legem Falcidiam.

Quod dicimus in eo herede, qui fidejussori testatoris id, quod ante aditam hereditatem ab eo solutum est, debere statim solvere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est: nec enim cum facco adire debet.

De eo, cui jure stipulationis, vel permissu creditoris solvi potest.

106. GAJUS lib. 2. de verborum obligationibus.

Aliud est, jure stipulationis Titio solvi posse; aliud, postea permissu meo id contingere. Nam cui jure stipulationis recte solvitur, ei etiam prohibente me recte solvi potest: cui vero alias permifero solvi, ei non recte solvitur, si priusquam solveretur, denuncia-verim promissori, ne ei solveretur.

De verborum obligatione.

107. POMPONIUS lib. 2. Enchiridii.

Verborum obligatio, aut naturaliter resolvitur aut civiliter. Naturaliter, veluti solutione, aut cum res in stipulationem deducta, sine culpa promissoris in rebus humanis esse desit. Civiliter, veluti acceptilatione, vel cum in eandem personam jus stipulantis promittentisque devenit.

De mandato.

108. PAULUS lib. 2. Manualium.

Ei qui mandato meo post mortem meam stipulatus est, recte solvitur: quia talis est lex obligationis. ideoque etiam invito me recte ei solvitur. Ei autem cui jussi debitorem meum post mortem meam solvere, non recte solvitur: [quia mandatum morte dissolvitur].

TIT. IV.

DE ACCEPTILATIONE 43.

Definitio.

1. MODESTINUS lib. 2. Regularum.

Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, quæ utriusque contingit ab eodem nexu absolutio.

De pupillo.

2. ULPIANUS lib. 24. ad Sabinum.

Pupillum per acceptilationem etiam sine tutoris auctoritate liberari posse placet.

De procuratore.

3. PAULUS lib. 4. ad Sabinum.

Per procuratorem nec liberari, nec liberare quisquam acceptilatione sine mandato potest.

De conditione.

4. POMPONIUS lib. 9. ad Sabinum.

Acceptilatio sub conditione fieri non potest.

De die.

5. ULPIANUS lib. 34. ad Sabinum.

In diem acceptilatio facta nullius est momenti: nam solutionis exemplo acceptilatio solet liberare.

De pluribus stipulationibus.

6. IDEM lib. 47. ad Sabinum.

Pluribus stipulationibus factis, si promissor ita accepto rogasset, quod ego tibi promissi, habesne acceptum? si quidem apparet quid actum est, id solum per acceptilationem sublatum est: [si non apparet, omnes stipulationes solutæ sunt.] dummodo illud sciamus, si ego aliud accepto tuli, aliud tu rogasti, nihil valere acceptilationem.

De forma acceptilationis.

7. IDEM lib. 50. ad Sabinum.

Sane & sic acceptilatio fieri potest, Accepta facis decem? ille respondit, facio.

41 Meum solvere, post mortem meam non recte solvitur. Cujac. 1. observat. 38. 42 Vide l. 26. supr. mandati.

43 De acceptilationibus, L. 8. C. 44. περί ἀποδοτικῶν ἢ τῶν ἐλευθερίας χάρις καὶ ἀποχῆς δι' ἀμοιβῆς ἐπιτροπῆς γενόμενης &c. 26. Eclog. 6. adde §. 1. Inst. quib. mod. toll. oblig. Glossa ἀποδοτικῶν. 44 Obligationis scilicet ἐνοχῆς. Eclog. liberatio, inquam, civilis, jure civili inventa, l. 107. supr. tit. prox. (vide tamen l. 8. in fin. infr. h. t.) denique civilis, unde imaginaria solutio dicitur. §. 1. Inst. quib. mod. toll. obl. Solutio est naturalis datio: acceptilatio civilis. l. 107. supr. tit. prox. Potro differat acceptilatio ab apocha, quod illa omnimodo liberat: hæc non aliter, quam si pecunia soluta sit. Eclog. ibid. ut acceptilatio differat ab apocha, vide l. 19. §. 1. infr. h. t. 45 Eclog. ibid. c. 1. hæc verba referri non possunt ad communem acceptilationem, in qua una tantum ex parte interrogatio est. l. 7. infr. h. t. sed ad Aquilianam, de qua l. 18. infr. h. t. §. 1. Inst. quib. mod. toll. perspicue pertinet. Hotom. 3. obs. 18. sed. Cujac. 5. obs. 36. ait. acceptilationis verbo plerumque & eam, quæ præcessit stipulationem Aquilianam, assignari ut e contrario, Stipulationis Aquilianæ verbo acceptilationem, quæ illam sequitur, subintelligimus. 46 Quia interdum utriusque. Hotom. 3. obs. 47 Et merito: fit enim per acceptilationem ejus conditio melior. 48 l. 4. C. de solut. Goth. vide Zanger. de except. part. 3. c. 7. n. 35. Anl. 49 ἀνευ ἐνοχῆς ἢ τῶν προτροπῆς ergo cum mandato? negat Hotom. 32. Illust. fol. 220. arg. l. 13. §. 10. l. penult. infr. h. t. Ideoque monet hic legendum esse, sine novatione, id est, sine interrogatione & responsione. Tum demum accepto ferre potest procurator, cum ex mandato novaverit, id est, Procurator novare potest, at non accepto ferre, nisi prius novaverit ex mandato. Remedio novationis acceptilatio recte fit per procuratorem: alias actum legitimum non possumus perferre per procuratorem. vide Cujac. 15. obs. 16. inter præsentis perferri debet. 50 Est enim actus legitimus: Actus autem legitimi neque diem neque conditionem recipiunt, l. 77. infr. de reg. jur. potest tamen debitum conditionaliter acceptum ferri, atque ita acceptilatio debitum conditionale pure potest tollere. vide l. 12. l. 21. infr. h. t. l. 77. in fin. infr. de reg. jur. purum aut conditionale conditionaliter tollere non potest, Quid? An etiam conditio de presenti aut præterito acceptilationem vitiat? Faber negare videtur in §. conditiones. Inst. de verb. obl. Zalius vero ait in l. cum ad præsentem. 37. n. 8. supr. de reb. cred. excipit tamen ibidem quoddam actus legitimus. 51 Est enim actus legitimus. d. l. 77. Cur autem actus legitimus diem non recipit? quia aut statim operatur, aut nunquam, & sic dies obligationi præteritem interitum adfert. Goth. vide Zanger. de except. part. 3. cap. 7. num. 87. Anl. 52 l. 7. §. 1. supr. de liberatione. l. 31. in fin. supr. de novationib. Cui accepto latum est, solvisse intelligitur: & ita quidem, ut exceptio pecuniarum non numeratarum opponi non possit. l. 15. §. 1. infr. h. t. 53 Id est, statim debet liberare. Ars ut imitari naturam debet: ita §. 1. infr. h. t. 54 Id est, quodcumque. facit l. 110. in fin. supr. de verb. oblig. Et sic verba generalia ad omnes obligationes referuntur, nisi de certis cogitatum esse appareat. Eo casu mens liberantis, non ejus cui accepto latum est, spectatur. 55 Duplicitas responsionis vitiat interrogationem. 56 Quæ scilicet tibi promissum, vel debeo; alias nemo hic interrogatur, Centum necne fateatur accepisse ab interrogante. Priori casu & διὰ λαχῆς altero contractum & ἐν ἀλλοτρίῳ παύεται. vide Scholion 27. Eclog. 6.

1 l. 3. §. 7. infr. judic. sol. 2 Vide quæ scripsi l. 29. C. de pass. 3 Imo videntur liberati, l. 4. in fin. supr. de nexali causa. 4 Plus sua portione qui solvit, non liberat correum. 5 l. 35. supr. de pignorat. 6 l. 1. supr. h. t. 7 l. 73. supr. h. t. 8 Ex pacto. l. 5. §. 2. supr. h. t. 9 Vid. ad hanc leg. Alciat lib. 2. dispunct. cap. 25. Corraf. l. 1. miscell. cap. 9. S. L. 10 Adde elegans exemplum de assibus libraribus, sextantariis, ex Festo in Grave as, & sextantarii assis. 11 Ne dicas cum Accursio herosa, id est, dominabilis. ne legas etiam cum Alciato, 2. disp. 25. quasi ἐραυθ. nec cum Forcatulo, 6. Necymant. 1. legas erasa: quasi hic agatur de pecunia circumcisa, & non jussi ponderis. Erasi pecunia est, subzrata, quæ cum aurea & argentea videntur, plurimum in se æris habet, quæ plus æris in se habet, quam oportet. sic Festus ærofam Cyprium appellari ait, quod in ea plurimum æris nascatur. A Græcis dicitur ærofa pecunia χαλκώμας. Cujac. 8. ad Afric. fol. 207. sic Plinius lapidis ærofi, 34. cap. 1. auri ærofi & argentei, 33. cap. 5. meminit. vide Corralium, 1. Miscell. 9. 12 Et officio sic alibi Centurio ex officio ad annonam culleos tollit, l. ult. in fin. supr. de pignorat. & æillis lectos in via concidit, l. 12. supr. de peric. & commodo. sed utrumque hodie non est Præfidis munus, sed Principis ipsius monetam tollere. arg. l. 2. C. de falsa moneta. 13 Tutoris periculo non est pecunia pupillaris, quam collocare distulit, cum non invenirentur idonea nomina. 14 Subaudi, qui obtulit, nisi forebat brevi mutatum iri, l. 15. in fin. supr. de peric. & commodo. nisi denique jussu Principis asses mutari. vide Festum dicitur loci. 15 Sed minoris. 16 Aliud ergo, si non dixisset. 17 Qui ex summa majore pecuniam recipit, de debito jam contracto, non futuro intelligit. facit l. 3. in fin. supr. l. 103. infr. h. t. 18 Vide l. 9. §. 2. supr. de publicanis. 19 Primam magis, quam in supremam causam. vulg. Solutum in dubio credit in causam antiquiorem. Liber creditoris causam soluti prabat. 20 Id est, ex centenis quinos. 21 Id est, ex centenis tenos. 22 l. 26. supr. de cond. indob. l. 26. vers. si quis. C. de usur. 23 Terentius Clemens. Hal. 24 Vide quæ scripsi ad l. ult. §. 3. supr. de cond. indob. 25 l. 38. in fin. supr. h. t. 26 Ex fideicommissio. 27 Adde l. ult. supr. de transf. adde l. 70. §. 1. supr. ad SC. Trebell. 28 Cum aliquo spatio, l. 1. §. 8. supr. ad l. Falcid. interposito modico tempore. l. 73. l. 135. §. 2. supr. de verb. oblig. adde l. 8. supr. si quis cautionib. l. 7. supr. de in integr. l. 21. in fin. supr. de jud. l. 17. supr. de pecun. const. adde §. ult. Inst. de inutil. stip. Illud modicum spatium datur πρὸς περιπέλασιν, non tam humanitatis gratia quam necessitatis, quo rem quæ non est in expedito, promissor quæsitur eat & tradat. vide Cujac. ad l. 118. in fin. supr. de verb. oblig. Cujus vero temporis erit illud modicum? An momenti? An decem dierna, ut in l. 21. supr. de constitutis pecunia? An aliquot momentorum, ut in l. 14. infr. de reg. jur? Arbitrio judicis id dijudicandum est. 29 Onerosus creditor non est ferendus. l. 25. in fin. supr. de pignorat. l. 33. supr. de usuris. 30 l. 12. §. 2. supr. h. t. 31 Adde l. 82. supr. h. t. 32 Instit. quib. mod. toll. obl. in pr. 33 Vide l. 23. l. 35. supr. de verb. obl. 34 Vel perierit. Synops. Basil. 24. tit. 9. ex lib. 26. tit. 5. c. 102. 35 Acceptilatio jure civili inducta. vide tamen l. 8. in fin. infr. de acceptilat. 36 Vide infr. de accept. §. 1. Inst. quib. mod. toll. l. 5. in fin. C. de depositis. 37 Id fit confusione crediti & debiti. 38 Quod potest fieri. Goth. Ad hanc legem vide Zanger. de except. part. 3. cap. 1. num. 129. Edmund Merill. singul. cap. 22. Anl. 39 Est, post mortem meam recte solvitur. Cujac. 1. obs. 38. 40 Et sic vivo me.

De pacto tacito. 1. De seruo communi. 3. Quae obligatio tollitur, & quomodo accepto fertur. 4. De filiofam. & seruo.

8. IDEM lib. 48. ad Sabinum.

AN inutilis acceptilatio utilis habeat pactum, quaeritur? Et nisi in hoc quoque contra sensum est, habet pactum. Dicit aliquis, potest ergo non esse consensus. cur non possit? Fingamus eum qui accepto ferebat, scientem, prudentemque, nullius esse momenti acceptilationem, & sic accepto tulisse: quis dubitat non esse pactum, cum consensus pacificandi non habuerit? §. 1. Servus communis sicut uni ex dominis stipulari potest, ita etiam acceptum rogare uni ex dominis potest: eumque in solidum liberat: & ita Octavenus putat.

§. 2. Accepto liberare servus communis alterum ex dominis etiam ab altero domino potest: id enim & Labeoni placuit. denique libro Pithanon scripsit, si a Primo domino, Secundo socio domino suo stipulatus fuerit, posse Secundum accepto rogare, & per acceptilationem Primum liberare, quem ipse obligaverat: sic fieri, ut per unum atque eundem servum & constituatur, & tollatur obligatio.

§. 3. Acceptum fieri non potest, nisi quod verbis colligatum est. Acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia & ipsa verbis fit: neque enim potest verbis tolli, quod non verbis contractum est.

§. 4. Filiusfamilias promittendo, patrem civiliter non obligat, sed se obligat. propter quod accepto rogare filiusfamilias potest, ut se liberet, quia ipse obligatus est: pater autem acceptum rogando, nihil agit, cum non sit ipse obligatus, sed filius. Idem erit & in seruo dicendum. nam & servus accepto liberari potest; & tolluntur etiam honorariae obligationes, si quae sunt adversus dominum: quia hoc iure utimur, ut Juris gentium sit acceptilatio. Et ideo puto, & Graece posse acceptum fieri, dummodo sic fiat, ut latinis verbis solet: ἔχει λαβὼν ἀνάγκη τῶσα ἔχω λαβὼν. i. e. habes acceptos denarios tot? habeo acceptos.

De acceptilatione ex parte.

9. PAULUS lib. 12. ad Sabinum.

PARS stipulationis accepto fieri potest, non tantum si sic dicat, Ex nummis decem, quos tibi promisi, quinque habesue acceptos? sed & si sic, Quod ego tibi promisi, id pro parte dimidia habesue acceptum?

10. POMPONIUS lib. 26. ad Sabinum.

SED & si non numerata pecunia, sed certum corpus, veluti homo, in stipulationem deductus est: potest ex parte acceptilatio fieri. Quo modo & uni ex heredibus acceptum fieri potest.

De seruo fructuario vel usufruario. De eo, qui bona fide servit.

De ceteris qui sunt in potestate. 2. De seruo hereditario. 3. De seruo captivo.

11. PAULUS lib. 12. ad Sabinum.

SPECIES acquirendi est, liberare dominum obligatione. & ideo fructuarius quoque servus liberare, acceptum rogando, fructuarium potest: quia ex re ejus videtur ei acquirere. Sed etsi usum tantum habemus, idem fiet. Idem dicemus, & in eo qui bona fide nobis servit: & in ceteris qui nostro juri subjecti sunt. §. 1. Sed & si seruo, quod ipse mihi promisit, acceptum fecero, inutiles mihi erunt adversus dominum honorariae actiones, quae de peculio, vel in rem verso dantur.

§. 2. Si servus hereditarius ante aditam hereditatem acceptum roget, quod defunctus promisit: verius puto contingere liberationem, ut per hoc hereditas ipsa liberetur. §. 3. Sed etsi dominus apud hostes sit, dicendum est jure postliminii confirmari.

1 Quid, fidejussio inutilis? pro jussu non habetur. l. 1. §. 5. vers. denique. supr. quod jussu. Goth. vide Gædd. de contrah. stipul. cap. 5. num. 201. Anf. 2 Inutilis acceptilatio vim pacis taciti habet. l. 19. infr. h. t. l. 27. §. 2. supr. de pact. l. 5. supr. de resc. nisi expresse didum fuerit ne haberet. Inutilis est acceptilatio, quae a natura sua deficit; cum id quod non verbo, sed re vel consensu tractatum est, verbis acceptum fertur. Utiles, cum in sua natura perstat: ad hoc enim inventa est acceptilatio, ut quae verbis contracta esset obligatio, verbis tolleretur. §. 3. infr. h. t. 3 Quid? inutilis stipulatio vim pacis habet? non habet: nam quae leges in contrariam partem afferuntur, loquuntur de acceptilatione, non de stipulatione. Hinc fit, ut cui natus sit responsum, inutiliter stipulatione obstrictum adversarium habeat. l. 1. §. 2. supr. de verb. oblig. Ad eundem modum inutilis stipulatio vim pecuniae constituit non habet. l. 1. §. 4. supr. de pecun. const. Cur potius acceptilatio inutilis, quam stipulatio inutilis, vim pacis habeat? haec obligationem, illa liberationem parit: propensiores autem sumus ad liberandum, quam obligandum. vide Cujac. ad l. 1. §. 2. supr. de verb. oblig. & tamen constat inutilem transactionem vim pacis non habere. l. 3. C. de repud. vel abstinent. hered. 4 Vide Furfat. Necyomant. dial. 5. Molin. ad l. 1. §. si quis ita. n. 30. Et 41. de verb. oblig. Mod. 5 Quoque consensus est: nec habet pactum. Hal. & ita quoque quosdam legisse notat Accurs. & Bart. Ansim dicere Leidenem Haloandri optime verbis, quae in Florentina editione sequuntur, convenire, hoc sensu: Nonquam acceptilatio inutilis vim pacis habet, nisi partes id etiam quoque expresse voluerint: alias si creditor prudens sciens nullius esse momenti acceptilationem, accepto tulit, nemo dixerit talem acceptilationem vim habere pacis. Pacis, inquam; quia consensus ejus qui accepto tulit, non habet, quod ex natura pacis est. Denique non continuo pactus intelligitur qui inutiliter accepto tulit, id est, non continuo voluit aut consentit, ut acceptilatio inutilis naturam pacis indueret, qui inutiliter accepto tulit. Igitur ne id absurdum accidat, partes expresse quoque inter se consentire convenit, ut quae acceptilatio interponitur, licet alius ut inutilis potest eludi, valeat ad instar pacis; quod ut violentissimum contrarium oppono. l. 19. infr. h. t. l. 27. §. 10. supr. de pact. l. 5. supr. de rescindenda. Bart. tamen ita distinguit: Acceptilatio peccans in forma (veluti quia sub conditione, in diem vel inter absentes est concepta) vim pacis non habet; peccans vero in materia, taciti pacis vim obtinet: majus est vitium formae, quam materiae. 6 l. 11. infr. h. t. 7 l. 7. §. 1. supr. de stipul. servor. 8 l. 17. supr. de adq. rer. dom. 9 l. 80. supr. de solut. §. 1. Infr. quib. mod. toll. oblig. 10 l. 7. supr. h. t. 11 Imo potest. vide quae notavi in princ. supr. §. l. 19. J. h. t. 12 Id est, liberare se potest & rogari. 13 Imo civilis. l. penult. in fin. supr. de solut. §. 9. Infr. de act. solve. Juris est gentium, consensu inspecto, quem habet, l. 1. supr. locati. Si vero spectamus solennia verba quibus ea perficitur, est civilis. d. l. penult. l. 1. C. hoc tit. Igitur origine, Juris gentium: forma, Juris civilis est acceptilatio, l. 107. in fin. supr. h. t. prox. vel Juris est gentium fictione: est enim imaginaria solutio. 14 §. 1. Infr. quib. mod. tollit. oblig. adde quae notavi ad l. 1. in fin. supr. de verb. oblig. 15 l. 8. supr. §. l. 10. l. 13. §. 2. infr. h. t. l. 7. supr. de liberat. leg. l. 9. §. 1. supr. de solut. §. 2. Infr. quib. mod. tollit. 16 Vide quae notavi ad l. 93. §. 1. in fin. supr. de solut. 17 Vide l. 9. supr. h. t. 18 l. 2. §. 3. in fin. supr. de verb. oblig. 19 Alteri acquirit, qui eum liberat. Qui liberatur, hic locupletior: quin, quavis ei revera nihil adcreverat, hoc ipso tamen est, quod nihil ei decreverat, quippe nihil diminui, species est lucri. 20 l. 8. §. 1. supr. h. t. l. 63. supr. de solut. 21 Utidem sit jus hic in usu, quod in usufructu. 22 l. 18. §. 2. supr. de stip. servor. 23 Et filius, l. 11. supr. de verb. oblig. quae est Pauli, 2. ad Sabinum. 24 Licet acceptilatio in diem, vel sub conditione concipi non possit. l. 21. infr. h. t. vide quae notavi ad l. 4. supr. h. t. l. 4. in fin. supr. de transact. l. 43. supr. de jure dot. l. 16. supr. de solut. & liber. l. 77. infr. de regul. jur. 25 Sensus est, Vis hujus acceptilationis tunc elucescet, cum dies venerit, vel conditio extiterit. Actus legitimi expressam diei conditionisve adjectionem repudiandam: tacitam admittunt. Expressa quaedam nocent, quae tamen non expressa proutem. l. 195. infr. de reg. jur. 26 Jurejurando contracta obligatio acceptilationem tolli potest, ut haec. At acceptilatio eam proprie tollit, quae verbis est contracta. l. 3. §. 3. supr. h. t. Igitur jurejurando

mari acceptilationem: nam & stipulari ei qui apud hostes est, servus potest.

De die & conditione.

12. POMPONIUS lib. 26. ad Sabinum.

QUOD in diem vel sub conditione debetur, acceptilationem tolli potest: sed ita id factum apparebit, si conditio stipulationis extiterit, vel dies venerit.

De jurejurando. 1. De acceptilatione ex parte. De servitutibus. 4. De genere & specie. 5. De doli clausula. 6. De obligatione alter-nata. 7. De reo & fidejussore. 10. De tutore, curatore, procuratore. De absente. 11. De successibus. 12. De duobus reis stipulandi.

13. ULPIANUS lib. 50. ad Sabinum.

ET per jusjurandum liberti interpositam operarum obligationem, per acceptilationem tolli verius est. §. 1. Si id, quod in stipulationem deductum est, divisionem non recipiat: acceptilatio in partem si nullius erit momenti. utputa si servitus fuit praedii rustici vel urbani. Plane si usufructus sit in stipulationem deductus, puta fundi Titiani, poterit pro parte acceptilatio fieri: & erit residuae partis fundi usufructus. Si tamen viam quis stipulatus, accepto iter vel actum fecerit, acceptilatio nullius erit momenti: hoc idem est probandum, si actus accepto fuerit latus: si autem iter & actus accepto fuerit latus, consequens erit dicere, liberatum eum qui viam promisit. §. 2. Illud certum est, eum qui fundum stipulatus, usufructum, vel viam accepto facit, in ea esse causa, ut acceptilatio non valeat, qui enim accepto facit, vel totum vel partem ejus quod stipulatus est debet accepto facere: haec autem partes non sunt: non magis quam si quis domum stipulatus, accepto ferat caementa, vel fenestras, vel parietem, vel diatam.

§. 3. Si quis usufructum stipulatus, usum accepto tulerit: si quidem sic tulerit acceptum, quasi usu debito, liberatio non continget. Si vero quasi ex usufructu, cum possit usus sine fructu constitui, dicendum est acceptilationem valere.

§. 4. Si is qui hominem stipulatus est, Stichum accepto tulerit, Julianus lib. LIV. Digestorum scripsit, acceptilationem aliquid egisse tollisseque totam obligationem: quod enim invito stipulatore promissor solvere potest, id & acceptum latum liberationem pariet.

§. 5. Eum, qui fundum stipulatus est, non posse de dolo malo clausulam acceptum ferre, constat: non enim in partem debiti id constitit: & aliud est quod debetur, aliud quod accepto fertur.

§. 6. Si Stichum aut decem sub conditione stipulatus, Stichum aut decem acceptum fecerit, & pendente conditione Stichus decesserit: decem in obligationem manebunt, perinde ac si acceptilatio interposita non fuisset.

§. 7. Si fidejussori accepto fuerit latum, cum reus re, non verbis fuisset obligatus: an reus quoque liberetur? Et hoc iure utimur, ut licet reus non sit verbis obligatus, tamen acceptilationem per fidejussorem liberetur.

§. 8. Si legatorum sub conditione relictorum fidejussori dato accepto latum sit, legata debebunt, postea conditione eorum existente.

§. 9. Qui ita stipulatur a fidejussore, Quod Titio credidero, fide tua esse jubes? deinde, antequam crederet, acceptum fecit fidejussori, reus non liberabitur: sed quandoque ei creditum fuerit, tenetur. nam etsi fidejussorem non ante liberatum esse credimus, quam cum fuerit creditum reo: non tamen reus antiquiore acceptilatione, quam obligatio ejus est, liberari potuit.

§. 10. Tutor, curator furiosi acceptum ferre non potuit; nec procurator quidem potest facere acceptum: sed hi omnes

vertis obligatio contrahitur. Quid? verba in juramento suntne necessaria? potestne aliter, quam verbis jurari? posse videtur, alioquin murus jurare non possit. de quo vide Alciat. 8. parerg. 2. 27 l. 7. supr. de oper. libert. 28 Qui jurat, obligatur. Jurejurando contrahitur obligatio. d. l. 7. §. 11. Instit. de act. 29 Juramentum homini praestitum, per hominem relaxari potest & remitti. Bald. 30 Quod accidere potest. l. 2. §. 1. supr. de verb. oblig. 31 Pars rei individua accepto ferri non potest. 32 Servitutes rusticorum praediorum & urbanorum sunt individuae. l. 17. supr. de servit. 33 Usufructus dividi potest. l. 5. supr. de usufr. 34 Divisum. 35 Cur tam varie? Qui partem rei individuae acceptam facit, rem impossibilem facit acceptam; tentat enim dividere quod est individuum. Viam mihi bebes, & iter postea vel actum tibi accepto tui? inutilis acceptilatio est: quia via sine itinere & actu esse non potest; haec a via disjungi impossibile est. secus fuerit, si viam tibi debenti mihi accepto tui iter & actum, ut hic. 36 Conjunctum. 37 Disjunctum. hic refer quae superius notavi. 38 Cur ita? vid. l. 14. infr. h. t. 39 Usufructus & via non sunt partes fundi. An usufructus sit pars domini, vide Hoto-man. 3. observat. 22. An pars fundi? formalis usufructus pars fundi est; causalis non est: ille per acceptilationem tolli potest; hic non potest. Bart. 40 Caementa, fenestras, paries, dixta non sunt partes integrales domus. 41 Usufructum qui stipulatur, totum quiddam stipulatur, quod fructum usumque continet. 42 Usufructum mihi debes, usum tamen ejus postea tibi accepto tui? si usum accepto tui existimans usum & usufructum idem esse, inutiliter tibi accepto tui: si vero usum accepto tui velur partem usufructus, valebit acceptilatio. 43 Distinctionem hanc observat. 44 Sensus est, Legatarius usufructus usum, idem esse quod usufructum existimans, remittendo, sibi non praedudat. 45 Nam totum remittit per errorem. 46 Id est, legatarius usufructus usum (quatenus aliud est jure quam fructus) heredi eidemque debitori remittere utiliter potest. 47 ὑπερβολὴ seu ὑπερβολὴς sic itaque legit Cujac. 13. obs. 12. cum possit fructus sine usu constitui, ut l. 14. in fin. supr. de usu & habit. & l. 6. §. 2. 3. usufr. quemadm. cav. 48 Usus sine fructu esse potest. Quinimo, ut hic legit Cujacius, Fructus sine usu esse potest; ut hic. & l. 5. §. 2. supr. usufr. quemadm. l. 14. in fin. supr. de usu. ita adus sine itinere. l. loci. §. 1. supr. si servus. 49 Usufructus cui legatus est, debitori usum utiliter remittit, si, cum remitteret, usum ab usufructu jure separatum esse cognovit: si minus, & usum cum usufructu idem esse existimavit, (quia erat) nihil remittit. Priori casu, fructus sibi retinuit (potest enim fructus esse sine usu, d. l. 5. §. 2. 3. usufr. quemadm. cav.) usum autem debitori concessit: atque ita legatarius sui uti poterit: altero vero casu nihil debitori errando contulit. 50 In genere scilicet. Creditor generis unam speciem acceptum ferendo, totam obligationem perimit. Cur? acceptilatio est imaginaria solutio. Goth. Ad hanc l. vide Zang. de except. part. 3. cap. 7. num. 79. Anf. 51 Tulisseque vulgat. Haloand. 52 Imo, non totam tulit: potest enim alium hominem petere. l. 27. §. 6. supr. de pact. quin & ipsum hominem quem repudiavit. l. 18. supr. de opt. Dic secus esse in pacto & repudiatione, quam in acceptilatione. 53 Dolus futurus non potest accepto ferri. l. 27. §. 3. supr. de pact. l. 1. §. 7. supr. de positi. 54 Cur hoc additum est? vide §. 2. vers. qui enim accepto. supr. h. t. 55 Id est, unum eorum. 56 In obligatione. Haloand. 57 Imo non manebunt: nam cum una pars stipulationis acceptilationem sublata sit, altera quoque sublata in totum intelligitur. l. 27. §. 6. supr. de pact. 58 Imo per fidejussorem reus non liberatur. l. 23. supr. de pact. 59 Exceptione acceptilationis scilicet. de qua vide Oldend. cap. 45. de except. 60 Et ab herede praestandorum. Goth. Vide Zanger. de except. part. 3. cap. 7. num. 45. Anf. 61 Ab eo herede sc. 62 A legatario sc. 63 Ab herede sc. & ita heres tenebitur, non ejus fidejussor. Est igitur hic paragraphus exceptio superioris. 64 Fidejussio praecedere obligationem potest. l. 50. supr. de pecul. l. 8. §. 2. supr. de novat. 65 Sed quandoque ei vulg. sed si. Hal. 66 Acceptilatio obligationem praecedere natura est impossibile. 67 Non possunt vulg. Hal. Goth. Vide Zanger. de except. part. 3. cap. 7. num. 42. Anf. 63 Tutor vel curator debitum pupilli vel aduli sui totum ejusve partem remittere non potest. l. 21. C. de pact. Imo potest, si pupillus intervenerit. adde l. 1. C. h. t. 69 l. 3. supr. h. t.

debent

debent novare: possunt enim & sic accepto facere. Ne his quidem accepto fieri potest: sed novatione facta potuerunt liberari per acceptationem. Nam & in absentium persona hoc remedio uti solemus: stipulamur ab aliquo id novandi causa, quod nobis absens debet: & ita accepto liberamus, a quo stipulati sumus. ita fiet ut absens novatione, præfrens acceptatione liberetur. §. 11. Heres quoque & liberare & liberari accepto potest, & honorarii successores. §. 12. Ex pluribus reis stipulandi si unus acceptum fecerit, liberatio contingit in 4 solidum.

Ut acceptatio consentiat cum obligatione.

14. PAULUS lib. 12. ad Sabinum.

Nisi consentiat acceptatio cum obligatione, & nisi verum est quod in acceptatione demonstratur, imperfecta est liberatio: quia verbis verba ea demum resolvi possunt, quæ inter se congruunt.

15. POMPONIUS lib. 27. ad Sabinum.

Si is qui Stichum promisit, ita interroget, Quod Stichum promisi, Stichum est Pamphilum habesne acceptos? puto recte accepto latum, & pro supervacuo Pamphili mentionem factam: quemadmodum si is, qui decem promisit, ita interroget, Quod tibi decem promisi viginti habesne accepta? etiam decem nomine erit liberatus.

De pluribus reis debendi. 1. De fideiussore iudicati.

16. ULPIANUS lib. 7. Disputationum.

Si ex pluribus obligatis uni accepto feratur, non ipse solus liberatur, sed & hi qui secum obligantur. nam cum ex duobus pluribusque ejusdem obligationis participibus uni accepto fertur, ceteri quoque liberantur: non quoniam ipsis accepto latum est, sed quoniam velut solviffe videtur is, qui acceptatione solutus est. §. 1. Si iudicari fideiussor sit datus, acceptus, eique accepto latum sit: liberabitur & iudicatus.

De acceptatione ex parte.

17. JULIANUS lib. 54. Digestorum.

Qui hominem aut decem stipulatus sit, si quinque accepto fecerit, partem stipulationis peremit, & petere quinque, aut partem hominis potest.

De pluribus obligationibus. 1. De stipulatione Aquiliana.

18. FLORENTINUS lib. 8. Institutionum.

Et uno & pluribus contractibus, vel certis, vel incertis, vel quibusdam exceptis ceteris, & omnibus ex causis una acceptatio & liberatio fieri potest. §. 1. Ejus rei stipulatio quam acceptio sequatur, a Gallo Aquilio talis exposita est: Quidquid te mihi ex quacunque causa dare facere oportet, oportebit, præsens, in diem: quarumque rerum mihi tecum actio, quæque adversus te petitio, vel adversus te persecutio est, erit: quod tu meum habes, tenes, possides: quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spondit Numerius Negidius. quod Numerius Negidius Aulo Agerio [promisit], spondit: id habere a se acceptum, Numerius Negidius Aulum Agerium rogavit: Aulus Agerius Numerio Negidio acceptum fecit.

De obligatione re contracta. 1. Differentia acceptationis & apochæ.

19. ULPIANUS lib. 2. Regularum.

Si accepto latum fuerit ei qui non verbis, sed re obligatus est: non liberatur quidem, sed exceptione doli mali, vel pacti conventi se tueri potest. §. 1. Inter acceptationem & apocham hoc interest, quod acceptatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: apocha non alias, quam si pecunia soluta sit.

De stipulatione iudicatum solvi.

20. IDEM lib. 77. ad Edictum.

Si accepto fuerit lata ob rem iudicatam clausula, Marcellus ait ceteras partes stipulationis evanuisse: propter hoc enim tantum interponuntur, ut res iudicari possit.

1 Vide d. l. 3. supr. h. t. l. 4. C. de novat. 2 l. 91. supr. de solut. l. 8. supr. de novat. 3 Imo non contingit liberatio. Hoc enim concessio, correus correus nocet, quod expresse verat lex, si unus. 27. supr. de pact. 4 Id est, non tantum adversus eum qui accepto tulit, sed & adversus eum qui non tulit. 5 l. 7. in fin. l. 13. §. 2. §. 5. in fin. supr. h. t. Goth. vid. Zanger. de except. part. 3. cap. 7. n. 69. Ant. 6 l. 8. §. 3. supr. h. t. 7 Hic Pamphilus supervacue adicitur stipulationi. Cur? Oratio copulativa in eo quod potest utilis est, licet in supervacuo vim nullam habeat. 8 Supervacua in acceptatione non nocent. 9 l. 2. in fin. supr. de duobus reis. 10 Imo, ipse solus, non alius. l. 2. §. 3. in fin. supr. de verb. oblig. 11 Nam acceptatio solutioni comparatur. l. 5. supr. h. t. l. 7. §. 1. supr. de liberat. legat. 12 Vid. Revard. 4. variat. 13 Fideiussore iudicati liberato per acceptationem liberatur & reus. adde l. 20. infr. h. t. 14 Id est, qui genus. 15 Imo in nulla parte stipulationis liberatio nata est, l. 2. §. 1. supr. de verb. oblig. solve, ut l. 34. supr. de solut. 16 Differentia est inter solutionem & acceptationem. 17 Atque ita stipulatio generis alternativi individua est? quomodo? civiliter, non naturaliter. 18 Et ex uno. Hal. 19 l. 6. in princ. supr. h. t. 20 De certis & incertis contractibus vid. Langebek. c. 36. ubi certos & incertos contractus contra Accursum & alios interpretatur non eos, in quos res certa vel incerta sint deduxit, sed nominatos, nempe quia certum ac proprium nomen contractus habeant, l. juris gentium. 7. supr. de pactis. quemadmodum per contrarium actio præscriptis verbis, vel in factum, incertum iudicium, vel incerti civilis actio vel conditio dicitur, l. si convenerit. 23. in fin. supr. comm. divid. l. penult. supr. de post. l. 6. l. 16. supr. de præscriptis verbis, nempe quia incertum est, quo nomine contractum negotium appellandum sit. Idem est in incerti conditione. 21 Acceptatio, vniq. Hal. 22 §. 2. Infr. quib. mod. toll. 23 Acceptatio enim est inutilis. l. 8. §. 3. supr. h. t. 24 Summo jure. Cur? quia non eodem modo liberatus est, quo obligatus fuit. 25 Exceptioe doli vel pacti quædam servamus, quæ summo jure servare non possumus. Jus sumum negligimus plerumque, ut æquitati locum faciamus. 26 Hinc colligitur, Inutilem acceptationem vim pacti habere. vid. l. 9. supr. h. t. & sic actus agendi quandoque non servant propriam naturam, sed in aliam transferuntur. 27 Differt acceptatio ab apocha, 27. Eclog. 6. c. 1. in fin. De hac differentia ita scribit Cujacius: Latini, inquit, inter utramque differentiam faciunt, eo modo quo inter pignus & hypothecam: & quidam Medici inter Asphaxia & carbunculum. vid. Cujac. 5. obs. 36. in fin. 28 Ideoque acceptationi non poterit opponi exceptio pecunie non numeratæ, quod interpretet, ut verum admittunt, nisi qui accepto tulit creditor, probaverit se spe futura numerationis adversarium liberasse. 29 l. 89. supr. Et l. 13. C. de solut. 30 Adde l. 16. in fin. supr. h. t. l. 6. infr. jud. solvi. 31 Vide l. 4. l. 12. supr. h. t. 32 27. Eclog. 6. c. 22. 33 Id est, non ideo magis. 34 Id est, & res est integra. 35 Argumentum a relatis. l. 41. infr. de reg. jur. l. 5. §. 3. de rescind. Imo non utrinque sit liberatio, si ab alterutris parte tantum

De legato conditionali.

21. VENULEIUS lib. 11. Stipulationum.

Si sub conditione legatum mihi datum novandi causa stipulatus sum, & ante existentem conditionem acceptum fecero: Nerva filius ait, etiam si conditio extiterit, neque ex testamento competituram actionem, quia novatio facta sit; neque ex stipulatu quæ acceptatione soluta sit.

De servo.

22. GAJUS lib. 3. de Verborum obligationibus.

Servus nec jussu domini acceptum facere potest.

De acceptatione facta ex altera parte.

23. LABEO lib. 5. Pithanon a Paulo epitomatorum.

Si ego tibi acceptum feci, nihilo magis ego a te liberatus sum. Paulus: Imo cum locatio, conductio, emptio, venditio conventionem facta est, & nondum res intercessit: utrinque per acceptationem, tametsi ab alterutra parte duntaxat intercessit, liberantur obligatione.

TIT. V.

DE 37 STIPULATIONIBUS PRÆTORIIS 39.

Diviso in judiciales, cautionales, communes. 5. De satisfatione vel repromissione. 9. Si dicatur per calumniam desiderari stipulationem. 10. De adjectione, detractione, immutatione.

1. ULPIANUS lib. 70. ad Edictum.

Prætoriarum stipulationum tres videntur esse species: judiciales, cautionales, communes. §. 1. Judiciales eas dicimus, quæ propter iudicium interponuntur, ut ratum fiat: ut iudicatum solvi, & ex operis novi nunciatione. §. 2. Cautionales sunt autem quæ instar actionis habent, & ut sit nova actio, intercedunt: ut de legatis stipulationes, & de tutela, & ratam rem haberi, & damni infecti. §. 3. Communes sunt stipulationes, quæ sunt iudicio sistendi causa. §. 4. Et sciendum est omnes stipulationes natura sui cautionales esse: hoc enim agitur in stipulationibus, ut quis cautior sit, & securior interposita stipulatione. §. 5. Stipulationum istarum Prætoriarum, quædam sunt quæ satisfationem exigunt, quædam nudam repromissionem: sed perpaucæ sunt quæ nudam repromissionem habent: quibus enumeratis, apparebit ceteras non esse repromissiones, sed satisfationes. §. 6. Stipulatio itaque ex operis novi nunciatione, alias satisfationem, alias repromissionem habet. Ex qua [igitur] operis novi nunciatione satisfacere oportet? & quemadmodum satisfacere? videamus. namque de eo opere quod in privato factum erit, satisfacere: de eo quod in publico, repromitti oportet. sed hi quidem qui suo nomine cavent, repromittunt: qui alieno, satisfaciunt. §. 7. Item ex causa damni infecti interdum repromittitur, interdum satisfacitur. nam si quid in flumine publico fiat, satisfacitur: de ædibus autem repromittitur. §. 8. Stipulatio duplæ est, repromissio est, nisi [si] convenerit, ut satisfacatur. §. 9. Quod si sit aliqua controversia, utputa si dicatur per calumniam desiderari ut stipulatio interponatur: ipse Prætor debet super ea re summam cognoscere, & cautum jubere aut denegare. §. 10. Sed & si quid vel addi, vel detrahi, vel immutari in stipulatione oporteat, Prætorie erit jurisdictionis.

De rei restitutione: de incerta quantitate, utrum hæ stipulationes sint dividuæ aut individuæ.

2. PAULUS lib. 73. ad Edictum.

Prætorie stipulationes, aut rei restitutionem continent, aut incertam quantitatem. §. 1. Sicuti stipulatio ex operis novi nunciatione, quæ cavetur, ut opus restituatur, ideoque five actor five reus decesserit pluribus heredibus relictis, uno vincente, vel victo, totum opus restitui debet: quamdiu enim aliquid superest, tamdiu non potest videri opus restitutum. §. 2. Incertam quantitatem continet stipulatio iudicatum solvi, & rem ratam dominum habiturum, & damni infecti, & his similes: in quibus respondetur,

acceptatio intercessit. l. 56. supr. de pact. 36 Nota argumentum. Contractus est ab alterutra parte accepto latus, ergo ab utraque. Correlativa se mutuo ponunt, & uno precepto utrumque perimitur. In correlativis destructo uno correlativorum, destruitur & aliud. sic prohibetur vendi, prohibentur emi. vid. l. 1. C. de compress. lib. 11. tit. ut. 37 43. Eclog. 4. Paul. 5. sentent. 9. 3. Inst. 19. 38 De Prætoriarum stipulationum natura vide Guibertum, c. 19. quæst. Ant. Fabr. 3. coniect. 4. 39 Quæ Edicto Prætoris interponi jubentur, quæ a mero Prætoris officio interponuntur, l. 5. supr. de verb. oblig. quo nomine intellige etiam ædilitias, §. 2. Inst. de divis. stip. quæ legem accipiunt de mente Prætoris, iis nihil licet addere, immutare, detrahere. l. 5. supr. de verb. oblig. quædam præcipua ab aliis stipulationibus habent. l. 3. l. 5. l. 9. infr. h. t. adde hic Cujac. Huius generis stipulationes sunt usufructus, legati, novi operis, rem pupilli salvam fore, iudicatum solvi, ratam rem haberi. Goth. Quæ sint Prætorie stipulationes, vide Paul. lib. 5. cap. 9. Cujac. lib. 4. observat. cap. 39. Govean. lib. 1. cap. 35. Ant. 40 Imo quatuor. l. 5. supr. de verb. oblig. Goth. vide Goedd. de contract. stipul. cap. 5. num. 232. Ant. 41 Species recte dixit. Puritas enim, dies, conditio, formæ sunt stipulationum, non species. 42 Judiciales aliter definiuntur in l. 5. supr. de verb. oblig. & §. 2. Inst. de divis. stipul. 43 §. 2. Inst. de divis. stip. 44 Id est, rem pupilli salvam fore. 45 Omnium stipulationum, quas ipsi cogitare possunt, finis & effectus hic est, ut ad cautionem illis utamur. l. 12. infr. ratam rem haberi. 46 Cautiones cur inventæ. 47 Satisfacatur adhibito fideiussore. 48 Nuda repromissio, qui simpliciter sine fideiussore cavet. Nuda repromissio est, in qua fideiussor non est adhibitus. 49 Exceptio firmat regulam. Exceptionibus enumeratis, regula in ceteris vera apparet. 50 l. 8. §. 3. supr. de oper. novi. l. 30. §. 1. supr. de damnno. 51 d. l. 8. §. 3. 52 Imo, iudicari. l. 15. §. 2. supr. de damnno. 53 l. 9. §. 4. §. 5. supr. de damnno. l. 5. in fin. supr. quib. ex caus. in possess. 54 d. §. 4. & d. §. 5. 55 l. 30. §. 1. supr. de damnno. 56 l. 7. supr. de damnno. 57 Emptor a venditore nonnunquam duplura æstimationis rei emptæ stipulari solet. l. 31. §. 20. supr. de adilit. l. 2. supr. de evict. l. 2. in fin. supr. de verborum obligat. 58 Id est, cautio sine fideiussore. 59 Tunc enim pactum mutat rei naturam. l. 72. supr. de contr. empt. 60 Satisfationis vocabulo fideiussor continetur? quamquam interdum qui repromittit, satisfacere videatur. l. 61. infr. de verb. sign. 61 l. 3. §. 1. supr. ut in poss. leg. 62 Cur ita? vid. l. 52. supr. de verbor. oblig. 63 l. 14. supr. de re jud. 64 Atqui nihil in prætoris stipulationibus immutandum. d. l. 52. 65 Individuæ sunt hæ stipulationes prætorie. 66 Id est, aut factum individuum, aut interesse. 67 Dividuæ ut sint hæ stipulationes prætorie, vid. §. 2. infr. h. t. 68 Destruatur. 69 Etiam ad fundamentum usque: nam destructo operis est factum individuum. Et sic factum individuum quemlibet heredem in solidum obligat. l. 2. §. 2. supr. de verb. obl. 70 Imo, iudicatum solvi expeditam habet quantitatem, l. 9. infr. iudicatum solvi. sic est, sed post sententiam, non ante. l. 3. in fin. C. de imm. stipul.

sciendi eas in personas heredum. quamvis possit dici ex persona heredum promissoris non posse descendente a defuncto stipulationem diversam conditionem cuiusque facere: at in contrarium summa ratione fit, ut uno ex heredibus stipulatoris vincente, in partem eius committatur stipulatio: hoc enim facere verba stipulationis, Quanti ea res est. Sed si unus ex heredibus promissoris totam rem possideat, in solidum eum damnandum Julianus scribit. In quantum autem ipse ea stipulatione, vel fideiussores, an omnino teneantur, dubitari potest: & videndum ait, ne non committatur? Sed si lite contestata possessor decesserit, unum ex heredibus non maiore ex parte damnandum, licet totum fundum possideat, quam ex qua heres est.

De procuratoribus.

3. ULPIANUS lib. 70. ad Edictum.

Generaliter in omnibus Prætoris stipulationibus & procuratoribus satisfidatur.

An sapius caveatur.

4. PAULUS lib. 75. ad Edictum.

Prætoris stipulationes sapius interponuntur, cum sine culpa stipulatoris cautum esse desit.

De procuratore & institore.

5. IDEM lib. 48. ad Edictum.

In omnibus Prætoris stipulationibus hoc servandum est, ut si procurator meus stipuletur, mihi causa cognita ex ea stipulatione actio competat. Idem est, & cum institor in ea causa esse coepit, ut interposita persona eius dominus mercis rem amissurus sit, veluti bonis eius venditis: succurrere enim domino Prætor debet.

De pæna.

6. IDEM lib. 14. ad Plautium.

In omnibus Prætoris stipulationibus, in quibus primo fieri aliquid, deinde si factum non sit, pœnam inferimus: pœnæ nomine stipulatio committitur.

Quomodo cavendum.

7. ULPIANUS lib. 14. ad Edictum.

Prætoris satisfidationes personas desiderant pro se intervenientium: & neque pignoris quis, neque pecuniæ, vel auri, vel argenti depositione in vicem satisfidationis fungitur.

De institutione conditionali & substitutione. 1. De legato duobus sub contrariis conditionibus.

8. PAPINIANUS lib. 5. Quæstionum.

Paulus notat: Qui sub conditionem institutus est, adgnita bonorum possessione cogitur substituto in diem cavere longiorum. Prætor enim beneficium suum nemini vult esse captiosum: & potest videri calumniose satis petere, quem alius antecedit.

§. 1. Cum sub contrariis conditionibus Titio & Mævio legatum sit, utrique cavetur: quia uterque ex voluntate defuncti sperat legatum.

De ambiguitate.

9. VENULEIUS lib. 1. Stipulationum.

In Prætoris stipulationibus si ambiguus sermo acciderit, Prætoris erit interpretatio: ejus enim mens æstimanda est.

De priore & posteriore jussu.

10. ULPIANUS lib. 1. Responsorum Valeriano respondit.

Si Præfes, qui ante in triennium caveri jufferat, postea in longum tempus caveri præcepit: quia a prima stipulatione profusus discedi voluerat, exceptionem primæ stipulationi obligatis peperisse videtur.

1 Stipulatio quæ qualitatem continet, dividitur inter heredes promissoris. d. l. 2. §. 2. l. 35. §. 1. supr. de hered. inst. 2 Ratio dubitandi sumpta ex l. 2. §. 2. in pr. supr. de verborum obligat. 3 l. 27. supr. de damno. 4 Id est, quanti interest. 5 Ante litem contestatam scilicet. 6 l. 55. supr. de rei vindicat. 7 An ex parte, an omnino? 8 Atqui hæc stipulatio hereditaria est, & heres possessor? Accursum putat committi stipulationem, & fideiussores teneri: quod omnino huic legi repugnat. Plerumque enim Jurisconsulti, cum videndum esse dicunt, si non contrarium subjiciunt, id ipsum confirmant. l. 4. §. Cato. supr. de verborum obligat. Duaren. 2. disput. 11. Ita videtur illa Pauli esse sententia, quod eo casu quo unus possessor est constitutus, stipulatio non committatur, nec fideiussores teneantur: idque fortassis hac ratione, quod hoc casu non tanquam heres, sed tanquam possessor convenitur: cum si omnes heredes possiderent, jure hereditario proprie tenerentur, ac conveniri possent: eoque casu stipulatio committeretur. Nec novum est heredem in multis, non ut heredem, sed ut possessorem, & agere & conveniri. l. de eo. 12. §. heres. supr. ad exhibend. l. penultim. §. ultim. supr. de noxalibus. l. 1. §. ult. supr. si quadrupes. Quemadmodum itaque stipulatio ab uno interposita ad alium non possidentem transit, l. si legati. 23. in fin. supr. de pignoris. l. 38. §. sicut autem. 3. de verborum obligat. l. 3. §. si heres. supr. usufruct. quemadmodum caveat. nec fideiussores dati teneantur: sic & hoc casu quo heres non ut heres, sed ut quis possessor convenitur. Langebek. cap. 8. Annotationum ita hanc locum interpretatur. 9 l. 1. §. 14. supr. ut legat. 10 Al. & procuratoris. l. 53. supr. de procurat. 11 l. 8. §. 3. l. 10. in fin. supr. qui satisfid. vide l. 4. supr. ut in possess. l. 20. §. 15. supr. de oper. nov. l. 8. supr. de damno. 12 Aliud est in stipulationibus extrajudicialibus, in quibus alter alteri non stipulatur. 13 Sive sine præfens sive abfens. 14 In sua persona scilicet. 15 Per procuratorem ex stipulatione prætoris domino acquiritur. 16 Quid enim, si in remota provincia sit? 17 Etiam sine cessione. Bald. 18 Vide l. 31. supr. de negotiis. 19 l. 2. supr. de institor. l. 13. §. 25. supr. de actio. empti. 20 Loco ejus quod interest: quodque in prætoris esse solet. l. 2. in princ. §. 1. §. 1. h. t. 21 Argue ita prætoris stipulatio pœnæ stipulatione non vitatur. 22 Id est, quædam desiderant fideiussorem. l. 1. §. 4. supr. h. t. 23 Pignoris fungi, Duarenus ait idem esse, quod dare pignori. l. disputat. 14. Hunc esse sensum existimo. Non est moris ut debitor cogatur pignora dare, vel aurum deponere, in vicem satisfidationis: cum alias auri depositione, vel pignoris traditione relevandus sit a fideiussore dando. l. 1. §. 9. supr. de collat. l. 2. §. 3. supr. quod leg. §. 41. Infr. de rerum divis. cum etiam creditori eo casu plus sit cautionis: uberior enim sunt in rem, quam in personam cautiones. 24 Conditione. vulg. Hal. Goth. vid. Leonia. emend. lib. 1. cap. 14. n. 9. Anl. 25 l. 12. supr. qui satisfid. Paul. §. sent. 9. §. 1. Et ibid. Cujac. vid. eundem Cujac. 9. observ. 4. quid enim, si magna sit hereditas, major scilicet centum sestertius? 26 Vulgari modo scilicet. Cujac. §. ad §. Paul. 9. §. 1. 27 Heres sub conditione scriptus cavere substituto debet, hoc est, repromittere, & stipulationem jussu Prætoris interponere: nec enim satisfidare cogendus est: cum heredi grave sit futurum non ita facile fideiussorem invenienti: præsertim in longinquum tempus, ne pugnet hæc lex alioquin cum l. 12. supr. qui satisfid. Hoc igitur velle videtur Jurisconsultus, beneficium illud Prætoris, quo ante conditionem existentem, bonorum possessionem agnoscendi dat potestatem, in damnum heredis non ita accipiendum esse, ut Prætor eum satisfidatione onerari velit: præsertim cum & substitutus, quasi calumniose satisfidationem

De eo, quod interest.

11. VENULEIUS lib. 8. Actionum.

In ejusmodi stipulationibus, quæ quanti res est, promissionem habent, commodius est certam summam comprehendere: quoniam plerumque difficilis probatio est, quanti cuiusque interest, & ad exiguam summam deducitur.

TIT. VI.

REM 41 PUPILLI VEL ADOLESCENTIS SALVAM FORE.

Quando agi potest.

1. PAULUS lib. 24. ad Edictum.

Cum pupillo rem salvam fore satisfidatum sit, agi ex ea tunc potest, cum & tutela potest.

De pupillo absente vel infante.

2. ULPIANUS lib. 79. ad Edictum.

Si pupillus absens sit, vel fari non possit: servus ejus stipulabitur. si servum non habeat: emendus ei servus est. sed si non sit, unde ematur, aut non sit expedita emptio: profecto dicemus servum publicum apud Prætoris stipulari debere;

3. IDEM lib. 35. ad Edictum.

Aut dare aliquem Prætor debet, cui caveatur:

1. Quomodo cavendum. 2. De tutore, protutore, & fideiussoribus eorum. 3. De eo, qui non gessit. 4. Quando committitur stipulatio. 5. De tutore capto ab hostibus. 6. De causis ex quibus tutela agi non potest. 7. De curatore qui non gessit. 8. De curatoribus.

4. IDEM lib. 79. ad Edictum.

Non quasi ipso jure pupillo adquirat (neque enim acquirit), sed utilis actio ex stipulatu pupillo detur. §. 2. Cavetur autem pupillo hac stipulatione per satisfidationem. §. 2. Illud sciendum est, hac stipulatione teneri tam eum qui tutor est, quam eum qui pro tutore negotia gessit, vel gerat & fideiussores eorum. §. 3. Sed enim qui non gessit, omnino non tenebitur: nam nec actio tutelæ eum, qui non gessit, tenet. sed utili actione conveniendus est, quia suo periculo cessavit: & tamen ex stipulatu actione, neque ipse, neque fideiussores ejus tenebuntur. Compellendus igitur erit ad administrationem propterea, ut stipulatione quoque ista possit teneri. §. 4. Hanc stipulationem placet finita demum tutela committi: & fideiussoribus diem exinde incipere cedere. In curatore aliud est. † Sed & in eo, qui pro tutore negotia gessit, aliud dicendum est. † Itaque istæ stipulationes, si quidem quis tutor fuit, finita demum tutela committentur? si vero pro tutore negotia gessit, conveniens est dicere, statim atque quæque res salva non esse coepisset, committi stipulationem. §. 5. Si tutor ab hostibus captus sit, an committatur stipulatio, videamus? movet, quia finita tutela est, licet recuperari speretur: & puto posse agi. §. 6. Generaliter sciendum est: Ex quibus causis diximus tutela agi non posse, ex iis causis nec ex stipulatu rem salvam fore agi posse dicendum est. §. 7. Si quis curator datus non gesserit curam, consequens erit dicere stipulationem non committi. sed eadem hic erunt dicenda, quæ in tutore diximus: illo secus, quo hæc stipulatio statim, atque quid salvum esse definit, committitur, & fideiussoribus dies cedit; sed in se resolvitur. §. 8. Pertinet autem hæc stipulatio ad omnes curatores, sive puberibus sive impuberibus [datos], propter ætatis infirmitatem, sive prodigis, vel furiosis, vel quibusdam aliis (ut fieri adfolet) dati sint.

petere videatur, quem alius antecedit, ac propterea nuda repromissione contentus esse debeat: Atquin hoc est quod Jurisconsultus dicit, posse videri calumniose satis petere. Nam satis petere dicimus, ut satis exigere & satisfidare: quod plerumque datus fideiussoribus expediebatur. Fere autem satisfidationis exactio contumacia, & onerosa habebatur, propter fideiussorum quærendorum difficultatem. Langebek. cap. 30. Annotationum. 28 Id est, utiliter, Paulus ibid. satisfidato. Cuj. 9. obs. 5. in decem & viginti annos, l. 10. infr. h. t. ut in specie l. 1. supr. de ripa. l. si finita. §. 1. supr. de damno. Nam & tot annis pendere potest conditio. 29 Id est, beneficium interim datæ possessionis. 30 Nec potest. Petrus Haber apud Cuj. §. sentent. Paul. §. 1. sed tamen interrogatio quæ sequitur, tacitam habet negationem. 31 l. 3. supr. ut legat. 32 Aliud in conventionalibus. l. 38. §. 8. supr. de verb. obligat. Goth. Adde l. 39. supr. de pactis. S. L. 33 Ambigua testimonia recte impugnari Oldendorpius hinc colligit vide eundem cap. 5. de testam. §. 66. de except. num. 29. 34 l. 52. supr. de verb. oblig. adde l. 69. supr. de leg. 3. 35 l. 8. supr. h. t. 36 Quæ sunt incertæ, in quibus agitur in quod interest. 37 l. 5. C. de contr. stipul. l. 8. in fin. infr. ratam rem. 38 §. 7. Infr. de verb. obl. Modus pœnæ, ob quam quis cavere debet, specialiter in cautione exprimens est: ut sciatur de quo sit stipulatum. 39 Vide l. 2. §. 2. supr. de verb. oblig. 40 l. 13. supr. de re judic. interdum ad maximam. l. 8. in fin. infr. ratam rem.

41 Stipulatio rem pupilli salvam fore, communis est, l. 4. vers. communis. supr. de verb. obl. §. ult. Infr. de divis. stipul. & cautionalis dicitur. l. 1. §. 2. supr. de stip. præst. Interponitur a tutore legitimo, & dato sine inquisitione. Testamentarius & datus cum inquisitione eam interponit, nisi solus administrationem capiat. 42 A tutore vel curatore: idque ante administrationem. 43 Id est, finita tutela. l. 4. §. 4. infr. h. t. 44 Absens pupillus per servum præsentem stipulari potest. vid. l. 1. supr. de verb. oblig. 45 l. 1. §. 15. supr. de magistr. conven. 46 d. §. 15. l. 19. supr. de adopt. l. 11. in fin. supr. de usuris. l. 4. C. de arbitr. recept. Servus publicus porro dicebatur, quem civitas publicis tabulis præscribebat, & servus civitatis ideo dicebatur, l. ult. supr. quod cuiusque unquam univers. mandatum postea fuit, ne servi sed liberi tabulis publicis præscriberentur. l. ultim. C. de serv. republ. l. 3. C. de tabular. lib. 10. tit. 59. ubi plenius dicam de tabularis. Hinc colligunt, Notarium alteri stipulari posse. Goth. vide Francisc. Conan. comm. Jur. civil. lib. 2. cap. 2. S. L. 47 Publicæ personæ loco reputari quilibet persona a iudice ad hunc actum data. Bald. 48 Utilis actio non ipso jure acquiritur. 49 An sine cessione? utique. l. 1. in fin. C. de magistr. conven. 50 l. 8. §. 4. supr. de fideiuss. 51 Nota obiectum hujus stipulationis. 52 Al. gerit. 53 Id est, cavetur pupillo fideiussore dato. nota formam hujus stipulationis. 54 l. 3. C. de divid. l. 2. C. si tutor non gessit. l. 8. C. de adm. tut. 55 Tutelæ actione directa non tenetur tutor, qui non gessit, sed utili tantum. 56 l. 3. §. 2. supr. de adm. l. 2. C. de hered. tut. 57 l. 1. supr. h. t. l. 16. in fin. supr. de tutela & rationib. 58 Et sic negotiorum gestorum hic agi potest, etiam antequam administratio gerentis sit finita. 59 Quod recuperari speratur, interim tamen est amissum. 60 Id est, illo excepto, illud secus. vulg. Hal. 61 Id est, semper committitur: non enim universalem, sed cuiusque adus singularem reddit rationem. Bald. 62 l. 19. supr. de reb. auct. 63 l. 14. §. 7. supr. de solut. 64 De quibus vide l. 19. & seq. supr. de reb. auct. jud.

De filio furiosi.

5. PAULUS lib. 76. ad Edictum.

SI filius, qui in potestate furiosi erit, rem salvam fore stipuletur, acquirit patri obligationes.

De pupillo & ejus servo.

6. GAJUS lib. 27. ad Edictum provinciale.

SERVUM pupilli stipulari ita necesse est, si pupillus abest, aut fari [non] potest. nam si praesens sit, & fari potest: etiam si ejus aetatis erit, ut non intelligat quid agat: tamen propter utilitatem receptum est recte eum stipulari, [agere].

Si collega satis petat, vel offerat.

7. MODESTINUS lib. 6. Regularum.

DATIVUS vel testamentarius tutor five curator non petet satis a collega suo: sed offerre ei poterit, utrum satis accipere velit, an dare.

De curatore ad species.

8. ULPIANUS lib. 2. ad Edictum.

ETSI ad species curator datus sit, rem salvam fore stipulatio interponetur.

Qua continentur hac stipulatione.

9. POMPONIUS lib. 15. ad Sabinum.

CUM pupillus a tutore stipulatur rem salvam fore, non solum quae in patrimonio habet, sed etiam quae in nominibus sunt, ea stipulatione videntur contineri: quod enim in tutela judicium venit, hoc & ea stipulatione continetur.

De fructibus & usuris.

10. AFRICANUS lib. 3. 8. Quaestionum.

SI posteaquam pupillus ad pubertatem pervenerit, tutor in restituenda tutela aliquamdiu moram fecerit: certum est & fructuum nomine, & usurarum medii temporis tam fidejussores ejus, quam ipsum teneri.

De eo, quod ex tutela dari fieri oportet.

11. NERATIUS lib. 4. Membranarum.

CUM rem salvam fore pupillo cavetur, committitur stipulatio, si, quod ex tutela dari fieri oportet, non praestetur: nam etsi salva ei res sit, ob id non est, quia quod ex tutela dari fieri oportet, non solvitur.

De fidejussoribus & beneficio divisionis.

12. PAPINIANUS lib. 12. Quaestionum.

SI plures fidejussores a tutore pupillo dati sunt, non esse eum distringendum, sed in unum dandam actionem: ita ut ei qui conveniretur, actiones praestarentur. nec quisquam putaverit ab jure discessum: postquam pro ea parte placuit tutores condemnari, quam administraverunt; & ita demum in solidum, si res a caeteris non servetur, & idonea culpa detegatur, quod suspectum facere superfederit. nam aequitas arbitri atque officium viri boni videtur eam formam juris desiderasse. Caeterum fidejussores civiliter in solidum obligati, caeteris quidem agentibus, ut dividatur actio, impetrare possunt: pupillo vero agente, qui non ipse contraxit, sed in tutorem incidit, & ignorat omnia, beneficium dividendae actionis injuriam habere visum est; ne ex una tutela causa plures ac variae quaestiones apud diversos iudices constituerentur.

TIT. VII.

JUDICATUM SOLVI.

De re judicata.

1. PAULUS lib. 24. ad Edictum.

IN stipulatione judicatum solvi, post rem judicatam statim dies cedit: sed exactio in tempore reo principali indultum differtur.

De lite mortua.

2. IDEM lib. 71. ad Edictum.

CUM lite mortua nulla res sit: ideo constat fidejussores ex stipulatu judicatum solvi non teneri.

De mutatione judicis. 1. De procuratore, tutore, curatore. 8. Si reus postquam promisit, demens factus sit. 9. Si potest existere qui defendat. 10. De fidejussoribus conventis.

3. ULPIANUS lib. 77. ad Edictum.

SI quis apud aliquem iudicem iturus, stipulatus est judicatum solvi, & agit apud alterum, non committitur stipulatio: quia non hujus iudicis sententiae fidejussores se subdiderunt. §. 1. Stipulationem

judicatum solvi, & procurator, & tutor, & curator stipulari possunt.

§. 2. Procuratorem eum accipere debemus, cui mandatum est, sive hujus rei tantum mandatum susceperit, sive [etiam] universorum bonorum. † Sed & si ratum fuerit habitum, procurator videtur.

§. 3. Sed [et] si forte ex liberis vel parentibus aliquis interveniat, vel vir uxoris nomine, a quibus mandatum non exigitur, an committatur stipulatio, quaeritur? Magisque erit, ne committi debeat: nisi fuerit ei mandatum, vel ratum habitum. quod enim eis agere permittitur Edicto Praetoris non facit eos procuratores. Itaque si talis persona interveniat, ex integro erit cavendum. §. 4. Sed [et] quod de tutore diximus, ita accipiendum est, [ut] si is fuerit, qui tutelam administrabat, cum tutor non esset: tutoris appellatione eum non contineri. §. 5. Sed & si quidem tutor sit, non tamen quasi tutor negotia administret, vel dum ignorat, vel alia ex causa: dicendum erit non committi stipulationem. nam Edicto Praetoris illi tutori agendi facultas datur, cui a parente, majoreve parte tutorum eorumve, cujus ea jurisdictio fuit, tutela permessa erit. §. 6. Sed & curatorem accipiemus furiosi, furiosae: item pupilli, pupillae. caeterorum quoque [curatores], puta adolescentis: vel si alterius cujus curator sit, committi puto stipulationem. §. 7. Si tutor esse proponatur regionis alicujus, vel provinciae, vel rerum Italicarum: consequens erit dicere, stipulationem ita demum committi, si ex ea causa egerint, quae ad administrationem eorum pertinebat. §. 8. Si reus, postquam judicatum solvi promisit, demens factus sit, an stipulatio committatur ob rem non defensam, quaeritur? magisque est ut committatur, si nemo eum defendat. §. 9. Ob rem non defensam stipulatio non committitur, quamdiu potest existere qui defendat. §. 10. Si plures fuerint fidejussores, posteaquam cum uno lis contestata est, ex clausula ob rem non defensam, ipse reus potest suscipere defensionem.

4. JULIANUS lib. 55. Digestorum.

IS autem cum quo actum fuit, absolvi debet.

De fidejussore damnato. 1. Si unus ex pluribus defendat. 2. An scilicet committatur stipulatio. 3. Qualis defensor exigatur & quarum personarum. 4. Si ex fidejussoribus defensor existat. An fidejussoribus defensionem omissam teneantur. 6. Vel ob adsumptam agant mandati. 7. An plures unum procuratorem dare debeant. 8. Ubi defendendum.

5. ULPIANUS lib. 77. ad Edictum.

JAM tamen fidejussore, qui iudicium acceperat, damnato, frustra defensionem reus suscipit: caeterum etsi solutum fuerit, posteaquam judicatum est, repetitionem constituerimus ejus quod solutum est. §. 1. Unus ex fidejussoribus vel heredibus pluribus alio cessante, suscipere defensionem potest. §. 2. In hac stipulatione, quia plures causae sunt una quantitate conclusae, si committeretur statim stipulatio ex uno casu, amplius ex alio committi non potest. §. 3. Nunc videamus, qualis defensor exigatur, ne committatur stipulatio & quarum personarum. † Et si quidem ex personis enumeratis in defensionem quis succedat, palam est recte rem defendi, nec committi stipulationem. si vero extrinsecus persona defensoris interveniat, aequae stipulatio non committitur: si modo ille paratus sit rem boni viri arbitrati defendere, hoc est, satisfare; sic enim videtur defendere, si satisfidet. caeterum si simpliciter paratus sit intervenire, nec admittatur, committetur ista stipulatio ob rem non defensam: quod si quis eum, vel cum satisfactione, vel sine satisfactione admiserit, consequens erit dicere, stipulationis istius nullam partem committi; quia sibi imputari debet, quia talem defensorem admisit.

§. 4. Si ex fidejussoribus, qui judicatum solvi caverant, existat defensor: placuit, ob rem judicatam stipulationem non committi; caeteraque eadem esse, atque si extraneus defensor existat. §. 5. In hac stipulatione hoc tractatur, an hi qui fidejusserint, [si defensionem omiserint], mandati iudicio teneantur? Et est verius non teneri: hi enim in quantitate interveniunt, & hoc illis fuit mandatum, non in defensione. §. 6. Quid tamen, si & hoc sibi adsumperint, ut defendant: an mandati possint agere? Et si quidem victi sunt, utique quod ob rem judicatam praestiterunt, consequentur: sumptus tamen litis minime petent. si autem obtinuerunt, poterunt sumptus litis consequi, quasi juxta mandatum, etsi non mandatum fecerint. §. 7. Si tamen plures fidejussores defendere fuerint parati, videamus, utrum unum defensorem debent dare? An vero sufficiat, ut unusquisque eorum pro parte sua defendat, vel defensorem substituat? Et magis est, ut nisi unum dent procuratorem, desiderante scilicet hoc actore, committatur stipulatio ob rem non defensam. Nam & plures heredes [rei] necesse habebunt unum dare procuratorem, ne

1 l. 1. §. 15. §. de magistr. conven. 2 Qui tamen 7. annum excessit v. l. 70. §. de verb. oblig. Goth. Corrahus tom. 2. p. 342. Molinæus ad l. 1. in princ. n. 4. 19. & 20. de verb. oblig. Mod. 3 l. 7. supr. de test. tut. 4 Certas, puta ad unam rem, unum actum, ad dotem constituendam. l. 61. supr. de jure dot. 5 An ad inventarium faciendum tenentur? vid. l. 27. c. de epis. aud. 6 Cur ita? quia rei & bonorum appellatione nomina comprehenduntur. l. 23. in fin. infr. de verb. sign. 7 Stipulatione rem pupilli salvam fore id omne continetur, quod in tutela judicium venit. 8 Vide Cujac. 5. ad Afric. fol. 27. 9 Id est, reus principalis. 10 Qui in omnem causam tutelae interveniunt: atque ita mora rei augetur propter moram rei principalis: quod an sit speciale, v. Cujac. hic. & Corra. 2. miscel. 12. n. 11. 11 Res pupillo salva non intelligitur quando res ei non praestatur. 12 Pupillum. 13 Distinguentium. vulgat. Hal. & male. sensus est, pupillum non esse distringendum, id est, non cogendum ut in singulos agat: ac si diceret: iniquum est in plures adversarios distringi eum, qui cum uno contraxit. l. 2. §. de exercitoria. l. 27. §. 8. supr. de pecul. 14 l. 1. §. 11. supr. de tutela & rationib. 15 Adde l. 55. §. de administr. 16 Idonei culpa. v. Cujac. 8. obs. 30. l. 3. c. de usuris pupillarib. 17 Culpa est tutore, si contorem suspectum facere superfederit. 18 l. 51. supr. de fidejuss. 19 Pupillus cum tutore non contrahit, sed in eum incidit: & sic tantum quasi contrahit. l. 5. §. 1. supr. de obligat. 20 Fidejussores, rem pupilli salvam fore, beneficium divisionis non habent. 21 Περὶ ἰκανότητος ἀδελφῆς ἐπὶ ἐκπαίδευσις τῶν κληθέντων κληρονομήων. 9. Eclog. 10. Formulam hujus stipulationis, vide apud Cujac. 10. observat. 29. in fin. Tres clausulas habet hac stipulatio, rem judicatam solvi, reum defendi, dolum abesse. Praxim vide apud Oldendorp. 1. class. 7. putarem quoque ad hanc cautionem hodie tantum adstringi eos, qui alieno nomine conveniuntur. §. 2. Inst. de satisfat. sine mandato. Caeterum in Gallia locum non habet cautio de judicato solvendo. Baro ad §. 2. Inst. de satisfat. v. Rebuffum in proemia cons. gloss. §. n. 37. & Paponem 10. arret. §. n. 15. Hic tamen sibi contrarius videtur, n. 1. ubi notat, in Gallia cautionem judicatum solvi, in civilibus interponi posse: at non in criminalibus. 22 Cur reo? quia reus praestat cautionem judicatum solvi, l. 3. §. 8. infr. h. t. 23 Quatuor mensium. vid. l. 31. supr. de re judic. τερσόμενος. Eclog. ibid. c. 1. 24 Ὁρατῆρος τῆς δίκης. 7. Eclog. 4.

ex lib. 9. tit. 3. c. 1. 2. lite finita. l. 13. in fin. pr. l. 15. in fin. infr. h. t. 25 Vid. l. 20. infr. h. t. Romanum conf. 210. 26 l. 64. in fin. supr. de jud. 27 Atticismum nota, stipulationem stipulari. vide l. 20. supr. de usurp. 28 Procurator est, vel specialis, vel universorum bonorum. 29 Mandato & ratihabitione procurator constituitur. l. 12. in fin. supr. de solut. l. 35. supr. & l. 12. c. de procuratorib. 30 Procurator non est continuo, cui Edicto Praetoris agere aliquo nomine permittitur. 31 l. 3. §. 1. supr. de administrat. & peric. tutor. 32 §. 1. Inst. de satisfat. tutor. l. 19. §. 1. supr. de testam. tut. l. 14. §. 1. supr. de solutionib. 33 Quorum ea, id est, Praetoris & Praedidis. §. 1. in fin. Inst. de satisfat. tut. l. 17. in fin. l. 18. supr. de test. tut. l. 5. c. de usufr. pref. 34 Vid. §. de curat. furioso. 35 l. 100. §. de solutionib. 36 Vid. quae scripsi l. 1. supr. h. t. 37 Abiens factus sit. vulg. 38 l. 13. infr. h. t. 39 Judicatum solvi. 40 Principalis. 41 Id est, alioquin. 42 l. 14. infr. h. t. 43 Judicatum solvi scilicet. 44 Quae? judicatum solvi scilicet. reum defendi, dolum abesse. l. 6. 13. j. h. t. 45 Recte defendi, est pro viri boni arbitrio. vide quae scripsi ad l. 73. in fin. infr. de verbor. signif. & ad l. 11. supr. de duob. reis. 46 Recte defendit, qui boni viri arbitratu utitur. l. 12. 17. 18. infr. h. t. l. 33. in fin. supr. de fidejussor. 47 Rem boni viri arbitratu defendit, qui satisfat. l. 63. supr. de jud. 48 At. qui. 49 Imputare debet. vulg. Hal. adde l. 3. in fin. supr. de fidejussorib. 50 Judicatum solvi. 51 Incertam. l. 2. §. 2. supr. de stipulationib. praetoris. 52 Fidejussor quantitatis defensionem rei inceptam potest impune omittere. 53 Agens sine mandato, si victus est, litis sumptus a domino non consequitur; si vicit, consequi potest. 54 Imo, petere posse videntur. l. 10. in fin. supr. de negotiis. l. 4. c. mandati. 55 l. 38. l. 39. supr. de procurat. l. 48. supr. famul. l. 31. §. 5. supr. de adit. l. 1. in fin. l. 2. supr. de exercit. Imo, necesse non habent, cum ei sit liberum plus dare vel minus. l. 31. §. penult. supr. de procur. l. 4. in fin. supr. de tut. 56 Is praesumitur laedi, cui ex uno contracta convenit agere cum pluribus personis, l. 27. in fin. supr. de pec. adde l. 17. §. 4. in fin. supr. commodati. e contrario agens cum uno pluribus actionibus, potest compelli reo postulante eas uno libello complecti. Alc. 2. praesumpt. 33. argumento l. 10. supr. de act. empt. l. 24. supr. de adit. l. 45. supr. de solut. quas leges violenter satis petitas esse, prudens lector animadvertet.

defensio per plures scissa, incommodo aliquo adficiat actorem. † Aliud est in heredibus actoris, quibus necessitas non imponitur, ut per unum litigent. §. 8. Illud sciendum est, ibi rem esse defendendam, ut recte defendatur, ubi debet agi.

De tribus clausulis.

6. IDEM lib. 78. ad Edictum.

Judicatum solvi stipulatio tres clausulas in unum collatas habet: de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo.

De mutatione contingente ex parte defensoris.

7. GAJUS lib. 27. ad Edictum provinciale.

SI ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator a domino, & actor ignorans prohibitum eum esse, egerit: an stipulatio committatur? & nihil aliud dici potest, quam committi. Quod si quis sciens prohibitum esse, egerit: Julianus non putat stipulationem committi. nam ut committatur, non sufficere ait cum ea persona acceptum esse iudicium, quæ stipulationi comprehensa est: sed oportere etiam causam personæ eandem esse, quæ stipulationis interponendæ tempore fuit. Et ideo si is qui procurator datus est, heres extiterit domino, atque ita acceperit iudicium, sive etiam prohibitus acceperit, non committitur stipulatio. † Nam & alias responsum esse, si quis absentem defendens satisfecerit, deinde vel procurator ab eo datus, vel postquam heres ei extitit, iudicium acceperit: fidejussores non teneri.

Si petitor possessori successerit.

8. PAULUS lib. 74. ad Edictum.

SI petitor post satisfactionem ante iudicium acceptum heres possessori extiterit: extinguitur stipulatio.

In quantum committitur stipulatio.

9. ULPIANUS lib. 14. ad Edictum.

Judicatum solvi stipulatio expeditam 12 habet quantitatem: in tantum enim committitur, in quantum iudex pronunciaverit.

Quis satisfiat.

10. MODESTINUS lib. 4. Pandectarum.

Sive ad defendendum procurator datus fuerit, satisficere jubetur iudicatum solvi stipulatione, quæ non ab ipso procuratore, sed a domino 12 litis interponitur. † Quod si procurator aliquem defendat, ipse 14 cogitur satisficere iudicatum solvi stipulatione.

De interitu rei petita.

11. PAULUS lib. 74. ad Edictum.

SI servus qui in rem actione petebatur, lite contestata decesserit, deinde possessor litem deseruerit: quidam fidejussores ejus pro lite datos non teneri putant. quia mortuo homine nulla jam res sit. quod falsum est: quoniam expedit, de evictione actionis conferendæ causa, item fructuum nomine rem iudicari.

De magistratu.

12. POMPONIUS lib. 26. ad Sabinum.

SI reus post iudicatum solvi ab eo datum in magistratu sit, nec invitatus in jus vocari possit: tamen nisi res boni viri arbitrato defendatur, fidejussores tenentur.

An stipulatio sapius committatur, & quando committitur.

1. De mutatione actionis.

13. ULPIANUS lib. 7. Disputationum.

Cum quærebatur, si interposita iudicatum solvi stipulatione, cum quis rem non defenderet, postea ex heremodicio sententiam esset passus, an ob rem iudicatam clausula committatur: dicebam unam clausulam in stipulatione, iudicatum solvi, & ob rem non defensam, & ob rem iudicatam, in se habere. cum igitur iudicatum solvi stipulatio una cludatur clausula, sive res iudicetur, sive res non defendatur, merito quæritur, si altera causa committatur, an ex altera rursus committi possit? ecce enim si quis stipuletur, Si navis ex Asia venerit, aut si Titius Consul fuerit, constat, sive navis prior venerit, sive Titius Consul ante factus sit, committi stipulationem: sed ubi commissa est ex prioris causa, ex altera, licet existat conditio, amplius non committitur: altera causa enim, non utraque inhæret stipulationi. Proinde videndum, stipulatio ob rem non defensam, utrum commissa est re non defensa: an non prius creditur commissa, nisi ex stipulatione lis fuerit contestata? quod magis est: & ideo nec fidejussoribus videtur statim dies cedere, ubi res ceperat non defendi. proinde si forte lis finita fuerit, ad quam defensio erat necessaria, vel solutione, vel transactione, vel acceptatione, vel quo alio modo: consequenter placuit evanescere ob rem non defensam clausulam. §. 1. Si fuero a fidejessore procuratoris stipulatus iudicatum solvi, quasi in rem acturus, & postea in perso-

nam egero; vel alia actione acturus, aliam autem dictavero [actionem]: non committitur stipulatio, quia de alia actum videtur, de alia stipulatio interposita.

De duobus fidejussoribus. 1. De cautione fidejussori non præstanda.

14. JULIANUS lib. 55. Digestorum.

SI ex duobus fidejussoribus qui iudicatum solvi sponderant, alter ob rem non defensam partem suam solverit: nihilominus res defendi poterit. nec tamen is qui solverit, repetet: stipulatio enim pro parte ejus perempta est, perinde ac si acceptum ei factum fuisset.

§. 1. Quotiens ex stipulatione iudicatum solvi ob rem non defensam agitur cum fidejussoribus, non est iniquum cavere dominum priore iudicio absolvi: quia ommissa cautione fidejussores mandati iudicio non consequentur, aut certe cogantur dominum priore iudicio defendere.

De resolutione clausula ob rem non defensam.

15. AFRICANUS lib. 6. 37. Quæstionum.

HÆC stipulatio, Quamdiu res non defendatur, simul atque defendi coeperit, aut defendi debere desierit, resolvitur.

De fidejessore qui paratus est solvere.

16. NERATIUS lib. 3. Membranarum.

EX iudicatum solvi stipulatione ob rem non defensam, cum uno ex fidejussoribus agere volo: [is] quod pro parte ejus sit, solvere mihi paratus est. Non debet mihi in eum dari iudicium: neque enim æquum est aut iudicio dirigi, aut ad inficiationem compelli eum qui sine iudice dare paratus est, quo non amplius adversarius ejus per iudicem ab eo consecutus est.

De clausula rei iudicata ob dolum commissam.

17. VERNULIUS lib. 6. Stipulationum.

EX clausula re iudicata, dolo malo, ob rem non defensam, in solidum committitur stipulatio: non enim videtur defensa res boni viri arbitrato, quæ non in solidum defensa sit.

De re, de qua Prætor iudicium accipere non cogit.

18. IDEM lib. 7. Disputationum.

VIr bonus non arbitratur indefensam esse rem, de qua Prætor iudicium accipere non cogat.

De doli clausula.

19. IDEM lib. 9. Stipulationum.

NOvissima clausula iudicatum solvi stipulationis, dolum malum abesse abfuturumque esse, & in futurum tempus permanens factum demonstrat. itaque etiam forte decesserit is, qui dolo fecerit, tenebitur heres ejus: verbum enim abfuturumque esse, plenissimum est, & ad omne tempus refertur, ut si aliquo tempore non abfuerit dolum, quoniam verum sit non abfuisse, committatur hæc clausula. §. 1. Si autem adjectum sit, Si huius rei dolum malum non aberit, Quanti ea res est, dari spondes? & ob extranei dolum promissor pœna tenebitur. §. 2. Doli autem mali clausula sicut reliquæ stipulationes, in quibus tempus nominatim adjectum non est, ad principium stipulationis refertur.

De appellatione.

20. SCÆVOLA lib. 20. Digestorum.

Cum apud Sempronium iudicem datum reus defenderetur, stipulatione cautum est, ut quod Sempronius iudex iudicasset, præstaretur: a cuius sententia petitor appellavit: & cum apud competentem appellationi iudicem res ageretur, defensore condemnato, quæsitum est, an stipulatio commissa esset? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non esse iure commissam. Claudius: Ideo stipulatione adjicitur, Quive in ejus locum substitutus erit.

An stipulatio sapius committatur: rei iudicata clausulam prævalere.

21. IDEM lib. singulari Quæstionum publice tractatarum.

SI unus ex fidejussoribus ob rem non defensam conventus sit, deinde postea res defendatur: alter fidejussorum ob rem iudicatam conveniri potest. Et si reus promittendi duobus heredibus relictis decesserit, alter rem non defendat, alter defendat: is qui non defendat, ob rem non defensam conveniri potest; ille qui defendat, ob rem iudicatam. quoniam in unius ejusdemque persona non posse committi has duas clausulas creditur: & nos dicimus, semper prævalere rei iudicatæ clausulam, eamque solam committi.

1 l. 38. supr. de procurat. 2 Ibi rem defendi oportet, ubi actio proponitur. 3 l. 9. §. 2. supr. Et l. 13. §. 17. infr. h. t. l. 20. supr. de acceptil. 4 Id est, a reo. 5 Hæc verba, An stipulatio e. n. a. d. p. q. c. q. l. q. p. e. egerit, desunt in editione. Hal. 6 Iudicatum solvi scilicet. 7 Quid, si satis accepit? vide l. 33. supr. de fidejussor. 8 Facit l. 25. supr. de except. rei jud. 9 l. 1. §. 2. supr. quibus mod. pign. 10 Id est, reo. 11 Nec enim idem esse potest actor, & reus. 12 Imo, non expeditam, sed incertam. l. 2. §. 2. supr. de stip. prat. 13 Præsentem in civitate vel hortis. l. 5. l. 6. supr. de procurat. 14 l. 26. §. 2. supr. de procurat. 15 l. 21. supr. de evict. 16 Id est, executione iudicatum solvi. vid. l. 33. supr. de fidejussor. vide Cujac. 4. obs. 29. 17 l. 16. supr. de rei vend. l. 9. supr. de re iudicata. 18 Hæc verba, ad eo datum, non legit. Hal. 19 Et satisfactio data in magistratu. vulg. 20 Magiore scilicet. 21 l. 2. supr. de in ius. 22 l. 18. infr. h. t. 23 A reo scilicet. 24 Eremodici- cium est contumacia rei vel actoris. vid. Cujac. ad l. 7. in fin. supr. de minorib. 25 Sunt enim plures. l. 6. supr. h. t. 26 Id est, quoties. 27 Claudatur. vulg. 28 l. 9. §. 2. supr. Et l. 1. infr. h. t. 29 Una ex duabus. 30 l. 3. §. 9. supr. h. t. 31 Vid. l. 5. C. de contr. Et committenda stip. 32 l. 2. supr. h. t. 33 Finitur lis solutione, transactione, acceptatione. 34 De alia re. vulg. de alio. Hal. adde l. 64. in fin. supr. de iud. 35 A creditore adversus quem succubuit: & ita victoria contidejussoris contidejussori (qui iam solvit) non prodest. quæ l. 5. supr. Et l. 1. infr. h. t. l. 35. supr. de cond. indebit. 36 l. 3. §. 9. supr. h. t. 37 Vide

Cujac. 6. ad Afr. fol. 92. 38 Motus purgatio solvit cautionem ob rem non defensam. 39 l. 2. supr. h. t. est enim puniendi frustratio. l. ultim. supr. de procur. 40 Paratus solvere, litem contestari non cogitur. l. 73. supr. de procur. l. 21. supr. de iud. 41 Cepto sc. 42 Bartolus legit institutionem; eaque voce novi iudicii institutionem intelligit. 43 Vid. l. 6. supr. h. t. 44 Defendi non dicitur quod in solidum non defenditur. l. 3. in fin. supr. rerum amot. l. 23. supr. de domo. l. 139. supr. de verb. oblig. 45 Adde l. 1. supr. de procuratorib. Cujac. 6. ad Afric. 46 Indefensus non dicitur, qui accipere iudicium non cogitur. Ratio? ut quis dicitur indefensus, fingendus est prius legitime in jus vocatus. Ideoque qui illegitime in jus vocatus est (ut est qui fori præscriptionem habet) post oppositam fori præscriptionem se defendere non tenetur; æquitas eam exceptionis eum defendit. Bald. 47 Stipulatio iudicatum solvi ex clausula doli committitur ex dolo interveniente in qualibet parte litis. l. 39. §. 13. supr. de verb. oblig. 48 Indefinitivam enim clausulam ad unum tantum actum restringere non oportet. Bald. 49 Id est, ejus clausula, in qua tantum stipulamur dolum abesse, non abfuturum. 50 l. 14. infr. de reg. jur. 51 Vide Romanum, consil. 120. Goth. Adde Kinschot. respons. 85. num. 1. 2. 3. Joann. Papon. lib. 10. tit. 4. arceff. 2. Ant. 52 Si ab eo appellatum est, & reus condemnatus est, qui fideiussit iudicatum solvi, num tenebitur? Minime, nam fidejussor accipitur sententiæ certi iudicis intuitu: & sic iudice mutato per appellationem interpositam, non tenetur, nisi in promissione mentio sit facta iudicis substituendi. Bald. 53 In stipulatione. vulg. 54 l. 14. supr. h. t. 55 l. 13. supr. h. t.

TIT. VIII.

RATAM REM HABERI, ET DE RATIHABI- TIONE 2.

Si alius quam stipulator conveniatur.

1. P A P I N I A N U S lib. 28. Quæstionum.

Cum quis de rato stipularetur, quamvis non idem, sed alius 3, a domino conveniretur, qui conveniri non posset, si ratum habuisset, committi stipulationem placuit: veluti, si [cum] fidejussor, aut alter ex reis promittendi qui socius 4 est, convenitur.

De compendio, & de eo quod interest.

2. I D E M lib. 11. Responsum.

In stipulatione de rato habendo non 7 est cogitandum rei 8 promittendi vel stipulandi compendium 9, sed 10 quid interfuerit ejus qui stipulatus est ratum haberi quod gestum est.

De minore viginti quinque annis. 1. De appellatione si dominus pecuniam exegerit.

3. I D E M lib. 12. Responsum.

Cum minor viginti quinque annis creditor pecuniam recuperare vellet, interpositus 11 procurator debitori de rato habendo cavet 12: restitutione in integrum data 13, neque indebiti conditionem, neque stipulationem committi constabat: idemque eveniret, si falsi procuratoris actum minor annis ratum habuerit. & ideo ita cavendum 14 erit, præcedente mandato, Si 15 ille in integrum restitutus fuerit, heres ejus, aut is ad quem ea res qua de agitur, pertinebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dari: mandato vero non interveniente, vulgaribus verbis de rato habendo. hæc quoque prudentius inter consentientes 16 adstruuntur: alioquin si non conveniat, nec creditor minor consentiat, actionem dari oportebit. §. 1. Falsus procurator de rato habendo cavet, atque ita dominus a sententia judicis, procuratore victo, provocavit 17: stipulationis defecisse conditionem apparuit, cum ad auxilium 18 commune 19 superatus confugisset. quod si dominus qui ratum non habuit, pecuniam exegerit: stipulatio de rato committeretur in eam pecuniam quam dominus accepit, quamvis nihil procurator acceperit.

Si dominus non habens ratum plus petat quam procurator petierit.

4. S C Æ V O L A lib. 13. Quæstionum.

Procurator quinquaginta 20 petit 21, si dominus centum 22 petat, tenebuntur fidejussores, qui de ratihabitione caverunt, in quinquaginta 23, & quanti interfuit differri 24 quinquaginta actionem.

Quibus modis ratum habetur.

5. I D E M lib. 5. Responsum respondit.

Non tantum verbis ratum haberi posse, sed 25 etiam actu 26, denique si eam litem, quam procurator inchoasset, dominus comprobans persequeretur: non esse commissam stipulationem.

De suspecto tutore.

6. H E R M O G E N I A N U S lib. 1. Juris Epitomarum.

Tutore suspecto 27 postulato, defensor 28, si velit respondere, cautionem, ratam rem dominum habituram, cavere compellendus est.

De herede ejus cui petita est bonorum possessio.

7. P A U L U S lib. 3. Sententiarum.

Si is cui ignorant 29 petita est bonorum possessio, decesserit: heres ejus intra tempora petitionis ratam eam habere non potest.

Si absolutus quia non possidebat, post acquisitam possessionem conveniatur. 1. Si dominus, non habens ratum, egit, & litem amisit. 2. De causa status.

8. V E N U L E I U S lib. 15. Stipulationum.

Procurator ad exhibendum egit, & adversarius absolutus est, quia non possidebat: [at 30] cum possessionem ejusdem rei nactus esset, agit cum eo dominus ad exhibendum. Sabinus ait fidejussores non teneri, quoniam hæc alia res sit: nam est dominus egisset, mox absoluto adversario, quia non possideret, ex integro ageret, non obfaturam rei judicatæ exceptionem. §. 1. Si procurator a debitore

pecuniam exegerit, & satisfecerit, dominum ratam rem habere, mox dominus de eadem pecunia egit, & litem amiserit: committi stipulationem 31. & si procurator eandem pecuniam domino sine iudice solverit, condicturum. sed cum debitor ex stipulatu agere cœperit, potest dici dominum, si defensionem procuratoris suscipiat, non inutiliter doli mali exceptione 32 adversus debitorem uti: quia 33 naturale debitum manet. §. 2. Si quis a procuratore status 34 controversiam patiat, satis accipere debet a procuratore, ne impune sæpius pro suo statu conveniretur. & si dominus, venientesque ab eo personæ, ratum non habuerunt, quod procurator eum in servitutem petierit, vel adversus procuratorem ex servitute in libertatem petitus fuerit: quanti ea res est, ei præstetur, scilicet cum de libertate ejus constituerit 35: id 36 est, quanti interfuit ejus, de statu suo rursus non periclitari, & propter 37 impendia quæ in litem fecerit. Sed 38 Labeo certam 39 summam comprehendendam existimabat, quia æstimatio 40 libertatis ad infinitum 41 extenderetur: ex quo autem dominus ratum non habuerit, committi videretur stipulatio: sed non ante ex ea agi poterit, quam de libertate judicatum fuerit; quia si servus sit judicatus 42, inutilis sit stipulatio, cum & si qua sit actio, eam domino adquisisse, intelligatur.

De adore dato a tutore. De adore civitatis. De magistro universitatis. De curatore bonorum.

9. U L P I A N U S lib. 9. ad Edictum.

Actor 43 a tutore datus omnimodo cavet, actor civitatis nec ipse cavet 44, nec magister 45 universitatis 46, nec curator bonis 47 consensu creditorum datus.

Quibus casibus hæc cautio est conventionalis.

10. I D E M lib. 80. ad Edictum.

Interdum ex conventionem 48 stipulatio ratam rem interponi solet: utputa, si quid procurator aut vendat, aut locet 49, aut si ei solvatur;

11. H E R M O G E N I A N U S lib. 6. Juris Epitomarum.

Vel paciscitur, vel quodlibet aliud nomine absentis gerit.

1. Quid sit ratum habere. 2. Quomodo ratum haberi debet. 3. Quibus ex causis stipulatio committitur.

12. U L P I A N U S lib. 80. ad Edictum.

Quo enim tutiore 50 loco sit qui contrahit, de rato solet stipulari. §. 1. Rem haberi ratam, hoc est, comprobare 51 adgnosceretque quod actum est a falso procuratore. §. 2. Julianus ait interesse, quando dominus ratam haberet solutionem in procuratorem factam: an tunc demum, cum primum certior factus esset? Hoc autem in præteritis 52, id est, cum laxamento & amplitudine accipiendum, & cum spatio quodam temporis nec minimo, nec maximo, [&] quod magis intellectu 53 percipi quam elocutione 54 exprimi possit. † Quid ergo, si quod primo ratum non habuit, postea habebit ratum? Nihil magis 55 proficere ad impediendam actionem suam: & ob id, quod primo 56 non habuit ratum, actionem salvam habere ait: ideoque si quod procuratori fuerat solutum, exegerit: agi perinde ex ea stipulatione poterit, ac si ratum habere se postea non dixisset. Sed ego puto exceptionem doli mali locum habituram. §. 3. Sive quis petat, sive compensatione utatur, committitur statim ratam rem dominum habituram stipulatio: nam qualiter 57 quis eundem actum retractet 58, qui a procuratore actus est, committi stipulationem oportet.

De eo, quod interest. 1. De legato.

13. P A U L U S lib. 76. ad Edictum.

Si commissa est stipulatio, ratam rem dominum habituram, in tantum competit, in quantum mea interfuit: id est 59, quantum 60 mihi abest, quantumque lucrari 61 potui. §. 1. Si sine iudice procuratori legatum solvatur, cavere debere, Pomponius ait.

Si petatur a socio ejusdem obligationis.

14. I D E M lib. 3. ad Plautium.

Si quis 62 uni ex reis promiserit, rem ratam dominum habituram, aut amplius 63 eam non peti: dicendum est stipulationem committi, si ab eo petatur, qui ejusdem obligationis socius est.

Interpretatio verbi, amplius non peti.

15. I D E M lib. 14. ad Plautium.

1 9. Eclog. 11. 3. Infr. 19. in fin. 2 Actoris rei que procuratores mandato destituti cavent dominos rem ratam habituros. Baro ad tit. de satisf. notat, apud Gallos intra certum tempus procuratores eo casu juberi domini mandatum exhibere: eo non exhibito, dominum litem ex illa die desuisse decerni. Procuratores vero mandatum generale habentes ad lites, si viva voce vel epistola, specialis actio mandata eis esse dicitur, jurare cogi dominum intra præteritum diem rem ratam habituram: eo non secuto procuratoribus multam ob litem retardatam indici. 3 Ut l. 14. infr. h. t. 4 Adde l. 71. supr. de fidejuss. 5 Novam hujus legis interpretationem adversus doctores vide apud Langebek. c. 6. annot. 6 Si mihi domi dominum ratam habituram cavisti. 7 Imo est, l. 13. infr. h. t. extrinsecum compendium non est considerandum, sed intrinsecum tantum. 8 Id est, ipsius rei principalis. 9 Te mēdoz, 10. Eclog. 11. c. 2. extrarium lucrum. 10 Atque ita extrarium compendium & lucrum separatur ab eo, quod interest, ut in l. 47. 9. penult. l. 58. supr. de admn. & pec. tit. Theophil. in §. plur. infr. de act. 11 Adde l. 11. C. de procurat. Goth. Pro intellectu hujus l. vide Joan. a Sand. de off. Frisco. lib. 3. tit. 9. de fin. 3. Anl. 12 Si procurator minoris cavet minorem ratam habituram, non tenetur minore in integrum restituere. 13 Quia minor pecuniam acceptam sua facilitate amiserat. 14 Nota cautionem debitori utilem. 15 Præter communes ratihabitionis clausulam, procuratores minorum cavent minorem in integrum restitutionem non iri, tunc enim interesse petitur. 16 Clausulæ quæ contractibus inseruntur, ultra vulgarem consuetudinem non possunt nisi consensu partium adici. Bald. 17 Quotiens dominus a sententia lata contra falsum procuratorem provocat, gesta ab eo procuratore confirmare videtur. 18 Auxilium appellationis est commune auxilium, quod nemini denegari debet. Bald. 19 Tam in civilibus quam in criminalibus causis. l. 14. C. de appellat. 20 Id est, minorem summam. 21 Petit vulgarit. 22 Id est, majorem summam. 23 Id est, non ultra quam fidejusserint. 24 Id est, quanti interfuit, magis non solvisti: & sic interesse consideratur in lucro. Bald. adde l. 13. infr. h. t. 25 Ratam habemus non tantum verbis, sed etiam tacite, id est, sine verbis. Voluntas interponitur actu quolibet sine verbis, ut hic. hæc inter se paria, vide Damhouderium, tractat. parium. in verbis consentire facta. 26 Fingamus dominum in ipsa lite actus sui convenienter expedisse: hinc. Bald. Qui quem actum in causa facit, gesta procuratoris rata habere intelligitur. Actum procuratoris comprobatur, qui ei agenti se adjungit. 27 Suspecti. adde l. 39. in fin. supr. de procurat. 28 Qui agit vel defendit alieno nomine, sive mandatum præcedat, sive non præcedat. 9. l. 3. supr. h. t. 29 Vid. l. 3. §. 7. supr. de bon. poss. 30 Quoties agitur ex nova

causa, prioris cause fidejussores non tenentur. 31 Summo jure, non est æquitate. infr. h. t. 32 Ob ratihabitionem interpositam sc. 33 Dolo facit, qui pecuniam ex adversarii petitione postulat, ad quam ei jure naturali tenebatur. 34 l. 39. §. 4. supr. de procurat. 35 Contulerit. 36 Quanti res, & quanti interfuit, interdum idem est. 37 Al. præter. 38 Certa summa conventa, & id quod interest, differunt. 39 §. ult. infr. de verb. oblig. 40 Id quod interest, quodque propter cause magnitudinem certos limites non habet, limitandum est, per adjunctionem pœnæ vel quantitatis certæ. 41 Incertum. 42 Inter dominum & servum non est utilis obligatio. 43 l. 11. C. de proc. at non ipse curator vel tutor. l. 23. supr. de admn. & pec. tit. 44 De rato sc. l. 6. §. 3. supr. quod casus cunque. 45 Μαχισσος. Theoph. tit. de success. bon. subl. Hinc Ciceronis joctus in Pletorium Fontem accusatorem; cujus matrem dixit, dum vixisset, ludum (meretricium scilicet), postquam autem mortua esset, magistrus habuisse, id est, bona ejus vendidit. Quintil. 6. c. 3. & Cicero. 11. ad Attic. 10: Publ. Terentius meus necessarius operam in portu & scriptura pro magistro dedit. dixi 1. epist. ad Attic. 1. 45 Hanc vocem Cujacius dispungit. infr. tit. de admn. rer. 47 Vide supr. de curatore bonis danda. 48 l. 5. vers. conventionalis. supr. de verb. oblig. 49 Et stipulatur. l. 20. infr. h. t. 50 l. 1. §. 4. supr. de stipul. prator. 51 Verbis, aut epistola & act. l. 5. infr. h. t. 52 Vide l. 13. supr. de solut. 53 Vide quæ notavi ad l. 13. supr. de solut. 54 Id est, regula. 55 Si stridum jus spectamus, non æquitatem. infr. h. t. 56 Ratihabitio contradictionem antecedentem retrahit non tunc jure, sed ex æquo & bono. 57 Qualiter, Hæc qualitercunque. vulg. 58 l. 39. in fin. supr. de procurat. 59 In id quod interest, seu interesse (de quo vocabulo dixi ad l. 82. supr. de leg. 2.) est utilitas nobis vel erepta, vel præcepta, damnum acceptum, lucrum aversum impedimentumque. Eripitur quod jam habuimus: præcipitur, quod potuimus habere. In eo quod interest igitur, habetur ratio damni nobis illati & lucri ablati: lucri, inquam. l. 2. in fin. supr. de eo, quod certo loco. l. 33. in fin. supr. locati. l. un. C. de sent. qua pro eo. l. 21. §. 3. supr. rer. amot. Lucrum est compendium, quod querri potuit, neque est adquisitum. Sed hæc plus satis: plenius dicam de damno & lucro in 4. l. un. Interim tamen notandum est; utrumque definiiri vel iurejurando actoris, vel officio judicis. l. 15. §. 9. supr. quod vi aut clam. 60 Damni & lucri cessantis quando habeatur ratio, vid. Gall. 2. obs. 5. 61 Intrinsece, seu in re ipsa: alias id quod extra rem interest, non solet considerari. l. 2. 4. supr. h. t. 62 Id est, unus pro alio. 63 Vide l. 15. infr. h. t.

Amplius non peti¹ verbum Labeo ita accipiebat, si iudicio² petiturum esset. Si autem in jus eum vocaverit, & satis iudicio sistendi causa acceperit, iudicium tamen ceptum non fuerit: ego puto non committi stipulationem *amplius non peti*. hic enim non petit, sed petere vult. Si vero soluta esset pecunia, licet sine iudicio, committitur stipulatio. nam & si quis adversus petentem compensatione³ deductioneve usus sit, recte dictum est petisse eum videri, & stipulationem⁴ committi amplius non peti: nam & heres qui damnatus non peteret, si horum quicumque⁵ fecisset, ex testamento tenetur.

De indebito soluto. 1. Si dominus vendiderit & emptor petat.

16. POMPONIUS lib. 3. ex Plautio.

Si indebitum⁶ procuratori solutum sit, agi statim ex hac stipulatione adversus procuratorem potest, ut ratum habeat dominus: ut possit dignosci, utrumne domino condici debeat id, quod indebitum solutum sit, si is ratum habeat: an vero procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habeat. §. 1. Si procurator fundum petisset & cavisset (uti adsolet) *ratam rem dominum habiturum*, deinde dominus postea eundem fundum vendidisset, eumque emptor⁷ peteret: stipulationem Ratam rem haberi committi, Julianus scribit.

De ratihabitione ex parte. 1. De obligatione alternata.

17. MARCELLUS lib. 21. Digestorum.

Cum debitore decem creditoris nomine Titius egit: partem petitionis ratam habuit dominus: dicendum est obligationis partem⁸ consumptam: quemadmodum si decem stipulatus esset aut exegisset, creditorque non totum sed partem gestae rei comprobasset. Idcirco si ex stipulatu *decem aut Stichum, utrum ego volvero*, absente me Titius domino quinque petisset, infecuta ratihabitione, recte actum videri.

De ratihabitione ex parte. Si sapius agatur. De eo, quod interest. De damno infecto.

18. POMPONIUS lib. 26. ad Sabinum.

Si procurator *ratam rem dominum hereditatis ejus habiturum caverit*, & unus ex heredibus domini ratum habeat, alter non habeat: sine dubio committetur stipulatio pro⁹ ea parte, pro qua ratum non habiturum: quia in id committitur, quod stipulatoris interest. Nam etsi ipse dominus pro parte ratum habuerit, pro parte non habuerit, non¹¹ ultra quam in partem committitur stipulatio: quia in id committitur, quod interest agentis: & ideo sapius ex ea stipulatione agi potest, prout interest agentis, quod¹² litigat, quod consumit, quod advocat¹³, quod damnatus solvit. sicut¹⁴ in stipulatione damni infecti accidere potest, ut is qui stipulatus sit, subinde agat: *cavet enim si quid ibi ruet, scindetur, fodietur, edificabitur*. Finge ergo subinde damnum dari? Non erit dubium quin agere possit: nam si toto damno computato, tunc agend umeff, propemodum non ante agat, quam dies stipulationis praeterierit, intra quem si damnum datum sit, stipulationi cautum erit: quod verum non¹⁵ est.

De eo, quod interest.

19. PAULUS lib. 13. ad Sabinum.

In stipulatione qua procurator cavet, *ratam rem dominum habiturum*, id continetur quod¹⁶ interest stipulatoris. † Idemque juris est in clausulis omnibus de dolo¹⁷ malo.

Quibus ex causis cavetur de rato.

20. ULPIANUS lib. 1. Disputationum.

Non solum in actionibus, quas procurator intendit, verum in stipulationibus¹⁸ quoque quas interponi desiderat, si vice¹⁹ representat²⁰ actionum, cavere eum de rato oportet. Quare si dupla stipulationem procurator interponat, de rato cavere debet. Sed & si damni infecti stipulatio a procuratore interponatur: de rato debet procurator cavere.

Si certum sit mandatum.

21. IDEM lib. 1. Opinionum.

Ne²¹ satisfactio *ratam rem dominum habiturum* exigatur in his, quae nomine ejus ageret²², qui eum²³ se fecisse procuratorem libello Principi dato professus est, prodest²⁴. Quod si *judicatum solvi satis* ab eo procuratore postuletur, necesse est ut juri manifesto pareatur.

Si procurator sine iudice indebitum, 1. Vel debitum, 2. Aut per iudicem indebitum, 3. Vel debitum exegerit. 4. Si dominus aliquid consequatur injuria iudicis, 5. Vel rem auferit. 6. De legatis. 7. De successoribus & de doli clausula. 8. De hereditate. Quibus casibus hac stipulatio committitur. 9. De actione injuriarum.

1 Vide l. 16. §. 3. de bonis libert. De hac formula adde l. 14. sup. h. t. l. 23. infr. h. t. vid. Cic. pro Roscio Comodo. & in Bruto. & lib. 43. Familiar. 28. l. 2. sup. ut legatum. l. 27. §. 14. sup. ad l. Aquil. Goth. Pro intellectu hujus legis vide Bellon. sup. lib. 2. c. 10. Anf. 2 Vide quae notavi ad l. ult. sup. de separat. 3 Compensatione & deductione qui utitur, egisse, non tantum excepisse videtur. 4 Subaudi, hanc amplius non peti. 5 Id est, si vel compensatione vel deductione usus esset. 6 l. 22. infr. h. t. 7 Causam hic habet a venditore: hinc colligit C. strensis, factum ejus qui causam a me habet, factum meum censeri. 8 Rati stipulatio divisionem recipit, ut hic. Imo non recipit. l. 4. §. 2. in fin. sup. de verb. obligat. adde l. 27. sup. de procurat. 9 Vide Curtium lib. 1. simaxum ad fratrem c. 53. Molinuum de divid. & individ. part. 2. n. 474. & 489. Mod. 10 Imo non pro parte, sed in integrum. l. 9. §. 1. sup. si quis cautionib. 11 Imo ultra, cum in totum committatur. l. 4. §. 1. in fin. sup. de verb. oblig. 12 Id id, quod interest, venit quavis impensa, seu compensatio lites causa. 13 De honorariis Advocatorum vide l. 1. §. 12. infr. de extr. cognitionibus. Est vero hic advocare Advocatis & testibus evocatis sumptus ministrare: nisi malis legere, quod advocatur sub. a negotiis. 14 l. 23. sup. de damno. 15 Non est expectandum tempus, quo stipulatio iuncti- lis reddatur, ut quis agat. 16 l. 18. §. 1. in fin. sup. de dolo. 17 l. 18. in pr. & §. 4. sup. de dolo. 18 Vide l. 40. §. 1. sup. de procur. 19 Vicem representat actionem. Hal. vide Cujac. ad l. 5. sup. de verb. oblig. 20 Al. repraesentat. 21 Adde l. illicitas exactiones. h. sup. de officio Praefidis: qua est ejusdem libri. 22 Agente. Hal. 23 Adde l. 65. sup. de procurat. 24 Forte legendum, proditum est. 25 l. 15. sup. h. t. 26 Procuratoris qui cavet, ratam rem haberi. 27 Aliud est si habeat. l. 66. sup. de fidejuss. 28 Morum scil. per dominum reprobantem factum falsi procuratoris. 29 Id est, tentari potest. quod tamen Julianus hic non probat. 30 Quod non est, ratum haberi non potest: Imo etiam ab initio nullum negotium ratum haberi potest. l. 6. §. 9. 3. de negot. 31 Omnino actio cessat, quando agentis nihil interest agere. 32 l. 1. §. 1. sup. de evict. l. 67. sup. de fidejuss. 33 Fidejussor injuria iudicis non obligatur. 34 Accessoria interdum quis praestat, qui ad principale non tenetur. Bald.

22. JULIANUS lib. 56. Digestorum.

Si sine iudice non²⁵ debitam pecuniam exegerit procurator, & dominus ratam solutionem non habuerit, sed eandem pecuniam petere instituerit: fidejussores²⁶ tenentur, & condictio, qua procurator teneretur si stipulatio interposita non fuisset, perimitur. quotiens enim procuratori pecunia solvitur, & dominus eam solutionem ratam non²⁷ habet: existimo id agi, ut condictio perimatur, & sola actio ei, qui indebitum solvit, adversus procuratorem ex stipulatu competat. † Hoc amplius praestant fidejussores impensas, quae in iudicium²⁸ factae fuissent. † Quod si dominus ratam habuisset, fidejussores quidem liberantur, sed ab ipso domino eadem pecunia per condictionem peti potest.

§. 1. Quod si procurator debitam domino pecuniam sine iudice exegisset, idem juris est: hoc secus quod si dominus ratam rem habuisset, nulla ejus pecuniae repetitio futura est. §. 2. Quod si procurator per iudicem non debitam pecuniam exegisset, dici²⁹ potest, sive ratum dominus habuisset, sive non habuisset, fidejussores non teneri: vel quia³⁰ nulla res esset, quam dominus ratam habere possit; vel quia³¹ nihil stipulatoris interest ratum haberi. adficietur ergo injuria is, qui procuratori solvit: magis tamen est, ut si dominus ratum non habuerit, fidejussores teneantur. §. 3. Quod si debitam pecuniam procurator per iudicem, cui nihil mandatum fuerit, petierit: magis est, ut in solidum fidejussores teneantur, si dominus ratum non habuerit.

§. 4. Cum autem procurator recte petit, dominus perperam, non debet procurator praestare, ne injuria³² iudicis dominus aliquid consequatur: nunquam enim propter injuriam³³ iudicis fidejussores obligantur. verius tamen est hoc casu fidejussores non nisi³⁴ in impensis litis teneri. §. 5. Marcellus: Si dominus ratam rem non habuerit, sed lite mota rem amiserit, nihil praeter impendia in stipulatione Ratam rem deducitur. §. 6. [Julianus:] Si procuratori ejus qui mortuus erat, sine iudice soluta fuerint legata, stipulatio committetur, nisi³⁵ heres ratum habuerit: utique si debita fuerint: tunc enim non dubie interest stipulatoris ratam solutionem ab herede haberi, ne bis³⁶ eadem praestet. §. 7. Si in stipulationem Ratam rem haberi hactenus comprehensum fuerit, *Lucium Titium ratum habiturum*, cum id aperte³⁷ ageretur, ut heredis caeterorumque personae ad quos ea res pertineret, ommitterentur, difficile³⁸ est existimari doli clausulam committi. † Sane cum³⁹ per imprudenciam haec personae omitantur, actio ex doli⁴⁰ clausula competit. §. 8. Si procurator iudicium de hereditate⁴¹ ediderit, deinde dominus fundum⁴² ex ea hereditate petierit, stipulatio Ratam rem haberi committetur⁴³: quia si servus procurator fuisset, exceptio rei iudicatae dominum summoveret. † Plerumque autem stipulatio Ratam rem haberi, his casibus committitur, quibus si verus procurator egisset, domino aut ipso jure aut propter exceptionem actio inutilis esset. §. 9. Qui⁴⁴ patris⁴⁵ nomine, injuriarum agit ob eam rem quod filius ejus verberatus pulsatusve sit, in stipulatione cogendus est filii quoque personam comprehendere: praesertim cum fieri possit, ut pater ante decedat quam sciret procuratorem suum egisse, & ita injuriarum actio redeat⁴⁶ ad filium.

§. 10. Sed & si nepoti injuria facta fuerit, & procurator avi propter hanc causam injuriarum agat: non solum filii, sed etiam nepotis persona comprehendenda erit in stipulatione. quid enim prohibet, & patrem, & filium, antequam scirent procuratorem egisse, decedere? quo casu iniquum est fidejussores non teneri, nepote injuriarum agente.

Quos ratum habituros cavetur.

23. IDEM lib. 5. ex Minicio.

Procurator cum peteret pecuniam, satisfecit amplius⁴⁷ non peti; post iudicium acceptum extitit qui & ipse procuratorio nomine eandem pecuniam peteret: quaesitum est, cum is qui postea peteret, procurator non esset, & propter hoc exceptionibus⁴⁸ procuratoriis excludi posset, num fidejussores prioris procuratoris tenerentur? Julianus respondit, Verius est non obligari fidejussores, nam⁴⁹ in stipulatione cavetur, non *petiturum eum* cujus de ea re actio⁵⁰, petitio⁵¹, persecutio⁵² sit, & *ratum habituros omnes, ad quos ea res pertinebit*⁵³: hic autem qui⁵⁴ procurator non est, nec actionem⁵⁵, nec petitionem⁵⁶ habere intelligendus est.

De bonorum possessione.

24. AFRICANUS lib. 5. 57. Quaestionum.

Bonorum possessionem⁵⁸ ab alio adgnitam⁵⁹, ratam haberi oportere eo⁶⁰ tempore, quo adhuc in ea causa sit, ut peti possit. Itaque post centesimum⁶¹ diem rata haberi non potest. §. 1. An autem & si mortuus fuisset qui petisset, vel furere⁶² coeperit, ratam haberi possit,

35 Factum nomine defuncti ratum haberi potest per heredem. 36 Bis idem praestari non oportet. vide l. 57. infr. de regul. jur. 37 Id est, tantum, haec particula tantum restrictiva heredem excludit. 38 Non tamen impossibile. 39 Doli clausula facit, ut heredis persona in stipulatione ommissa contineri ea intelligatur, ut hic. Ex eadem agitur, ut error qui in stipulatione commissus est, emendetur. l. 121. sup. de verb. oblig. 40 Deceptus circa interpretationem seu intellectum vocabuli habet contra adversarium actionem ex clausula doli. l. 19. sup. h. t. 41 Universalis sc. 42 Particularis quiddam hereditatis. 43 Cur ita? quia clausula rati interposita est in iudicio universali, & committitur per iudicium particulariter morum: universale includit sua particularia, sicut genus includit suas species. Bald. 44 Id est, extraneus, non pater. l. 39. §. 4. sup. de procur. 45 l. 9. §. 6. infr. de injur. 46 Vide quae notavi ad l. 4. §. 2. sup. de verb. oblig. & l. 14. sup. h. t. 47 Vide quae notavi ad l. 4. §. 2. sup. de verb. oblig. & l. 14. sup. h. t. 48 l. 9. sup. de probat. §. ult. Infr. de exceptionibus. 49 Promittens ratum firmumque habiturum obligatur, sive jure, sive facto committat in id, quod ipse promiserit: si vero ratum tantum habiturum promittit, non obligatur, si facto tantum ratum non habeat, Bart. in l. id quod pauperibus. 22. C. de Episc. & cleric. 50 Personalis. l. 178. §. 2. J. de verb. signif. 51 In rem. d. §. 2. 52 Persecutio est verbi gratia extraordinaria petitio: ut fidei commissorum, & si quae sunt aliae quae non habent juris ordinarii executionem. d. §. 2. l. 34. infr. de verb. signif. vel mixta actio in rem, aut personam l. 29. sup. de obligationibus. Ita haec tria conjunguntur, actio, petitio, persecutio, l. 49. infr. de verb. signif. & dividuntur. d. §. 2. l. 23. sup. de verb. oblig. 53 Subaudi, iure: Nam hic agitur de facto. 54 Inter personas, quarum interest, non continetur falsius procurator. adde l. 13. in fin. sup. de operis novi. 55 Actionem personalem. 56 Vide Cujac. 4. ad Afric. fol. 62. 57 Adde l. 6. sup. de adju. vel omitt. hered. 58 De differentia additionis hereditatis ab agnitione, vide Cujac. ibid. 59 Adde l. 4. in fin. infr. ad leg. Jul. de adulter. 60 l. 4. §. 1. sup. quis vero in bon. poss. serv. Goth. Vide Tirac. de retrac. n. 57. & Chassan. tit. des retrac. §. 1. verb. le puis rachapter. vers. & in hoc casu. Anf. 61 l. 16. sup. de honor. poss. 62 l. 16.

videamus. nam si in universum perinde haberi debet, ac si tunc, cum ratum habeat, per eum bonorum possessionem petat: frustra his casibus ratum habetur. sed illud consequens futurum, etiam si poeniteat illum petisse, ratum haberi non posse: quod utique sit absurdum. Rectius itaque dicitur, neutram eorum causam impedire ratihabitionem.

De dote. 1. Si dominus ratum habeat, postquam tempore debitor liberatus est.

25. IDEM lib. 6. Quæstionum.

Pater dotem a se datam absente filia petit, & ratam rem habituram

1 Vide Cujac. 6. ad Afric. fol. 9. 2 Succedens ei qui promisit ratam rem habere, rati promissionem consumit. Succedendo ratum quis habere videtur.

eam cavit; ea prius quam ratum haberet, mortua est. Negavit committi stipulationem: quia & si verum sit ratum eam non habuisse; nihil tamen mariti interfit, dotem restitui, cum patri, etiam mortua filia salva esse dos debeat. §. 1. Procurator cum ab eo res alienum exegerat, qui tempore liberaretur, ratam rem dominum habituram cavit; deinde post tempus liberato jam debitore, dominus ratam rem habet. Possit debitorem agere cum procuratore existimavit, cum jam debitor liberatus sit: argumentum rei, quod si nulla stipulatio interposita sit, conditio locum adversus procuratorem habitura sit; in locum autem conditionis interponi stipulationem.

3 Vide l. 18. supr. h. t.

4 Qui præscripsit, dicitur liberatus. l. 37. supr. de fidejuss.

LIBER QUADRAGESIMUS SEPTIMUS:

TIT. I.

DE PRIVATIS DELICTIS.

De successoribus. 1. De noxa.

1. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum.

Civilis constitutio est, penalibus actionibus heredes non teneri, nec ceteros quidem successores. Idcirco nec furti conveniri possunt. Sed quamvis furti actione non teneantur, attamen ad exhibendum actione teneri eos oportet, si possideant, aut dolo fecerint quominus possideant. Sed enim & vindicatione tenebuntur, re exhibita. Item conditio adversus eos competit. §. 1. Heredem autem furti agere posse æque constat: executio enim quorundam delictorum heredibus data est. Ita & Legis Aquilia actionem heres habet. Sed injuriarum actio heredi non competit. §. 2. Non tantum in furti, verum in cæteris quoque actionibus, quæ ex delictis oriuntur, sive civiles sunt, sive honorariæ, id placet, ut noxa caput sequatur.

De concurrentibus actionibus.

2. IDEM lib. 43. ad Sabinum.

Numquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur: neque enim delictum ob aliud delictum minuit poenam. §. 1. Qui igitur hominem subripuit & occidit: quia subripuit, furti; quia occidit, Aquilia tenetur. neque altera harum actionum alteram consumit. §. 2. Idem dicendum, si rapuit & occidit: nam & vi bonorum raptorum, & Aquilia tenebitur. §. 3. Quæsitum est, si condictus fuerit ex causa furtiva, an nihilominus Lege Aquilia agi possit. Et scripsit Pomponius, agi posse: quia alterius æstimationis est Legis Aquilia actio, alterius conditio ex causa furtiva. namque Aquilia eam æstimationem complectitur, quanti eo anno plurimi fuit: conditio autem ex causa furtiva non egreditur

retrosum 25 iudicii 26 accipiendi tempus. Sed si servus sit, qui hæc admittit, quacunque actione noxæ fuerit deditus, perempta est altera actio. §. 4. Item si quis subreptum flagello ceciderit, duabus actionibus tenetur: furti, & injuriarum. & si forte hunc eundem occiderit, tribus actionibus tenebitur. §. 5. Item si quis ancillam alienam subripuit & flagitaverit, utraque actione tenebitur: nam & servi corrupti agi poterit, & furti. §. 6. Item si quis servum vulneravit, quem subripuerat, æque duæ actiones locum habebunt, Aquiliae, & furti.

De subscriptione in crimen.

3. IDEM lib. 2. de officio Proconfulis.

Si quis actionem, quæ ex maleficiis oritur, velit exequi: si quidem pecuniariter agere velit, ad jus ordinarium remittendus erit; nec cogendus erit in crimen subscribere. enim vero si extra ordinem ejus rei poenam exerceri velit, tunc subscribere eum in crimen oportebit.

TIT. II.

DE FURTIS.

Etymologia. 1. De sola cogitatione. De abnegatione depositi. 3. Definitio.

1. PAULUS lib. 39. ad Edictum.

Furtum a furvo, id est, nigro, dictum Labeo ait, quod clam & obscuro fiat, & plerumque nocte: vel a fraude, ut Sabinus ait: vel a ferendo, & auferendo: vel a Græco sermone, qui φῦρας appellant fures: imo & Græci ἀπό τῆς εἰσῆς, id est, a ferendo, φῦρας dixerunt. §. 1. Inde sola cogitatio furti faciendi non facit furem. §. 2. Sic is, qui depositum abnegat, non statim etiam furti tenetur: sed ita si intercepti causa occultaverit. §. 3. Furtum est contractatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius

1 Duo terribiles libri nunc sequuntur: sic enim Justinian. eos appellat. 2 Hic titulus tractat de privatis delictis, quorum regulas etiam generales continet. Privatis opponuntur publica. Et alia delictorum divitio. Sunt enim quædam mere ecclesiastica, alia secularia, alia mixta. Item alia nominata, alia innominata. Ad hæc alia levia, alia atrocissima. de quibus vide Clarum, §. 1. q. 1. Porro aut nobis aut alteri nocemus: Nobis, quoniam nos ipsos interficimus, & generaliter quoties delinquimus. Alteri dupliciter, mente (hinc concupiscentia & invidia, vide l. 18. infr. de panis); aut nostro corpore, vel alieno nocemus. Nostro, vel universum, vel speciatim, velui lingua, vel manu &c. Alieno, per servos & familiares, infiores. tit. 6. j. h. l. per ministros navi, caponæ, stabuli. tit. 5. infr. h. l. balnei, tit. 17. per ædes. vide §. de oper. nov. de damno. de aqua & aqua pluvia. per turbam. tit. 8. Corpus & collegium. tit. 22. cui adijunge titulum ac vi publica & privata. lib. 48. tit. 6. 7. per quadrupedes. supr. si quadrupes. Item alteri nocemus animas vel vias. Animas, quum ejus animum corrumpimus, corpus lædimus (hinc homicidia, veneficia, incantationes, maleficia, lib. 48. tit. 8. parricidia, lib. 48. tit. 9. adulteria, stupra, raptus. lib. 48. tit. 5. privati carceres, 9. C. 5. injuria factio constans, supr. de noxalib. tit. 15. infr. h. l.) Mentes, quum alterius famam lædimus (hinc injuriæ verbales, famosi libelli, tit. 10. infr. h. l. calumnia, prævaricatio, tit. 15. j. h. l. falsa accusatio, falsa testimonia lib. 48. tit. 16.), liberos (hinc plagia, lib. 48. tit. 15.) servos (hinc tituli de servo corrupto, de fugitivis, de receptoribus), animalia (hinc abigeatus, tit. 14. infr. h. l.) res inanimatas, idque generaliter vel specialiter. Generaliter (hinc concussiones, tit. 13. receptoribus, tit. 16. effraiores, expilatores, tit. 18. infr. h. l. stellionatus, tit. 20. falsi crimen. lib. 48. tit. 10.) Specialiter, pura terminos, tit. 21. infr. h. l. sepulchra, tit. 12. arbores, tit. 7. ædificia, parietes, tit. 3. infr. h. l. res hereditarias, tit. 4. & 19. res naufragii, tit. 9. balnei, tit. 17. huc refer crimina repetundarum, lib. 48. tit. 11. annonæ, tit. 12. peculatus, facriligii, de residuis, ambitus. tit. 13. 3 Quorum accusatio vel persecutio permittitur ei, cujus proprie privatum ac specialiter interest. Duaren. i. disp. 36. id est, ei qui læsus est. & ita tenent communiter omnes, Gomez. cap. 1. delictorum. num. 9. vel quorum obligatio & actio ad privatam utilitatem referuntur. Jure canonico omnia delicta sunt publica, Glossa in can. infames. 6. quest. 1. Hodie superiora omnia multis locis immutata sunt. nam in regno Neapolitano nemo admittitur ad accusandum, nisi suam vel suorum injuriam prosequatur. & ita omnia crimina videntur ibi privata: e contrario in regno Franciæ nemo potest criminaliter accusare, etiam si suam vel suorum injuriam persequatur. Melius est itaque in rebus tam dubiis adhærere statuto, vel consuetudini loci, & ex ea declarare, quæ deantur privata, publica delicta. Clarus. §. 5. §. 1. quest. 1. 4 Delictis, vulgat. Hal. Delicta proprie, sunt privata: crimina, publica. l. 17. §. 18. supr. de adil. l. 131. in fin. infr. de verb. sign. 5 Quid Jure Canonico? penalis actio datur in solidum adversus heredes, cap. 1. extr. de rapior. Bart. hic. num. 6. in fin. Decius ad l. 111. j. de regul. num. 7. Id tamen Panormitanus negat, cap. ult. de sepulchris. Molinæus ad l. 111. censet actionem poenalem ex delicto in heredem non transferri, sed rei persecutoriam poenalem tantum. 6 Id est, regula juris antiqui: id enim hoc vocabulum interdum significat, ut in l. 91. §. 3. supr. de verb. oblig. 7 Morte finitur poenalis actio; §. 1. Infr. de perpetuis & temporariis. act. l. 2. in fin. j. vi bon. rapt. vid. Sebalt. Medicum, tr. de morte. part. 2. conclus. 3. 8 l. 1. §. 23. supr. de tut. & rationib. l. 33. supr. de oblig. l. 111. j. de reg. jur. §. 1. Infr. de perpetuis & temporariis. §. 9. in fin. Infr. de l. Aquil. 9 Quid, heres non cogetur utras a defuncto perceptas restituere? cogetur utique: quia utrasque illegitimas, non ex delicto repetuntur, sed conditione indebiti. l. 26. supr. de cond. indebit. 10 Quia per mortem delictum & poena extinguuntur. l. 6. infr. de publ. judic. 11 l. 7. in fin. supr. de cond. furt. 12 Si res extet, l. 5. supr. de calumn. l. 26. supr. de dolo. nec enim heredem ex defuncti delicto lucrari oportet. Quid? eo casu num furti tenebitur? non tenebitur, sed actione in furtum. l. 1. in fin. supr. de vi & vi. 13 Dolo qui fecit, quominus possideret, habetur pro possessore. Paria sunt possidere, aut dolo efficere quominus possideas: dolo repræsentat possessionem. l. 131. j. de reg. jur. 14 Adde & tertiam exceptionem, nisi quoque cum defuncto his contestata. l. un. C. ex delictis. adde & quartam, nisi defunctus fuerit confessus in iudicio: Hic enim habetur pro iudicato, l. 1. §. de confessis. vide Bart. hic. num. 7. 15 Cur ita? ad exhibendum est præparatoria vindicationis. l. 1. supr. ad exhibend. l. 3. §. 1. supr. de liberis exhibendis. l. 7. §. 1. supr. de cond. furti. 16 l. 47. infr. de furtis. 17 Persecutio. l. 11. infr. de accusat. §. 1. Infr. de publicis iudicis. 18 Est defunctus litem contestatus non sit. 19 l. 23. §. 8. l. 36. §. 1. supr. ad l. Aquil. 20 Vide l. 113. infr. de injur. 41 Αμαρτία τῆς μετὰ τὴν ἀποθνήσκου, 18. Eclog. ex lib. 60. tit. 5. cap. 2. τὰ πᾶσι τὰ τῆς μετὰ τὴν ἀποθνήσκου, 49. Eclog. ex lib. 23. tit. 5. cap. 4. in fin. & lib. 52. tit. 5. cap. 4. ἐπιτά. 1. Harm. 18. cap. πρὶ τμημάτων δόλων. Theophil. sic exprimit in §. sunt autem. Infr. de noxalib. καὶ οὐκ ἐστὶν ἔπι τῶν ἀρχαίων δεδωμένων ὁ λόγος, noxa caput sequitur. Recte aut καὶ οὐκ, nam & HADIGEST.

menopolus dicto loco hanc sententiam vocat καὶ οὐκ, adde l. 18. infr. de furt. vide l. 17. §. 7. infr. de injuriis. l. 31. supr. de pign. l. 1. §. 18. supr. de pign. §. 5. Infr. de noxal. Paul. 2. sentent. 31. §. 9. 22 Vide ad hanc regulam Hotoman. 27. Infr. quest. 23 Singulis delictis singula poenæ imponuntur, sic ut altera alteram non consumat. l. 27. supr. ad l. Aquil. l. 11. §. 2. supr. de servo corrupto. l. 1. §. 22. l. 2. §. 1. supr. de tut. & ration. l. 60. supr. de obl. l. 21. in fin. pr. j. de furt. l. 8. §. 2. infr. arbor. furtim casarum. l. 25. l. 41. infr. de injur. Imo altera alteram consumit. l. 6. in fin. supr. nautæ & cauponæ. l. 34. l. 53. supr. de obl. 24 l. 27. supr. ad l. Aquil. 25 Sentus est: in actione Legis Aquiliae rectorum æstimator, quanti res eo in anno plurimi fuit. In conditione furtiva, quanti unquam plurimi fuerit, vel furti facti, l. 8. §. 1. l. 13. in fin. supr. de cond. furtiva. l. pen. supr. rer. amot. vel litis contestate, vel rei iudicate, vel mortis tempore. Cujac. 8. ad Afric. fol. 181. in fin. 26 Litis contestate. 27 l. 15. §. 45. l. 17. §. 2. infr. de injur. 29 Cur? quia & eo casu Aquilia tenetur. 29 Fla. gellaverit, vulg. & male: melius Ecloga, ἢ διαφθεύσας τὴν τροπὴν ἀνθρώπου. 15. Eclog. ex lib. 60. tit. 11. c. 2. §. 4. An flagitare est corrumpere, iturpare? sic putat Fornerius: Flagitium enim est stuprum, l. 1. in fin. infr. de extr. crim. Paul. 5. sent. 4. §. 14. §. 112. 25. in verbo flagitium. vide Fornerius 2. select. 1. Flagitare est pudicitiam attentare. 30 l. 11. in fin. supr. de servo corrupto. 31 l. 27. supr. ad l. Aquilam. 32 Pecuniariter. Hal. id est, civiliter. vide l. Harmenop. 2. 33 Id est, præfectum Uroli. l. 2. infr. de furtis balneariis. 34 l. ult. infr. de furtis. 35 Criminaliter non pecuniariter. Basilica. 36 L. 6. C. 2. 4. Infr. 1. Paul. 2. sent. 31. πρὶ κλοπῆς, 15. Eclog. 2. & 6. tit. 5. πρὶ κλοπῆς &c. adde l. Harmen. 3. πρὶ κλοπῆς, & c. 7. collationis legum δόλοισιν. & c. Extra. 13. Porro alius est fur a latrone: & furtum simplex a vi & turba. De poena furti dicam ad lib. 2. Feud. tit. de pace tenenda. vers. si quis quinque fides. Goth. adde Jac. Ruardum de auctorit. prudent. c. 13. Menchacam illius controversi. c. 48. Menoch. de arbitr. judic. cas. 295. Regidium Bostium tit. de furtis. Jul. Clarum. §. furtum. Mod. 37 §. 2. Infr. de obligat. ex delicto. Varro apud Gell. §. c. 18. lib. 3. c. 26. in verbo furtum. Festus a furvo derivat furtus, turis, furvus, fuligo, furtus: furti non meminit. Goth. Vide Anton. August. emend. lib. 4. c. 4. Anf. 38 Secunda etymologia furti. 39 Tertia etymologia. 40 A ferendo, id est, auferendo. Hal. 41 Quarta etymologia. 42 Græci a ferendo φῦρας dixerunt: vel a Græco sermone quo φῦρας appellant fures. Imo & Græci dixerunt ἀπό τῆς εἰσῆς. Alciat. i. disp. 10. 43 Id est, quia furtum ab auferendo dicitur. Sola cogitatione nemo furtum committit, quum ea sola res alteri non auferamus. 44 Imo facit furem. 11. Gell. ut. in fin. 45 l. 22. infr. h. t. 46 Quid? l. 3. §. 18. supr. de adquir. vel amit. possess. num sola cogitatio puniuntur. vide l. 18. infr. de panis. 47 l. 67. j. h. t. Contractatio simplex furtum non facit, sed fraus contractationi mixta. adde l. 22. infr. h. t. Ideoque non continuo fur est præsumendus, qui rem furtivam contractat, præsertim si laudate vitæ sit. vide tamen l. 2. C. h. t. An ad toruram id sufficiens est? Clarus ait, ex communi opinione Doctorum, §. sent. §. 6. præsertim in personis abjectis & famæ suspectæ. vide d. l. 2. 48 Definitio furti. vide §. 1. Infr. de oblig. ex delicto. 49 Non simplex iniciatio. l. 67. infr. h. t. Quid autem contractare? vid. Theoph. §. 3. Infr. de usucap. Goth. Jure Canon. furtum est quælibet illicita contractatio, large sumpta. can. domnus. 14. quest. 5. Anf. 50 Alienæ sc. Theoph. an & lux rei quis furtum facere potest? fur non est, qui permissu iudicis rem suam in alterius domo perquirat, quive furti de manibus eam eripit: hoc amplius addit Clarus ex communi opinione, eum furtum non committere, qui debitori contumaci & moroso rem debet non ab similibem vel ejusdem valoris furripit, §. sent. 6. quod ultimum non placet. Quid, si quis eripit alteri quod sibi debitum putat? Furtum non committit. §. 1. Infr. vi bonor. rapt. puniunt tamen alia de causa: quod propria auctoritate, neglecto iudicii ordine, adversarium coegit. vide quæ notavi ad l. 14. §. 1. infr. h. t. An modicæ rei furtum fit? utique: sed tamen poena mitigari potest. vide Clar. §. sent. 6. An & immobilium? Sabinus id censuit, 11. Gell. 18. cuius opinio a Jurisconsultis exploia est. l. 25. infr. h. t. l. 38. in fin. supr. de usucap. l. 1. C. vi bon. rapt. Si tamen de verbis litigare non iunus, negare non possumus, a quo quis possit non modo per vim, sed & clam ædes alienas vel fundum possidere: quod reipia rem alienam contractare, & sic furtum est. An & hominis fit furtum? vide §. 9. Infr. de obl. ex delicto. 51 Vide 11. Gell. ut. in fin. Fur est, qui dolo malo rem alienam contractat. Paul. 2. sent. 31. §. 1. Furtum sine dolo malo non fit. l. 50. §. 2. infr. h. t. 52 Fraus contractandi in eo detegitur, quod lucrum altero invito ex re aliena facere cupit. Quid? a fraude esse excludendus, qui necessitatis suæ sublevandæ causa quid furatur: quemadmodum dicimus eum carceris extracti non teneri, qui incendii vel aque vitandæ causa carcerem effregit, arg. l. 49. §. 1. supr. ad l. Aquil. & illicita necessitate heri facta, c. 4. de reg. in 6. Communis opinio est eum excusari: sed tamen ad meliorem fortunam redactum, res ablatas cogi restituere. Clar. §. sent.

rei¹, vel etiam usus² ejus, possessionisve³: quod lege naturali⁴ prohibitum est admittere.

De furto manifesto vel non manifesto.

2. GAJUS lib. 13. ad Edictum.

Furtorum genera duo⁵ sunt: manifestum⁶, & nec manifestum⁷.

3. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum.

Fur est manifestus, quem Græci ἐπιδητὴς⁸ appellant, hoc est, eum qui deprehenditur¹⁰ cum furto. §. 1. Et parvi refert, a quo deprehendatur¹¹, utrum ab eo, cujus¹² res fuit, an ab alio.

§. 2. Sed utrum ita demum fur sit manifestus, si in faciendo deprehendatur: an vero & si alicubi¹³ fuerit deprehensus? Et magis est (ut & Julianus scripsit) & si non ibi deprehendatur, ubi furtum fecit, attamen esse furem manifestum, si¹⁴ cum re furtiva fuerit apprehensus, prius¹⁵ quam eo loci rem pertulerit, quo destinaverat.

4. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

Quo destinaverit quis auferre, sic accipiendum est: quo destinaverit eo¹⁶ die manere cum eo furto.

5. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum.

Sive igitur in publico, sive in privato deprehendatur, antequam ad locum destinatum rem perferret: in ea causa est, ut fur manifestus sit, si cum re furtiva deprehendatur. & ita Cassius scripsit. §. 1. Sed si pertulit quo destinavit, tamen si deprehendatur cum re furtiva, non est manifestus fur.

6. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

Quamvis¹⁷ enim saepe¹⁸ furtum contrectando fiat, tamen initio¹⁹, id est, faciendi furti tempore, constituere visum est, manifestus, necne fur esset.

7. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum.

Si quis in servitute furtum fecerit, & manumissus²⁰ deprehendatur, an fur manifestus sit, videamus. & ait Pomponius lib. XIX. ex Sabino, non posse eum manifesti conveniri: quia origo²¹ furti in servitute facti non fuit manifesti. §. 1. Ibidem Pomponius eleganter scripsit, deprehensione²² fieri manifestum furem: ceterum si cum tibi furtum facerem de domo tua, abscondisti te, ne te occidam, etiam si vidisti²³ furtum fieri, attamen non est manifestum.

§. 2. Sed Celsus deprehensione hoc etiam adjicit, si cum vidisses eum subripientem, & ad comprehendendum eum accurrisses²⁴, abjecto²⁵ furto effugit: furem manifestum esse. §. 3. Parvique referre putat, dominus an vicinus: an quilibet transiens apprehendat.

8. GAJUS lib. 13. ad Edictum provinciale.

Nec manifestum furtum quid sit, apparet²⁶: nam²⁷ quod manifestum non est, hoc scilicet nec manifestum est.

De assidua contrectatione. 1. De rei vindicatione, & conditione furtiva.

9. POMPONIUS lib. 6. ad Sabinum.

Ei qui furti actionem habet, assidua²⁸ contrectatione furis non magis furti actio nasci potest: ne in id quidem in quod crevisset²⁹ postea res subrepta. §. 1. Sed si eam a fure vindicasset, conditio mihi manebit³⁰. sed potest dici, officio Judicis, qui de proprietate cognoscit, contineri, ut non aliter jubeat restitui, quam si conditio nem petitor remitteret. quod si ex condicione ante damnatus reus, litis æstimationem sustulerit, ut aut omnimodo absolvat reum, aut (quod magis placet) si paratus esset petitor æstimationem restituere, nec restitueretur ei homo: quanti³¹ in litem jurasset, damnaretur ei possessor.

10. ULPIANUS lib. 29. ad Sabinum.

Cujus interfuit³² non subripi, is actionem furti habet.

1 Proprietatis, veluti si servum abstulit. vide l. 54. §. 1. infr. h. t. 2 Id quando accidit, vide l. 40. §. h. t. 3 l. 1. circa fin. supr. de distract. pign. l. 7. §. 15. infr. si is qui testam. liber. Illic Cujac. furtum sic deest: furtum est interversio possessionis rei mobilis. 4 Furtum natura turpe est. l. 42. §. de verb. sign. adde l. 14. supr. de condit. indeb. Imo non est: omnia enim communia sunt jure naturali. l. 5. supr. de justitia. Quint. ne jure quidem gentium turpe est, quum apud Ægyptios & Lacedæmonios impunita furta fuerint: & Theophr. §. 3. Infr. de jure naturali, refert furem generali jure pecunia mulcandum. Sic sentio. jure naturali etiam primo furtum committi nefas esse: cum illo jure detentio tantumdem præstiterit, quantum jure gentium occupatio: ut eam ob causam plus juris sit possessori in retinendo, quam alteri in eripiendo: deinde adulterium apud qualque gentes natura turpe est. l. 42. infr. de verb. sign. tertio, natura quidem turpe esse non desineat dicendum est. licet a vitiosis hominibus id non probetur. Item nihil impedire furtum natura prohiberi, & tamen pecuniariter puniri. Hoc tacite natura indicat, furtum puniendum esse: hoc aperte gentes statueret possunt, ut fur vel pecunia vel in corpus puniatur. adde Arist. l. 2. Probl. ut. Ant. August. c. emendat. §. 3. Infr. de oblig. ex delicto. 15. Eclog. ex lib. 60. tit. 12. c. 2. Imo quatuor genera sunt furtorum. Paul. 2. sentent. 31. §. 2. Gaius 2. Infr. ut. solve: conceptum & oblatum furtum actionum potius sunt species furto coherentes, quam furtorum genera. d. §. 3. vid. Anton. August. c. emend. §. 4. 6 l. 3. §. 4. c. 6. infr. h. t. 7 Vide l. 8. infr. h. t. 8 Ita legit Theophil. Infr. h. t. Aristophanes in Pluto. Plutarchus in Lyfandro αὐτὸς ὄρῳ. Budæus, Græci αὐτὸς ὄρῳ, fures non solum manifestos vocabant, sed omnes qui in aliquo, puta tyrannidis, ut apud Thucydidem lib. 7. crimine deprehensi essent: non ἀπὸ τῶν ὄρῳ, ut plerique censent, sed a verbo ὄρῳ, quod est deprehendo: Phavorianus. Budæus, ἰπ' αὐτὸς ὄρῳ, sive ἰπ' αὐτὸς ὄρῳ. 10. Rhodigin. 6. Alciatus tamen 2. pratermiss. ut & Harmenop. 6. tit. περὶ κλεπτῶν, legit κλεπτῶν ὄρῳ: h. t. adde que scripsi ad l. 23. infr. ad leg. Jul. de adulteris. 9 §. 3. Infr. de obi. qua ex delicto. hoc quid significet, vide que notavi ad l. 23. infr. ad leg. Jul. de adult. 10 Vel videtur. 11 l. 7. in fin. infr. h. t. l. 24. §. ult. supr. de jur. 12 Id est, a domino rei. 13 Aliubi. Hal. 14 Id est, si intra terminos ejus loci (unde quid sustulit) deprehensus est. Paul. 2. sent. 31. §. 2. 15 Finem furti manifesti faciendi interpretatur, quum quis eo die rem pertulit, quo destinaverat. vid. Cui. apud Paul. 2. sentent. 31. §. 2. 16 Post diem furti commissi deprehensus, non est fur manifestus: est igitur non manifestus. 17 Et sic saepe deprehendatur rem furtivam contrectans ac tenens. 18 Imo semper. l. 1. §. 1. Et ut. supr. h. t. & hic ita legendum monet Petrus Pithæus in notis ad 7. collationis h. Majassarum. 19 Manifestus fur est, qui quo momento vel articulo furtum facit, deprehenditur: post illud initium si deprehendatur rem furtivam contrectans, fur manifestus non censetur, ut manifestus ergo fur quis dicatur, initium, hoc est, tempus furti admissi spectandum est. 20 Paul. 2. sent. 31. §. 8. 21 Origo in furto attenditur. l. 5. supr. h. t. 22 l. 15. Eclog. ex lib. 60. tit. 12. cap. 2. 23 Adde l. pen. infr. h. t. 24 Occurrisses. Hal. 25 Καὶ τὸ κλεπτῶν πῖπας ἔργον. 15. Eclog. 2. l. 3. §. 1.

II. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

[TUM] is cujus interest, furti habet actionem: si honesta³³ causa interest.

De fullone. 1. De bonæ vel malæ fidei possessore. 2. De pignore.

12. ULPIANUS lib. 29. ad Sabinum.

Itaque fullo³⁴ qui curanda, polienda vestimenta accepit, semper agit³⁵: præstare enim custodiam³⁶ debet. si autem solvendo³⁷ non est, ad dominum actio redit: nam qui non habet quod perdat, ejus periculo nihil est. §. 1. Sed furti actio malæ³⁸ fidei possessori non³⁹ datur: quamvis⁴⁰ interest ejus, rem non subripi, quippe cum res periculo ejus sit. sed nemo de improbitate⁴¹ sua consequitur actionem: & ideo soli bonæ⁴² fidei possessori, non etiam malæ fidei furti actio datur. §. 2. Sed [&] si res pignori⁴³ data sit, creditori quoque damus furti actionem, quamvis in bonis⁴⁴ ejus res non sit. Quinimo non solum adversus extraneum dabimus, verum [&] contra⁴⁵ ipsum quoque dominum furti actionem: & ita Julianus scripsit. Nec non & ipsi domino dari placet; & sic fit, ut non⁴⁶ teneatur furti, & agat. † Ideo autem datur utrique, quia utriusque interest. † Sed utrum semper creditoris interest, an ita demum, si debitor solvendo non est? ut putat Pomponius, semper⁴⁷ ejus interesse pignus habere: quod & Papinianus libro XII. Quæstionum probat: & verius est ubique videri creditoris interesse: & ita [&] Julianus scripsit.

De re debita ex stipulatu.

13. IDEM lib. 5. ad Sabinum.

IS cui ex stipulatu⁴⁸ res debetur, furti actionem non habet, si ea subrepta sit, cum per debitorem stetit, quominus eam daret.

De emptore & venditore. 2. De colono. 3. De depositario. 5. De pignore. 8. De re commodata vel perferenda data. 11. De precario. 12. De conductore. 13. De filiofamilias surrepto. 14. De re commodata, vel pignorata, vel locata. 15. De accessione rei commodata. 16. Differentia inter furti actionem & conditionem furtivam. 17. De epistola. De capone. De magistro navis.

14. ULPIANUS lib. 29. ad Sabinum.

Eum qui emit, si non⁴⁹ tradita est ei res, furti actionem non habere, sed adhuc venditoris⁵⁰ esse hanc actionem, Celsus scripsit. Mandare⁵¹ eum plane oportebit emptori furti actionem, & conditionem, & vindicationem: & si quid ex his actionibus fuerit consecutus, id præstare eum emptori oportebit. quæ sententia vera est: & ita & Julianus. Et sane periculum⁵² rei ad emptorem pertinet: dummodo custodiam⁵³ venditor ante traditionem præstet.

§. 1. Adeo autem emptor ante traditionem furti non habet actionem, ut sit quæsitum, an ipse subripiendo rem emptor furti teneatur? Et Julianus lib. XXIII. Digestorum scribit: Si emptor rem, cujus custodiam venditorem præstare oportebat, soluto pretio subripuerit, furti actione non tenetur. plane si, antequam⁵⁴ pecuniam solveret, rem subtraxerit: furti actione teneri, perinde ac si⁵⁵ pignus subtraxisset. §. 2. Præterea habent furti actionem coloni⁵⁶, quamvis domini non sint: quia interest⁵⁷ eorum. §. 3. Is autem apud quem res deposita⁵⁸ est, videamus an habeat furti actionem? Et cum dolum⁵⁹ duntaxat præstet, merito placet non habere eum furti actionem: quid enim ejus interest, si dolo⁶⁰ careat? quod si dolo fecit, jam quidem periculum⁶¹ ipsius est: sed non⁶² debet ex dolo suo furti quærere actionem. §. 4. Julianus quoque libro XXII. Digestorum scribit: Quia in omnium furum persona constitutum est, ne⁶³ ejus rei nomine furti agere possint, cujus ipsi fures sunt, non habebit furti actionem is apud quem res deposita est: quamvis periculo ejus esse res coeperit, qui⁶⁴ eam contrectavit.

§. 5. Papinianus tractat, si duos servos ob decem aureos pignori acceperim, & alter subripiatur: utrum alter quoque qui sit retentus, non minoris decem valeret: utrum usque ad quinque tantum habeat furti actionem, quia in alio habeo salvos quinque; an vero, quia mori potest⁶⁵, dici debeat in decem fore actionem, etiam si

supr. h. t. 26 Definitio a remotione contrarii. aliter definitur a Paulo. nec manifestus est fur, qui inus rapiendo quidem comprehensus non est, sed eum fecisse negari non potest. Paul. apud Rufinum 7. collationis Leg. Mositar. fur manifestus hic non est: sed cum tamen furtum scilicet negari non potest. Paul. 2. sent. 31. §. 2. 27 Manifestus fur qui non est, fur non manifestus dicendus est. 28 Assidua rei furtive contrectatio non multiplicat actiones furti. ut hic, an idem si iterata, seu diversis temporibus facta? non idem. l. 46. in fin. infr. h. t. 29 Adcrevissent: Quod accrevit rei furtive, censetur cum ipsa re furtum unicum. Ideoque diversæ actiones eo nomine non dantur, una scilicet ad rem ipsam, altera ad accessiones. adde l. 14. §. 15. infr. h. t. 30 Adde l. 54. §. 3. infr. h. t. 31 Contra furem juratur in litem, quoties non apparet de quantitate rerum subreptarum: & hanc opinionem esse communem refert Clarus 3. sentent. 6. Boffius cap. de rapinis. num. 6. 32 l. 14. §. 14. & 17. in fin. l. 76. §. 1. l. 85. in fin. infr. h. t. l. 22. C. h. t. §. 6. 13. Infr. de obl. ex delicto. Paul. 2. sent. 31. §. 4. 33 l. 12. §. 1. l. 76. §. 1. l. 85. infr. h. t. Talis non est malæ fidei possessor. 34 l. 48. §. 4. l. 32. infr. h. t. §. 15. Infr. de obl. qua ex delicto. l. 60. §. 2. supr. locat. 35 Furti scilicet si vestimenta ei fuerint subrepta. 36 Vide l. 5. supr. nauta. 37 d. §. 15. 38 l. 11. supr. h. t. 39 Imo datur. Fur enim interdum furti agere potest. vide Cujac. 16. obs. 30. 40 l. 76. §. 1. infr. h. t. 41 Male fidei possessor ob id ipsum furti agere non potest, quod fur sit, atque ideo ejus interest rem non perire: non potest, inquam, furti agere, quin suam improbitatem patefaciat: idem qua fronte possit actionem defendere? l. 35. in fin. supr. de administrat. & peric. tut. 42 l. 74. infr. h. t. 43 §. 14. Infr. de oblig. qua ex delicto. l. 26. C. de pignor. Paul. 2. sent. 31. §. 15. 44 Pignus non est in bonis creditoris. 45 l. 65. infr. h. t. 46 Hanc negationem dispungit Zoanet. c. 12. rest. Cujac. 4. Infr. 1. in verbis furti actione. & 11. obs. 11. idque auctoritate Basilicon. & 16. obs. 30. Ant. Aug. 1. emend. 3. reprehensil 2 Roberto 2. recept. 9. Paul. 2. sentent. 31. §. 15. in fin. 47 Præstat enim pignori incumbere. Theoph. §. 14. Infr. h. t. 48 l. 65. in fin. l. 85. in fin. infr. h. t. 49 l. 80. infr. h. t. 50 Cur? quia adhuc rei dominus est. 51 l. 31. supr. de act. empt. 52 l. 62. in fin. supr. de contrah. empt. l. 5. l. ult. C. de peric. & commod. 53 l. 36. supr. de act. empt. 54 Post solutam pecuniam emptor venditori rem subtrahens, furti non tenetur: ante solutam tenetur. adde l. 5. §. 3. de adquir. vel amit. poss. l. 2. C. de adquir. & retinenda possess. adde que notavi ad l. 1. in fin. supr. & l. 15. §. 1. infr. h. t. 55 Res vendita ante pretium acceptum, venditori pignoris est loco. l. 13. §. 8. supr. de act. empt. Qui pignus creditoris subtrahit, furtum committit. l. 12. in fin. supr. h. t. Ideoque venditor ex causa rem emptori subtrahens furti tenebitur. 56 l. 82. §. 1. infr. h. t. 57 Vide l. 10. supr. h. t. 58 l. 14. Infr. de obl. qua ex delicto. 59 l. 23. infr. de regul. jur. 60 In re deposita depositarius habet interesse, si in ea dolum commisit. 61 Post dolum in re deposita commissum, depositarii periculum est: non tamen ex ea causa furti actionem acquirit, si res deposita ei sit subrepta. 62 l. 11. supr. h. t. 63 Rei furtiva actio furi non competit, excipit l. 45. §. 4. infr. h. t. 64 Quia vulg. Ital. 65 Odio furis inspicimus quod evenire potest.

magni pretii sit is qui retinetur? Et ita putat. non enim respicere debemus pignus quod surreptum non est: sed id, quod substractum est.

§. 6. Idem scribit, si, cum mihi decem deberentur, servus pignori datus substractus sit: si actione furti consecutus fuero decem, non competere mihi furti actionem, si iterum subripiatur: quia desit mea interesse, cum semel sim consecutus. hoc ita, si sine culpa mea subripiatur: nam si culpa mea, quia interest, eo quod teneor pignoratitia actione, agere poterit: quod si culpa abest, sine dubio domino competere actio videtur, quæ creditori non competit. quam sententiam Pomponius quoque lib. x. ad Sabinum probat. §. 7. Idem dicit, & si duo servi subrepti sint simul, competere utriusque nomine furti actionem creditori: sed non in totum, sed pro qua parte in singulos divisio eo, quod ei debetur, ejus interest. separatim autem duobus subreptis, si unius nomine solidum consecutus sit, alterius nihil consequetur. §. 8. Item Pomponius libro x. ex Sabino scripsit, si is cui commodavi, dolo fecerit circa rem commodatam: agere eum furti non posse. §. 9. Idem Pomponius probat & in eo qui rem mandato alicujus accepit perferendam. §. 10. An pater, cujus filio commodata res est, furti actionem habeat, quaeritur? Et Julianus ait, patrem hoc nomine agere non posse, quia custodiam præstare non debeat. Sicut (inquit) is qui pro eo, cui commodata res est, fidejussit, non habet furti actionem. Neque enim (inquit) [is,] cujuscumque intererit rem non perire, habet furti actionem: sed qui ob eam rem tenetur, quod ea res culpa ejus perierit. quam sententiam Celsus quoque libro xii. Digestorum probat. §. 11. Is, qui precario servo rogaverat, subrepto eo potest quaeri, an habeat furti actionem? Et cum non est contra eum civilis actio, quia simile donato precarium est, ideoque & Interdictum necessarium visum est, non habebit furti actionem. Plane post Interdictum redditum puto eum etiam culpam præstare: & ideo & furti agere posse. §. 12. Quod si conduxerit quis, habebit furti actionem, si modo culpa ejus subrepta sit res. §. 13. Si filiusfamilias subreptus sit, patrem habere furti actionem, palam est. §. 14. Si res commodata est, & is cui commodata est, decesserit: quamvis hereditati furtum fieri non possit, & ideo nec heres ejus, cui commodata est, possit agere, tamen commodator poterit furti agere. Idemque & in re pignorata vel in re locata: licet enim hereditati furti actio non adquiratur, tamen alii, cujus interest, acquiritur. §. 15. Non solum autem in re commodata competit ei cui commodata est, furti actio: sed etiam in ea quæ ex ea adgnata est: quia & hujus custodia ad eum pertinet. Nam & si servum tibi commodaveris, & vestis ejus nomine furti ages: quamvis vestem qua vestitus est, tibi non commodaverim. Item si jumenta tibi commodaveris, quorum sequela erat eculeus, puto competere furti actionem etiam ejus nomine, quamvis ipse non sit commodatus. §. 16. Qualis ergo furti actio detur ei cui res commodata est, quaeritur? Et puto omnibus quorum periculo res alienæ sunt, veluti commodati, item locati, pignorisve accepti, si hæc subrepta sint, omnibus furti actionem competere: conditio autem ei demum competit, qui dominium habet. §. 17. Si epistola quam ego tibi misi, intercepta sit: quis furti actionem habeat? Et primum quaerendum est cujus sit epistola: utrum ejus qui misit, an ejus ad quem missa est? Et si quidem dedi servo ejus, statim ipsi quaerita est cui misit. si vero procuratori, æque, quia per liberam personam possessio quaeri potest, ipsius facta est: maxime si ejus interfuit eam habere. quod si ita misi epistolam, ut mihi remittatur: dominium meum manet: quia ejus nolui amittere, vel transferre dominium. Quis ergo furti agat? is cujus interfuit eam non subripi: id est, ad cujus utilitatem pertinebant ea quæ scripta sunt. Et ideo quaeri potest, an etiam is cui data est perferenda, furti agere possit? Et si custodia ejus ad eum pertineat, potest. Sed & si interfuit ejus epistolam reddere, furti habebit actionem. finge eam epistolam fuisse, quæ continebat ut ei quid redderetur fieretve: potest habere furti actionem: vel si custodiam ejus rei recepit, vel mercedem perferendæ accepit. & erit in hunc casum similis causa ejus, & cauponis, aut magistri navis: nam his damus furti actionem, si sint solvendo: quoniam periculum rerum ad eos pertinet.

De pignore. 1. Si dominus rem fructuario, 2. Vel commodatario surripiat.

15. PAULUS lib. 5. ad Sabinum:

Creditoris cujus pignus subreptum est, non credito tenus interest, sed omnimodo in solidum furti agere potest: sed & pi-

1 In decem sc. agi posse. ut sup. h. t. l. 12. in fin. Imo videtur ad totum pignus agi, ut J. §. 7. in fin. h. t. & l. 15. J. h. t. 2 Id est, in quam summam pignus, quod subreptum non est, datum sit. 3 Imo competit, si iterum subripiatur. l. 46. in fin. J. h. t. 4 Nostra non interest, postquam rem nostram consecuti sumus. 5 Obligati scil. 6 Potest enim in solidum agere. 7 Commodatarius qui dolum admittit, furti non agit. 8 Imo potest, l. 43. §. 4. J. h. t. 9 Id est, eum furti agere non posse. Imo posse videtur. §. 17. in fin. J. h. t. l. 73. J. h. t. 10 l. 7. C. h. t. 11 Imo potest. Interest enim ei actionem dari, qui de peculio convenitur. Paul. 2. sent. 31. §. 17. 12 Custodiam commodati qui non præstat, furti non agit. 13 Fidejussor furti non agit. l. 85. in fin. J. h. t. 14 Non, cujuscumque interest rem non perire, furti agit is. & ita restringe l. 10. sup. h. t. 15 Servum. vulg. Hal. 16 l. 14. sup. de precario. 17 l. 1. §. 1. sup. de precario. 18 De precario scil. 19 l. 58. J. h. t. 20 Græci ita legunt: si filiofamilias sit subreptum. 21 l. 10. §. 2. de rei vind. aliud in matre. l. 38. J. h. t. 22 l. 63. J. h. t. 23 l. 10. §. 2. l. 9. §. h. t. l. 5. §. 9. §. commodati. l. 10. §. de precar. 24 Equuleus. vulg. Hal. sic Liv. 30: Bos equuleum peperit. & Cic. 3. Tuscul. exagitantur tacti equulei fræno injecto. dicitur & equulus: sic Varro, de re rustica 7: Ibi frænos suspendendum, ut equuli consuecant, & videre eorum faciem, & a motu audire crepitus. Et post, sunt qui dicunt post annum & sex menses equulum domari posse. & cap. 8: hocce item ut equulus educant. Et Cicero in lib. de natura: Omnia in perfectis & maturis sunt meliora, ut in equo quam in equulo. & ita loquitur §. 37. Inst. de rer. divif. Equuli Theophilus μαρτυροῦσι. 25 Equulei. 26 Imo est. l. 5. §. 9. §. commodati. 27 Equuleus. 28 Imo non potest, l. 85. J. h. t. vide tamen §. 3. in fin. §. h. t. 29 Is cujus periculo res est aliena, furti agere potest, l. 85. J. h. t. vide tamen §. 3. in fin. §. h. t. 30 §. 15. §. h. t. 31 d. l. 85. 32 l. 22. §. de pignoris. 33 Conditio rei furtivæ datur domino. l. 1. §. de condit. furtiva. 34 Imo non potest. §. 4. Inst. per quas personas. 35 Imo non potest. §. 9. §. h. t. 36 Ita ut ob id quandoque teneatur. 37 l. unie. §. 4. J. furti adversus nautas. 38 l. 87. J. h. t. 39 Id est, in rem ipsam furto ei surreptam: idque abiente debitore vel non parato agere. 40 l. 24. §. 2. §. de pign. 41 l. 20. in fin. J. h. t. 42 l. 49. J. h. t. Paul. 2. sent. 31. §. 18. 43 Vide l. 20. in fin. sup. de acquir. vel amitt. poss. 44 Retentio datur ob impensas. l. 17. in fin. sup. comm. l. 20. in fin. sup. de acquir. vel amitt. poss. l. unie. C. commodat. l. 24. §. si uxor. sup. soluto. 45 l. 17. l. 52. §. 4. J. h. t. l. 7.

gnoratitia actione id quod debitum excedit debitori præstabit.

§. 1. Dominus qui rem subripiit, in qua ususfructus alienus est, furti usufructuario tenetur. §. 2. Sed cum qui tibi commodaverit, si eam rem subripiat, non teneri furti, placuisse Pomponius scripsit: quoniam nihil tua interesset; utpote cum nec commodati tenearis. ergo si ob aliquas impensas quas in rem commodatam fecisti, retentio- nem ejus habueris, etiam cum ipso domino, si eam subripiat, habebis furti actionem: quia eo casu quasi pignoris loco ea res fuit.

De his qui sunt alieni juris.

16. IDEM lib. 7. ad Sabinum.

NE cum filiofamilias pater furti agere possit, non juris constitutio, sed natura rei impedimento est: quod non magis cum his quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi agere possumus.

17. ULPIANUS lib. 39. ad Sabinum.

Servi & filii nostri furtum quidem nobis faciunt, ipsi autem furti non tenentur: neque enim qui potest in furem statere necesse habet adversus furem litigare: idcirco nec actio ei a Veteribus prodita est. §. 1. Unde est quaeritum, si fuerit alienatus vel manumissus: an furti actione teneatur? Et placet non teneri: neque enim actio quæ non fuit ab initio nata, oriri potest adversus hunc furem.

† Plane si manumissus contractavit, dicendum erit teneri eum furti judicio: quia hodie furtum fecit. §. 2. Cum autem servus, quem emi, traditusque mihi est, a me redhibeatur, non est in ea causa, ut perinde habeatur, atque si meus nunquam fuisset: sed [is] fuit, & desit. idcirco dicit Sabinus eum, si furtum fecit, in ea esse causa, ut furti ejus nomine is, qui redhibuit, agere non possit: sed & si non possit, attamen ratio haberi debet ejus quod fecit, cum redhiberi cœperit: idque actione redhibitoria continetur.

§. 3. Illud quaeritum est, si cum in fuga esset servus, furtum domino fecisset: an æque possit habere actionem adversus eum, qui in potestatem domini non regressum bona fide possidere cœperit? Movet quaestionem, quod quamvis possidere servum eo tempore, quo in fuga est, videor, attamen furti actione non teneor: quasi non sit in mea potestate. quod enim videor possidere, ad usucapionem tantum mihi proficere Julianus scribit. Dicit igitur Pomponius libro xvii. ex Sabino, competere furti actionem huic domino, cujus servus in fuga fuit.

18. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

Quod dicitur noxam caput sequi, tunc verum est, ut quæ initio adversus aliquem nata est, caput nocentis sequatur. ideoque si servus tuus furtum mihi fecerit, & dominus ejus effectus eum vendidero: non posse me agere cum debitore Cassiani putant.

De forma libelli. 5. De pignore.

19. ULPIANUS lib. 40. ad Sabinum.

IN actione furti sufficit rem demonstrari, ut possit intelligi.

§. 1. De pondere autem vasorum non est necesse loqui. Sufficiet igitur ita dici, lancem, vel discum, vel pateram. Sed adscribenda etiam materia est, utrum argentea, an aurea, an alia quæ sit. §. 2. Quod si quis argentum infectum petat, & massam argenteam dicere, & pondus debet ponere. §. 3. Signati argenti numerum debet complecti, veluti, aureos tot, pluresve furto ei abesse. §. 4. De veste quaeritur, an color ejus dicendus sit? Et verum est colorem ejus dici oportere: ut quemadmodum in vas dicitur patera aurea, ita & in veste color dicatur. Plane si quis juret, pro certo se colorem dicere non posse, remitti ei hujus rei necessitas debet. §. 5. Qui rem pignori dat, eamque subripiit: furti actione tenetur. §. 6. Furtum autem rei pignorate dominus non tantum tunc facere videtur, cum possidenti, live tenenti creditori aufert: verum & si eo tempore abstulerit, quo non possidebat, ut puta si rem pignoratam vendidit: nam & hic furtum eum facere constat: & ita & Julianus scripsit.

1. Quibus casibus dominus furti tenetur.

20. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

Cum æs pignori datur, etiam si aurum esse dicitur, turpiter fit, furtum non fit. sed si datum est aurum, deinde cum dixisset se ponderare, aut obsignare velle, æs subjecit, furtum fecit: rem enim pignori datam intervertit. §. 1. Si bona fide rem meam emeris,

sup. de obligat. l. 1. C. de noxal. §. 12. Inst. de oblig. qua ex delicto. §. 6. Inst. de noxal. 46 Adde l. 1. §. 1. J. si is qui test. Imo, juris constitutio, non natura. nam inter patrem, & filium in potestate potest esse de castrensi peculio actio, l. 4. sup. de judic. ut & inter patrem & filium emancipatum, si venia sit petita, l. 3. C. de in jus vocand. quod minime foret, si natura esset impedimento, quia jus nature mutari non potest. §. pen. Inst. de iure naturali. 47 An patria potestas, ut vult Accurs. cui ad stipulatur lex §. 3. de in jus vocand. potest id esse: sed tamen natura vocabulo potest etiam intelligi (si filios spectemus) affectus qui natura parentibus est indicus. l. 4. C. de patria potestate. 48 Vide l. 16. §. h. t. 49 Non quod facere possumus, continuo necesse est fieri: in furem statuere possumus, non tamen cogimur in furem litigare. 50 Statuere hic idem est quod animadvertere. 51 l. 1. §. 1. J. si is qui test. Imo tenetur, siquidem noxa caput sequitur. Paul. 2. sent. 31. §. 9. 52 Actio quæ furti tempore nasci domino adversus servum proprium non potuit, ea non incipit nasci, si postea per eum manumissus fuerit. 53 l. 6. C. an servus pro suo factio. 54 Id est, servus statim a tempore manumissionis furtum domino facere potest. de hac particula vide quæ notavi ad l. 7. §. 2. J. de injuriis. 55 l. 67. §. 3. J. h. t. 56 l. 23. §. 1. sup. de adultis. 57 Paul. 2. sent. 31. §. ult. ubi vide Cujac. l. 13. l. 15. in fin. sup. de acqu. vel amitt. poss. 58 Imo teneor. l. 27. §. 3. §. ad l. Aquil. Servus, qui est in fuga, si ab alio non possidet, videtur a domino possideri, nec tamen tenetur noxali actione: quia eum in sua potestate non habet. si ab alio possidetur bona fide, dominus tenetur noxali: quia a possessore recuperantur servi facultatem habet, & tenetur in hoc, vel ut recuperet, vel cedat actionibus. Æque bonæ fidei tenetur, sed in hoc tantum, ut servum dimittat, & dedat quoquo modo: quæ deditio non erit inutilis. Nam dominum vindicantem repellit is, cui bonæ fidei possessor servum dederit, officio judicis, vel exceptione domi mali, nisi hinc estimationem offerat. adde Cujac. 6. ad Afric. 59 l. 21. §. 3. sup. de noxal. 60 Vide l. 1. in fin. sup. de privat. delict. 61 l. 37. §. de noxal. §. 6. Inst. de noxal. 62 Emptore. Cujac. ad l. 43. sup. de pact. & 12. observ. 23. in fin. 63 Demonstratur autem, si numerus exprimitur, l. 42. §. 25. J. h. t. non tamen perfecte. 64 Imo videtur necesse. l. 1. §. 40. §. depositi. 65 d. §. 40. l. 6. §. de rei vindicac. 66 Vide l. 52. §. 25. J. h. t. 67 d. l. 6. 68 Colorem vestis subreptæ agens furti dicere debet, nisi juraverit se non posse colorem dicere. 69 Adde l. 15. §. 9. §. quod vi. 70 Vel vendit. l. 66. J. h. t. 71 d. l. 66. 72 l. 36. sup. de pignorat.

eamque ego subripuero; vel etiam tuus usufructus sit, & eam contractavero: tenebor tibi furti actione, & si dominus rei sum. sed his casibus ufucapio quasi furtivæ rei non impeditur: quoniam & si alius subripiat & in mea potestate reversa res fuerit, ufucapiebatur.

De furto partii. quibus casibus est fur manifestus, & nec manifestus. 1. De errore in re surrepta. 5. De furto partii. 7. De eo qui conclave intravit. 8. De furto partii vel totius. 9. De re a pluribus surrepta, quam singuli tollere non potuerunt. 10. Differentia inter actionem furti, & conditionem furtivam.

21. ULPIANUS lib. 40. ad Sabinum.

Ulgaris est quæstio, an is, qui ex acervo frumenti modium sustulit, totius rei furtum faciat, an vero ejus tantum, quod abstulit? Ofilius totius accervi furem esse putat: nam & qui aurem alicujus tetigit, inquit Trebatius, totum eum videri tetigisse: proinde & qui dolium aperuit, & inde parvum vini abstulit, non tantum ejus, quod abstulit, verum totius videtur fur esse. Sed verum est in tantum eos furti actione teneri, quantum abstulerunt. Nam & si quis armarium, quod tollere non poterat, aperuerit, & omnes res quas in eo erant, contractaverit, atque ita discesserit, deinde reversus unam ex his abstulerit, & antequam se reciperet quo destinaverat, deprehensus fuerit: ejusdem rei & manifestus, & nec manifestus fur erit. Sed & qui segetem luce fecat, & contractat: ejus, quod fecat, manifestus, & nec manifestus fur est. §. 1. Si is, qui viginti nummorum saccum deposuisset, alium saccum, in quo scit triginta esse, errante eo, qui dabat, acceperit, putavit autem illic sua viginti esse: teneri furti decem nomine placet. §. 2. Si quis æs subripuit, dum aurum se subripere putat, vel contra: ex libro VIII. Pomponii ad Sabinum, [aut] minus esset, cum plus esset: ejus, quod subripuit, furtum committit idem Ulpianus. §. 3. Sed & si quis subripuit furto duos sacculos, unum decem, alterum viginti, quorum alterum suum putavit, alterum scit alienum: profecto dicemus tantum unius, quem putavit alienum, furtum eum facere. quemadmodum si duo pocula abstulerit, quorum alterum suum putavit, alterum scit alienum: nam & hic unius sit furtum. §. 4. Sed si anam in poculo suam putavit, vel vere fuit: totius poculi eum furtum facere, Pomponius scripsit. §. 5. Sed si de navi onerata furto quis sextarium frumenti tulerit, utrum totius oneris, an vero sextarii tantum furtum fecerit? facilius hoc queritur in horreo pleno. & durum est dicere totius furtum fieri. Et quid, si cisterna vini sit? quid dicit? aut aquæ cisterna? quid deinde, si nave vinaria, ut sunt multæ, in quas vinum effunditur? quid dicemus de eo, qui vinum haulit? an totius oneris fur sit? Et magis est, ut & hic non totius dicamus. §. 6. Certe si proponas, in apotheca amphoras esse vini, easque subtractas: singularum furtum sit, non totius apothecæ: quemadmodum si ex pluribus rebus moventibus in horreo reclusis unam tulerit. §. 7. Qui furti faciendi causa conclave intravit, nondum fur est, quamvis furandi causa intravit. Quid ergo? qua actione tenebitur? utique injuriarum, aut de vi accusabitur, si per vim introibit. §. 8. Item si majoris ponderis quid aperuit, aut refregit quod tollere non possit, non est omnium rerum cum eo furti actio, sed earum tantum, quas tulit: quia totum tollere non potuit. proinde si involucrium, quod tollere non potuit, solvit, ut contrectet, deinde contrectavit quasdam res: quamvis singulas res quæ in eo fuerunt, tollere potuerit, si tamen totum involucrium tollere non potuerit, singularum rerum quas tulerit, fur est: cæterarum non est. quod si totum vas tollere potuit: dicimus eum totius esse furem, licet solverit, ut singulas, vel quasdam tolleret: & ita [et] Sabinus ait. §. 9. Si duo pluresve unum tignum furati sunt, quod singuli tollere non potuerint: dicendum est, omnes eos furti in solidum teneri, quamvis id contractare nec tollere solus possit. & ita utimur. neque enim potest dicere pro parte furtum fecisse singulos, sed totius rei universos: sic fiet, singulos furti teneri. §. 10. Quamvis autem earum quoque rerum, quas quis non abstulit, furti teneatur: attamen condici ei non potest: idcirco quia condici ea res, quæ ablata est, potest. & ita [et] Pomponius scribit.

1. l. 1. §. 1. h. t. 2. Adde l. 3. in fin. J. de incend. Seneca s. contro. 5. Etiam si partem damni dare voluisti, partem noluisse, in totum quasi prudens dederis, tenendus es. Ex toto enim noluisse debet, qui imprudentia defenditur. Si lateris scienter partem incendisse, si unum tignum puta, tota domus intelligeretur ex parte. Nec enim quisquam omnia incendit, sed unam aliquam rem, ex qua surgat in omnia se sparsurus ignis. Atqui pars domus est arbor, quæ in domo est. 3. Id est, accervi. 4. Et male. J. h. t. 5. Id est, si autem. vid. quæ notavi ad l. 3. §. 1. sup. de acquir. vel amit. possess. 6. Parum. vulg. Hal. 7. Ino, non videtur verum. l. 2. in fin. J. h. t. 8. §. 9. J. h. t. Imo totius, l. 3. in fin. J. de incendio. 9. Segetem ante lucem. vulg. Hal. alii legunt noctu: a qua lectione non abhorrent quæ proxime dicuntur. 10. De segetibus calis sic Plin. 18. cap. 3. Frugem aratro quamvis furtim noctu pavisse ac secuisse, puberi 12. tabul. legibus capitale erat, suspensumque Cæteri necari jubebant gravius, quam homicidii convictum: impuberem Prætoris arbitrato verberari, noxiarumve, duplionemve decerni. adde & eundem Plin. 17. cap. 1. & de segetibus scitis. l. 27. §. 25. sup. ad l. Aquil. Paul. 2. sent. 31. §. 21. 11. Quia deprehensus, priusquam rem deferret. 12. Quia prius etiam contractavit & recessit. 13. Est enim furtum, quum quis indebitos nummos sciens accipit, l. 18. sup. de cond. furtor. hic autem creditor, vel saltem decem indebita accepit. 14. Non quia solam cogitationem auri subripiendi habet, sed quia saltem æs sustulit. 15. Qui rem aliquam ut suam capit, furtum non committit. §. 1. inf. vi bon. rapt. 16. Ferruminatione vel plumbatura iunguntur poculo. 17. Quia ansa ferruminata cedit poculo, vide l. 26. §. 1. sup. de acquir. rer. dom. Ideoque quamdiu a poculo non est separata, qui eam lucri causa contractat, furtum committit. 18. Cisterna vini, quæ & lacus vini, in l. 27. §. ultim. sup. ad l. Aquil. cisternam in terra deterram, lectorio inducere, & incrustare, intus forisque solebant, quod ex Suida & Xenophonte docet Cujac. 10. obf. 9. 19. De qua vide l. 1. §. 4. sup. de fonte. 20. Navis vinaria, de qua hæc verba Varro in princ. Lazarus Bassus refert se Venetiis vidisse naves aquarias, quibus aqua portabatur, ut venderetur cisternas non habentibus. 21. Furem esse scilicet in princ. sup. h. t. 22. Apotheca, repositoryum, Aug. lib. de opere monachorum. 15. Idior. §. in fin. vini, ut hic. §. l. 12. §. 29. & 34. 3. de instructo legato. dicitur & mercium quarumcumque: hinc apothecarii, qui mercium viliissimarum apothecas secum deferentes, certis in locis aliquandiu consistunt emptorem operientes. l. 12. in fin. C. de cohortibus. lib. 12. tit. 58. 23. Horreus veteres solebant varias merces includere, l. 5. §. 2. sup. de officio Praefecti vigilum. l. 7. §. 4. sup. de contrah. empt. l. 5. §. 1. sup. locati. quin & vina & vasa, unde horreum vinarium dicitur, l. 7. sup. de instructo. hic merces horreaticæ, & horreariæ, qui horrei custodiam habet. Horreum proprie est, in quo est frumentum: ideo clivæ sarcum a farre dicebatur. Festus: vel ab horreo, Varro 4. de lingua. vel (ut ibi potius est legendum) ab hordeo. Adde quæ de horreo scriptæ ad l. 7. sup. de instr. 24. Conclavia, enoxia, loca dicuntur, quæ una clave clauduntur, Festus. gemina con-

De re fracta, aut rupta. 1. De arca fracta, ut uniones tollantur. 2. De eo, qui lancem rasit.

22. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

SI quid fur frerit, aut rumpit, quod non etiam furandi causa contractaverit: ejus nomine cum eo furti agere non potest.

§. 1. Si eo confilio arca refracta sit, ut uniones [puta] tollerentur, hique furti faciendi causa contractati sint: eorum tantummodo furtum factum videri: [quod] est verum. nam cætera res quæ seponuntur, ut ad uniones perveniant, non furti faciendi causa contractantur. §. 2. Qui lancem rasit, totius fur est: & furti tenetur ad id quod domini interest.

De impubere.

23. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum.

Impuberem furtum facere posse, si jam doli capax sit, Julianus libro XXII. Digestorum scripsit. Item posse cum impubere damni 36 injuria agi, quia id furtum ab impubere fit: sed modum esse adhibendum ait; nam in infantes id non cadere. nos putamus, cum impubere, culpæ capace, Aquilia agi posse. † Item verum est, quod Labeo ait, nec ope impuberis furto facti teneri eum.

24. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

Nec minus etiam condici ei posse Julianus scripsit.

De fundo & his quæ de fundo tolluntur.

25. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum.

Verum est quod plerique probant, fundi furti agi non posse. §. 1. Unde queritur, si quis de fundo vi dejectus sit, an condici ei possit, qui deiecit? Labeo negat, sed Celsus putat posse condici possessionem: quemadmodum potest re mobili subrepta.

§. 2. [Eorum quæ de fundo tolluntur, utputa] arborum, vel lapidum, vel arenæ, vel fructuum, quos quis fraudandi animo decerpit, furti agi posse nulla dubitatio est.

De apibus.

26. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

SI apes feræ in arbore fundi tui apes fecerint, si quis eas vel favum abstulerit, eum non teneri tibi furti: quia non fuerint tuæ: easque constat captarum terra, mari, cælo numero esse. §. 1. Item conitar colonum qui nummis colat, cum eo qui fructus stantes subripuerit, acturum furti: quia ut primum decerptus esset, ejus esse cœpisset.

De tabulis.

27. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum.

QUI tabulas vel cautiones amovet, furti tenetur non tantum pretii ipsarum tabularum, verum ejus [quod] interfuit: quod ad æstimationem refertur ejus] summæ quæ in his tabulis continetur: scilicet si tanti interfuit; utputa si chirographa aureorum decem tabulæ fuerint, dicimus hoc duplicari. Quod si jam erant inanes, quia solutum proponebatur: nunquid ipsarum tantum tabularum pretii videatur esse æstimatio faciendæ? quid enim interfuit hujus? Sed potest dici, quia nonnunquam debitores tabulas sibi restitui petant, quia nonnunquam calumniantur debitores, quasi indebito soluto ab his: interesse creditoris tabulas habere, ne forte controversiam super ea re patiatur. † Et generaliter dicendum est, [in] id quod interest duplicari. §. 1. Inde potest queri, si quis cum alius probationes, mensæque scripturam haberet, chirographi furtum passus sit, an æstimari duplo chirographi quantitas debeat: & nunquid non, quasi nihil interfuit. quantum enim interest, cum possit debitum aliunde probare? quemadmodum si in binis tabulis instrumentum scriptum sit: nam nihil videtur deperdere, si futurum est, ut alio chirographo falso securior sit creditor. §. 2. Apocha quoque si fuerit subrepta, æque dicendum est furti actionem in id quod interest locum habere: sed nihil [mihi] videtur interesse, si sint & aliæ probationes solutæ pecuniæ. §. 3. Sed si quis non amovit hujusmodi instrumenta, sed interlevit, non tantum furti actio locum habet, verum etiam Legis Aquiliæ: nam rupisse videtur, qui corrumpit.

28. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

SEd si subripuit prius quam deleat, tanto tenetur, quanti domini interfuit non subripi: delendo enim nihil ad pœnam adjicit.

clavia apud Varro. l. 7. de lingua. & Apuleius 2. de Asino: Conclave quoddam obleratis liminibus umbrosus demonstravit. 25 l. 23. J. de injur. 26 Introivit. Hal. intraverit. vulgat. 27 Involverum quo vestes involvuntur, Varro 4. de ling. & alia quævis. hinc Cic. 11. de nat. Clypei causa involucrium, vagina gladii dicitur: & involucrum ἰσχυρὰ, quod & volumen Glossis Græcis & Latinis, la serpilliere, toilette. 28 l. 51. in fin. sup. ad l. Aquil. 29 l. 7. in fin. sup. de jurisdict. l. 5. inf. arbor. furt. 30 Ruperit. vulg. Hal. l. 21. §. 8. sup. h. t. 31 Quia furtum non fit solo animo sine contractatione. l. 1. §. 1. l. 21. §. 7. sup. h. t. l. 42. §. 19. inf. h. t. l. 3. §. 19. sup. de acqu. vel amit. poss. l. 53. in fin. inf. de verbor. sign. §. 11. vers. ops. Inf. de obliq. qua ex delicto. 32 Arcam inde dictam putat Varro, quod arcentur fures ea clausa. 4. de lingua. 33 Si strictum jus intubere, non id, quod æquum bonumque est. l. 21. sup. h. t. 34 Dixi ad Legem 12. Tabul. §. 18. Inf. de obliq. qua ex delicto. 35 Etatis habetur ratio in delictis. l. 4. §. 25. sup. de doli mali & metus except. l. 16. §. 3. in fin. J. de panis. l. 111. J. de reg. jur. l. 7. C. de panis. §. 18. Inf. de obliq. qua ex delicto. 36 Dixi in oratione pro Roscio Comodo. 37 l. 5. §. 2. in fin. J. ad l. Aquil. 38 l. 50. in fin. J. h. t. 39 Immobilis rei nomine furti agi non potest, ut hic. & l. 39. §. de usurpat. l. 1. C. vi bon. rapt. Fundi tamen furtum fieri posse putavit Sabinus, l. 38. in fin. sup. de usurpat. 11. Gellius 11. §. 7. Inf. de usucap. 40 l. 2. sup. de conditione triticaria. 41 l. 26. in fin. l. 67. §. 5. J. h. t. l. 27. §. 25. sup. ad leg. Aquil. l. 7. §. 5. sup. quod vi aut clam. 42 Furandi. vulgat. Hal. 43 l. 5. §. 3. sup. de adq. rer. 44 d. §. 3. 45 l. 82. §. 1. inf. h. t. 46 Colonorum alii nummis colunt, ut hic. vel ad pecuniam numeratam, ut l. 25. §. 6. sup. locati. alii partibus, quod videlicet in pecunia mercedem locatoribus non præstant, sed partem fructuum: unde partarii coloni, d. §. 6. partaria pecunia inde dicuntur. l. 8. C. de part. 47 l. 25. in fin. J. h. t. 48 l. 32. J. C. l. 15. C. h. t. 49 l. 28. l. 32. in fin. pr. J. h. t. l. 10. §. 3. de edendo. l. 41. J. ad l. Aqu. Paul. 2. sent. 31. §. 22. 15. Eci. ex lib. 60. tit. 12. c. 25. 50 Inanes tabulæ dicuntur, quoties solum est debitum. l. 18. sup. ad exhib. 51 Al. quali de indebito. 52 Probabatur pecunia data, numerataque inter cætera per mensæ scripturam, ut hic. de quo genere probationis, & alii, v. 13. Gell. 2. & Inf. de literarum oblig. 53 Mensæ, vulg. Hal. quam scripturam Basilica ita vertunt, ἡ τῶν τραπεζῶν ὁ ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς. Mensæ ejus hic sit mentio, ea ratio est. Argentarii mensas cum ære in foro politas habebant, apud eos pecuniæ deponerantur, vendebantur: per argentarios Romani etiam emebant, credebant, atque etiam feneratori occupabant, omnia denique per eos exercebant: deque his omnibus argentarii conficiebant rationes: ex eorum scriptura nascetur obligatio. vid. Cujac. ad l. 27. sup. de pacis. C. Nov. 136. 54 Ecclæ. ibid. vid. l. ultim. §. 2. sup. de cond. inach. 55 l. 28. l. 29. l. 30. l. 31. l. 32. inf. h. t. l. 41. sup. ad l. Aquil. l. 10. in fin. sup. de edendo. 56 Tanti tenetur. vulg.

29. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum. Hoc amplius & ad exhibendum agi potest, & Interdicto Quorum bonorum agi poterit,

30. IDEM lib. 9. ad Sabinum. Si hereditariae tabulae deletae sint.

31. IDEM lib. 41. ad Sabinum. Sed & si imaginem quis [vel librum] deleverit, & hic tenetur damno injuria, quasi corruerit. §. 1. Si quis tabulas instrumentorum Reipublicae municipii alicujus, aut subripuerit, aut interleverit, Labeo ait furti eum teneri. Idemque scribit & de ceteris rebus publicis, deque societatibus.

32. PAULUS lib. 9. ad Sabinum. Quidam tabularum duntaxat aestimationem faciendam in furti actione existimant: quae si judici, apud quem furti agatur, possit probari quantum debitum fuerit, possit etiam apud eum judicem eadem probare, apud quem pecuniam petat: si vero in furti judicio probare non potest, ne illud quidem posse ostendi, quanti ejus interfuit: sed potest post furtum factum tabulas nactus esse actor, ut ex eo probet, quanti sua interfuerit, si tabulas nactus non esset.

§. 1. De Lege Aquilia major quaestio est, quemadmodum possit probari quanti ejus interfuit? nam si potest alias probare, non patitur damnum. Quid ergo, si forte pecuniam sub conditione credidit, & interim testimonia, quorum probationem habeat, qui possunt mori pendente conditione? aut puta me petiisse creditum, & quia testes & signatores qui rem communissent, praesentes non haberem, victum rem amisisse: nunc vero, cum furti agam, eorum memoria, & praesentia ad fidem creditae pecuniae uti possum.

De tutore vel curatore.

33. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum. Tutor administrationem quidem rerum pupillarum habet, intercipiendi autem potestas ei non datur. & ideo si quid furandi animo amoverit, furtum facit, nec usucapi res potest: sed & furti actione tenetur, quamvis & tutelae agi cum eo possit. Quod in tutore scriptum est, idem erit & in curatore adolescentis, ceterisque curatoribus.

De furto manifesto, vel non manifesto.

34. PAULUS lib. 9. ad Sabinum. Is qui opem furtum facienti fert, nunquam manifestus est: itaque accidit, ut is quidem qui opem tulit, furti nec manifestus; is autem qui deprehensus est, ob eandem rem manifestus teneatur.

35. POMPONIUS lib. 19. ad Sabinum. Si quis perferendum acceperit & scierit furtivum esse: constat, si deprehendatur, ipsum duntaxat furem manifestum esse; si nescierit, neutrum: hunc quia fur non sit; furem, quia deprehensus non sit. §. 1. Si unus servus tuus hausisset & abstulisset, alter hauriendo deprehensus esset, prioris nomine nec manifestus, [alterius manifestus] teneberis.

De eo qui servo persuasit, ut fugeret. 1. De eo qui filio, vel servo vel uxori opem tulit. 2. De fugitivo cum rebus aufugiente. 3. De servis sibi invicem fugam persuadentibus & aufugientibus.

36. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum. Qui servo persuasit ut fugeret, fur non est: nec enim qui alii cui malum consilium dedit, furtum facit: non magis quam si ei persuasit, ut se praecipitet, aut manus sibi inferret: haec enim furti non admittunt actionem. Sed si alius ei fugam persuaserit, ut ab alio subripiatur, furti tenebitur is, qui persuasit: quasi ope, consilio ejus furtum factum sit. Plus Pomponius scripsit eum qui persuasit, quamvis interim furti non teneretur, tunc tamen incipere teneri, cum quis fugitivi fur esse coeperit: quasi videatur ope, consilio ejus furtum factum.

§. 1. Item placuit, eum qui filio vel servo, vel uxori opem fert, furtum facientibus, furti teneri: quamvis ipsi furti actione non conveniantur. §. 2. Idem Pomponius ait, si cum rebus aufugerit fugitivus, posse furti actione sollicitatorem conveniri rerum nomine: quia opem, consilium contraeatori tulit: quod & Sabinus significat. §. 3. Si duo servi invicem sibi persuaserunt, & ambo simul aufugerunt: alter alterius fur non est. Quid ergo, si invicem se celaverunt? fieri enim potest, ut invicem fures sint, & potest dici alterum alterius furem esse: quemadmodum si alii singulos subripuissent, tenerentur, quasi alter alterius nomine opem tulisset: quemadmodum rerum quoque nomine teneri eos furti, Sabinus scripsit.

1 Interdictum quorum bonorum interdum de singulis rebus redditur, ut hic. v. quae not. ad l. 1. §. 1. supr. quorum bonor. v. Oldend. class. 2. ad l. 1. n. 6. 2 Id est, Lege Aquilia. 3 Civitatum. 4 Socius socio furti tenetur, si quid societatis ei subripuerit. 5 Quia. Goth. Ad hanc l. vide Augustin. l. 1. emend. c. 3. S. L. 6 Adde l. 27. supr. h. t. 7 l. 10. §. 3. supr. de edendo. 8 Probari id quod inter est certis modis potest, ut hic. An alii sunt modi quam hic enumerati, & in l. argentarius. 10. §. cum autem. 3. supr. de edendo? Non sunt alii in Lege Aquilia, si in eo damnum culpa datum esse dicitur: secus, si furtum factum, aut damnum datum dolo: tunc enim probato furto, id quod interest per juramentum probatur. Bart. hic. 9 Quoties delictum est instrumentum, in quo debitum est conditionale, utrum in totum agi possit, an vero fieri statim debeat executio? vide in l. si quis testamentum. 41. l. 42. supr. ad l. Aquil. Bart. in l. locum. 3. §. condemnatio. 11. §. de tab. exhib. 10 Communire dixit: ut alibi, efficere voluntatem. l. distansibus. 22. C. de testam. 11 l. 2. supr. de tutel. & rationib. 12 Puberis. 13 Furiosorum. 14 Hoc quid sit, v. l. 50. §. 1. infr. h. t. §. 11. vers. ope. Infit. de obl. qua ex delicto. 15 Cum ipsa re. 16 l. 14. §. 9. supr. h. t. l. 7. C. h. t. 17 Id est, neque enim qui accepit perferendum, neque is qui dedit. 18 Haloander legit illum: Alis, illum non esse manifestum furem. S. L. 19 l. 62. infr. h. t. 20 §. 11. in fin. Infr. de oblig. qua ex delicto. 21 l. 50. §. 1. infr. h. t. 22 l. 53. in fin. infr. de verb. sign. 23 §. 12. Infr. de oblig. qua ex delicto. 35. Eclog. ex libro 60. tit. 12. c. 34. 24 l. 52. infr. h. t. 25 Imo uxor furtum non facit. l. 1. l. 2. l. 21. §. 1. supr. rerum amos. 26 V. quae scripti ad tit. C. ad l. Fab. de plagiaris. 27 Adde l. 4. in fin. C. h. t. 28 Alias pavonem fera est natura. l. 9. §. 5. §. 3. de acquir. rer. 29 Id est, ita ut pereat. 30 Absit hic versic. in Florentinis. 31 l. 14. §. 13. supr. h. t. §. 9. Infit. de obl. qua ex delicto. 32 Aliud in patre. l. 14. §. 13. supr. h. t. §. 9. Infr.

De eo qui pavonem mansuetum persecutus est. 37. POMPONIUS lib. 19. ad Sabinum. Si pavonem meum mansuetum cum de domo mea effugisset, persecutus sis, quoad is perit: agere tecum furti ita potero, si aliquis eum habere coeperit.

De filiofamilias surrepto.

[PAULUS. Si filiofamilias surreptus sit, patrem habere furti actionem palam est.]

De matre filii surrepti. 1. De liberis personis.

38. IDEM lib. 9. ad Sabinum. Mater filii surrepti furti actionem non habet. §. 1. Libertum personarum nomine licet furti actio sit, conditio tamen nusquam est.

De meretrice.

39. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum. Verum est, si meretricem alienam ancillam rapuit quis vel celavit, furtum non esse: nec enim factum quaeritur, sed causa faciendi: causa autem faciendi libido fuit, non furtum. Et ideo etiam eum, qui fores meretricis effregit libidinis causa, & fures non ab eo inducti sed alias ingressi meretricis res egresserunt, furti non teneri. An tamen vel Fabia teneatur qui supprellit scortum libidinis causa? Et non puto teneri. & ita etiam ex facto cum incidisset, dixi. hic enim turpius facit, quam qui subripit: sed secum facti ignominiam compensat. certe fur non est.

De commodato. De eo qui invito domino utitur.

40. PAULUS lib. 9. ad Sabinum. Qui jumenta sibi commodata longius duxerit, alienave re invito domino usus sit, furtum facit.

De captivitate & postliminio. 1. De arrogatione. 2. Quamdiu durat furti actio, & in quem competit. 3. De captivitate & postliminio.

41. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum. Si cum quis in hostium potestate esset, furtum ei factum sit, & postliminio redierit: poterit quis dicere eum furti habere actionem.

§. 1. Adrogatorem posse furti agere, scilicet ejus furti nomine, quod factum est ei, quem adrogavit, antequam [eum] adrogaret, certum est: ceterum [si] postea, nulla erit dubitatio. §. 2. Quamdiu vivit is, qui furtum fecit, non perit furti actio: aut enim sui juris esse coepit, & actio furti cum eo est, cujus potestati subiectus est: [& hoc est], quod dicitur, Noxa caput sequitur.

§. 3. Si quis post noxam admissam hostium servus fuerit factus, videndum est, an extinguatur actio? Et Pomponius scripsit extinguere actionem: & si fuerit reversus postliminio, vel quo alio jure, renasci eam actionem debere: & ita utimur.

De eo, quod in navi perit. 1. De manumissione.

42. PAULUS lib. 9. ad Sabinum. Si servus navem exerceat non voluntate domini, de eo, quod ibi perit, vulgaris formula in dominum danda est: ut quod alter admisit, duntaxat de peculio; quod ipse exercitor, adjiciatur, ut noxae dederet. Igitur si manumissus sit, persecutio quidem in peculio manebit adversus dominum intra annum: noxalis ipsum sequetur. §. 1. Interdum & manumissus, & qui eum manumisit, ob furtum tenetur, si ideo manumisit, ne furti cum eo agi possit: sed si cum domino actum fuerit, ipso jure manumissum liberari Sabinus respondit, quasi decium sit.

De falso creditore. 1. De falso procuratore. 2. De delegatione. 3. De mendacio. 4. De eo, qui alienum quid jacens sustulit, 9. Egerit petit. 10. De re, quam dominus jecit. 11. De jactu ex nave. 12. Si furtum passus nanciscatur dominium partis, vel usufructum in servo qui furtum facit.

43. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum. Falsus creditor (hoc est is, qui se simulat creditorem) si quid accepit, furtum facit, nec nummi ejus fient. §. 1. Falsus procurator furtum quidem facere videtur. Sed Neratius videndum esse ait, an hac sententia cum distinctione vera sit. ut si hac mente ei dederit nummos debitor, ut eos creditori perferret, procurator auceum eos intercipiat, vera sit: nam & manent nummi debitoris, cum procurator eos non ejus nomine acceperit, cujus eos debitor fieri vult; & invito domino eos contraeando sine dubio furtum facit. quod si ita det debitor, ut nummi procuratoris fiant, nullo modo eum furtum facere ait, voluntate domini eos accipiendo. §. 2. Si is, qui indebitum accipiebat, delegaverit solvendum, non erit furti actio, [si] cum eo absente solum sit: ceterum si praesente, alia causa est, & furtum fecit. §. 3. Si quis nihil in persona sua mentitus

de obl. qua ex delicto. 33 Imo habere videtur. l. 55. §. 1. supr. de fiduciam. libert. 34 Aliud in non meretrice. l. 82. §. 2. j. h. t. Eclog. 60. tit. 6. c. 77. In titulo πειρὸν πορνεύωντων, de ancilla, non meretrice agitur. 35 Quid, si quis ancillae suae nactus sit? ungue si uxorem habet, Graeci volunt eum verberibus affici, & ancillae pretium falco inferri. 36 Imo est. Paul. 2. sent. 31. §. 11. 37 Causa faciendi, non factum, inspiciatur. 38 l. 53. infr. h. t. §. 11. versic. sed si quid. Infit. de obl. qua ex delicto. 39 Egerunt. 40 13. Eclog. ex lib. 60. c. 38. & 2. Harm. 10. in pr. & c. πειρὸν πορνεύωντων, id est, longius, quam quem in locum petierat, aut aliorum aut quam quo utendum accepit. Brucus apud Gellium 7. c. 17. aliorum, puta in aciem. §. 6. Infr. de obl. qua ex delicto. hinc Valer. 8. c. 2. in fin. refert quendam furti damnatum fuisse, quod equo, cujus illi usus Aricium usque commo- datus fuerat, ultiorie ejus municipii clivo vestus esset. adde l. 13. §. 3. supr. locati. vide 2. Harmenopol. 20. in princ. Caium 2. Infr. ultim. in fin. 41 Aliove modo usus sit. vulg. 42 l. 1. in fin. supr. h. t. 43 Captivus. 44 Jus postliminii revertio actionem furti restituit. §. ut. infr. h. t. 45 Patrem scil. 46 l. 47. in fin. Infr. h. t. 47 Dilemma observa. 48 In servitutum alicujus additus. 49 Noxalis. 50 l. 61. infr. h. t. 51 In pr. supr. h. t. 52 l. 1. §. 20. l. 6. supr. de exercitoria. 53 l. 46. in fin. supr. de hered. infr. 54 l. 45. in fin. infr. h. t. 55 Falsus est creditor, qui se creditorem simulat, cum non sit creditor. 56 Adde casum l. 52. §. 11. l. 80. §. 6. infr. h. t. 57 d. §. 6. 58 l. 1. §. 20. supr. de acq. vel amitt. poss. Imo, non manent debitoris, cum fiant creditoris. l. 13. in fin. supr. de donat. 59 Sciens scil. 60 Eum scil. qui solvere erat paratus. 61 Quia brevi manu recipit, quod alteri solum est: & parja suat, solvi mandavari, vel alteri ejus nomine eo praesente. adde l. 79. supr. de verb. obl.

est, sed verbis fraudem adhibuit: fallax est magis, quam furtum facit. utputa, si dixit se locupletem 1, si in mercem se collocaturum quod accepit, si fidejussores idoneos daturum, vel pecuniam confestim se soluturum. nam [ex] his omnibus magis deceptus, quam furtum fecit; & ideo furti non tenetur: sed quia dolo fecit, nisi sit alia 2 adversus eum actio, de dolo dabitur. §. 4. Qui alienum 3 quid jacens 4, lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur 5, sive scit cujus sit, sive ignoravit; nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cujus sit ignoret.

§. 5. Quod si dominus id dereliquit, furtum non fit ejus, etiam 6 si ego furandi animo habuerō: nec enim furtum fit, nisi 7 sit, cui fiat. in proposito autem nulli fit: quippe cum placeat Sabini & Cassii sententia existimantium statim 8 nostram esse definire rem, quam derelinquimus. §. 6. Sed si non fuit derelictum, putavit 9 tamen derelictum, furti non tenetur. §. 7. Sed si neque fuit, neque putavit, jacens tamen tulit, non 10 ut lucratur, sed redditurus 11 ei, cujus fuit, non tenetur furti. §. 8. Proinde videamus, si nescit cujus esset, sic tamen tulit, quasi redditurus ei, qui desiderasset, vel qui ostendisset rem suam, an furti obligetur? Et non puto obligari eum. Solent plerique etiam hoc facere, ut libellum proponant 12 continentem invenisse, & redditurum ei, qui desideraverit: hi ergo ostendunt 13 non furandi animo se fecisse. §. 9. Quid ergo, si *Evangelia* 14 (id est, *inventionis premia*) quæ dicunt, petat? Nec hic videtur furtum facere, etsi non probe petat aliquid. §. 10. Si quis sponte rem jecit vel jactavit, [non] quasi pro derelicto habitus, tunc hanc rem tuleris: an furti tenearis, Celsus lib. XII. Digestorum quaerit. & ait, si quidem putasti pro derelicto habitam, non teneris: quod si non putasti, hic dubitari posse ait; & tamen magis defendit, non teneri, quia (inquit) res non intervertitur ei, qui eam sponte rejecit.

§. 11. Si jactum 15 ex nave factum alius tulerit, an furti tenetur? Quæstio in eo est an pro derelicto habitum sit. Et si quidem derelinquentis animo jactavit (quod plerumque 16 credendum est, cum sciat periturum), qui invenit, suum fecit, nec furti tenetur 17. Si vero non hoc animo, sed hoc, ut si salvum fuerit, haberet: ei, qui invenit, auferendum est. & si scit hoc, qui invenit, & animo furandi tenet, furti tenetur 18. Enimvero si hoc animo, ut salvum faceret domino, furti non tenetur. quod si putans simpliciter jactatum, furti similiter non tenetur. §. 12. Etiam si partis dimidiæ nanciscar dominium in servo, qui mihi antea furtum fecerat: magis est, ut extinguatur actio etiam parte redempta. quia etsi ab initio quis partem in servo habebat, furti agere non poterat. † Plane si ususfructus meus in eo servo esse coepit, dicendum est furti actionem non extinguui, qua fructuarius dominus non 19 est.

De falso procuratore. 1. Si rem meam quasi tuam tibi tradidero. 2. De servo hereditario.

44. POMPONIUS [lib. 19. ad Sabinum]. SI jussu debitoris ab alio falsus 20 procurator creditoris accepit: debitori iste tenetur furti, & nummi debitoris erunt. §. 1. Si rem meam quasi 21 tuam tibi tradidero scienti meam esse: magis est furtum te facere, si lucrandi animo id feceris. §. 2. Si servus hereditarius nondum 22 adita hereditate, furtum heredi fecerit, qui testamento domini manumissus est: furti actio adversus eum competit. quia nullo tempore heres dominus ejus factus est 23.

De re communi. 45. ULPIANUS lib. 41. ad Sabinum.

SI socius 24 communis rei furtum fecerit (potest 25 enim communis rei furtum facere), indubitate diceadum est furti actionem competere. *De rei interitu. De manumissione.* Si res in hostium potestatem pervenerit. Si habeatur pro derelicto. 1. De servo fructuario, vel usinario, vel pignorat, vel communi surrepto. 7. De affectu contractantis, 8. Et de voluntate domini. 9. De secundo furti.

46. IDEM lib. 42. ad Sabinum.

INTER omnes 26 constat, etiam si extincta 27 sit res furtiva: attamen furti remanere actionem adversus furem. Proinde mortuo quoque homine, quem quis furto abstulit, viget 28 furti actio. † Sed nec manumissio furti actionem extinguit: nec 29 enim dissimilis est morti manumissio, quod ad subtrahendum domino servum. † Apparet itaque, qualiter qualiter domino sit servus subtractus, attamen supervenisse

adversus furem furti actionem: eoque jure utimur. competit enim actio, non 30 ideo, quia nunc abest, sed quia unquam beneficio furis abfuerit. † Hoc idem in conditione quoque placet: nam condici furti potest, etiam 31 si res sit aliqua ratione extincta. † Hoc idem dicendum, si res in potestate hostium pervenerit: nam constat posse de ea furti agi. † Sed & si pro derelicto sit postea a domino habita, furti nihilominus agi poterit. §. 1. Si servus fructuarius subreptus est, uterque 32, & qui fruebatur, & dominus, actionem furti habet. Dividitur igitur actio inter dominum & fructuarium: fructuarius agat de fructibus, vel quanti interfuit ejus, furtum factum non esse, [ejus] dupli: proprietarius vero agat, quod interfuit ejus, proprietatem non esse subtractam. §. 2. Quod dicimus *Dupli* 33, sic accipere debemus, etiam quadrupli [competere actionem], si manifestum furtum sit.

§. 3. Hæc actio, etsi sit qui in eo servo habeat usum tantum, poterit ei competere. §. 4. Et si quis proposuerit hunc servum etiam pignoratū esse, eveniet, ut etiam is, qui pignori accepit, habeat furti actionem. Hoc amplius, etiam debitor, si modo plus valeat, quam pro pignore debetur, habet furti actionem. §. 5. Usque adeo autem diversæ sunt actiones, quæ eis competunt, ut si quis eorum pro fure 34 damnus 35 deciderit, dici oporteat solummodo actionem sibi competentem amisisse eum, cæteris vero superesse. † Nam & si proponas communem servum subreptum & alium ex dominis pro fure damnus decidisse: is, qui non decidit, habebit furti actionem.

§. 6. Proprietarius quoque agere adversus fructuarium potest judicio furti, si quid celandæ proprietatis, vel supprimendæ causa fecit. §. 7. Recte dictum est, qui 36 putavit se domini voluntate 37 rem attingere, non esse furem. Quid 38 enim dolo facit, qui putat dominum consensurum fuisse, sive falso id, sive vere putet? is ergo solus fur est, qui adtractavit 39, quod invito domino se facere scivit.

§. 8. Per contrarium quaeritur: si ego me invito domino facere putarem, cum dominus vellet, an furti actio sit? & ait Pomponius, furtum me facere 40: verumtamen est, ut cum ego velim eum uti, licet ignoret, ne furti sit obligatus. §. 9. Si furtiva res ad dominum rediit, & iterum 41 contractata est, competit alia furti actio.

Cui competit furti actio. 47. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

SI dominium rei subreptæ quacunque ratione mutatum 42 sit, domino 43 furti actio 44 competit: veluti heredi 45, & bonorum possessori, [& patri] adoptivo 46 & legatario 47.

Si dominus rem subripuerit, quid venit in actionem furti. 1. De eo, qui furem novit vel celat. 2. De servo recepto domino volente, 3. Vel invito. 4. Si is qui poliendum conduxit, alii commodaverit. 5. De parte ancilla, & fetu pecudum. 7. Si dominus pretium rei surreptæ furi extorsit.

48. ULPIANUS lib. 52. ad Sabinum.

QUI vas argenteum perdiderat, eo [que] nomine furti egerit, de pondere vasis controversia cum esset & actor majus fuisse diceret, fur vas protulit 48: id is, cujus erat abstulit 49 ei, qui subripuerat: dupli nihilominus condemnatus est. rectissime judicatum est: nam in actionem pœnalem non venit ipsa res, quæ subrepta est, sive manifesti furti, sive nec manifesti agatur. §. 1. Qui furem novit, sive indicet eum, sive non indicet, fur non est: cum multum interfuit 50, furem quis celet, an non indicet: qui novit, furti non tenetur; qui celat, hoc ipso tenetur. §. 2. Qui ex voluntate domini servum recepit, quin neque fur, neque plagiarius sit, plus quam manifestum est: quis enim 51 voluntatem 52 domini habens fur dici potest? §. 3. Quod si dominus vetuit, & ille suscepit, si quidem 53 non celandi animo, non est fur: si celavit, tunc fur esse incipit. Qui igitur suscepit, nec celavit, etsi invito domino, fur non est. † *Vetare* 54 autem dominum accipimus etiam eum, qui ignorat, hoc est eum, qui non consensit 55. §. 4. Si ego tibi 56 poliendum vestimentum locavero, tu vero inscio aut invito me commodaveris Titio, & Titio furtum factum sit: & tibi 57 competit 58 furti actio, qua 59 custodia rei ad te pertinet. & mihi adversus te, quia non debueras rem commodare, & id faciendum furtum admiseris. ita erit casus 60, quo fur furti agere possit. §. 5. Ancilla 61 si subripiatur prægnans, vel apud furem concepit 62: partus furtivus est, sive apud furem edatur,

1 Imo, qui inopem pro locuplete subicit, furti tenetur. l. 52. §. 21. infr. h. t. 2 Quomodo id esse potest, quum alia semper sit actio generalis certi? l. 9. supr. de reb. credit. solve: hic agitur de aliqua speciali, non generali. 3 Alienam rem proferam. 4 V. §. 9. infr. h. t. 11. Gell. ult. in fin. ubi male legitur jacens pro jacens. adde casum l. 3. infr. de incendio. adde §. ult. Inst. de rerum divis. 5 Imo non obstringitur, quum rei, quæ a nemine possidetur, contractio furtum non inducat. l. 1. §. 15. infr. si is, qui testam. liber. 6 Id est, etiam si ut fur tulerit. 7 d. §. 15. 8 l. 1. supr. pro derelicto. 9 Ignorantia contractantis excusat a furto. 10 Vide Novell. Leon. 54. 11 Propositam rem alienam contractantis ejus adum distinguit. 12 Vel etiam viva voce admoveant dominum. l. 15. supr. de præscriptis. sic Mercurius, 6. de asino, præmium investigationis Psyche publico præconio edicit: Si quis, inquit, a fuga retrahere, vel occulanti demonstrare poterit fugitivam regis filiam, conveniat Mercurium prædicatorem, accepturus indici nomine ab ipsa Venere septem suavia. 13 Protestatio declarat animum innocenter. 14 Id est, præmium, vel mercedem ob indicium furis, l. 4. in fin. supr. de cond. ob turpem. l. 16. supr. de præscriptis. Paul. 2. sent. 31. §. 10. adde Contium, 1. disp. ubi tract. de variis mercedularum generibus. Inducunt præmia vocat Apulejus, 7. de asino, dixi plenius edicto de Alexandrinis, c. 7. 15 l. 8. supr. de l. Rhodia. 57. Et. 3. c. 19. adde casum l. 3. §. 7. de incendio. 16 Imo nunquam credendum est, præsertim in dubio, §. 49. Inst. de rer. divis. l. 2. in fin. l. 8. supr. de l. Rhodia. l. 9. in fin. supr. de adq. rer. dom. solve: interdum potest id accideret. Huiusmodi enim actio non est prorsus voluntaria aut involuntaria, sed mixta v. Arist. 3. Eth. 1. Goth. Vide ad hanc l. Sarmient. select. l. 6. c. 9. Anf. 17 Qui rem huiusmodi abstulit. 18 Imo non tenetur: quum rem contractet, quæ a nemine possidetur, cujus furtum fieri non solet. l. 1. §. 15. infr. si is qui testam. 19 Imo est, l. 8. supr. de reb. aut. judic. post. dixi ad l. 4. supr. de usufr. 20 l. 18. in fin. supr. de solut. 21 l. 66. §. 4. infr. h. t. 22 Id est, ante aditam hereditatem. l. 64. infr. h. t. 23 Quod evenit & si alii fuit legatus. vulg. 24 l. 45. l. 46. l. 51. supr. pro socio. 25 Id accidit, quod res communi utitur in alium usum, adde l. 12. l. 13. supr. comm. divid. ut expius tamen qui re communi utitur, re sua ac propria uti intelligitur. d. l. 51. 26 Sabinianus & Proculianus. Metom. 29. Inst. §. 197. 27 l. 50. infr. h. t. l. 9. c. h. t. 28 Vigere furti actio dicitur, quæ non est extincta. 29 l. 1. §. 1. supr. quando actio de peculio. l. 6. supr. qui & a quib. manumiss. l. 92. supr. de solut. Imo dissimilis est manumissio a morte. l. 47. supr. de adu. 30 Id est, non ob id, quod nunc non habeat servum. 31 V. l. ult. supr. de cond. furtiva. 32 Adde l. 12. §. 6. supr. de usufr. 33 Furti non manifesti duplum: manifesti quadruplum pœna erat: manifesti actio præter pœnam quadrupli, ipsam quoque rei furtiva persequa-

tionem continebat, Paul. 2. sent. 31. §. 12. oblata furti pœna erat tripli, & præterea rei ipsius repetitio. Paul. ibid. §. 13. Lege Moysi, qui furatus boves vel oves eos enses vendiderat vel occiderat, quinque boves pro uno restituebat, & quatuor oves pro una. Si rem subreptam adhuc habuisset, duplum reddere cogebatur, Exod. 22. quæ pœna postea fuisse adauca videtur ad septuplum usque, Proverb. 6. furti damnatus, non solum vendi dicebatur. Exod. 22. 34 Pro furto, facit l. 7. §. 14. in fin. l. 17. §. 1. supr. de pact. 35 Hæc loquendi formula extat in l. 9. §. 2. in fin. supr. de minorib. l. 7. supr. de condit. furtiva. adde l. 61. §. 1. infr. h. t. 36 §. 7. Inst. de oblig. quæ ex delicto. 37 Id est, eo non invito. l. 75. infr. h. t. 38 Nihil sane: animum enim affectumque furandi non habet. l. 43. §. 2. infr. h. t. 39 Non simplex contractatio rei alienæ furum facit, sed ea, quæ fit invito domino. 40 Imo non facio. §. 8. Inst. de oblig. quæ ex delicto. 41 l. 47. l. 56. infr. h. t. aliud est in assiduâ contractatione. l. 9. supr. h. t. 42 Actio furti datur successorii universalis, v. quæ scripta ad l. 10. C. de furtis. d. l. 66. l. 66. infr. h. t. 43 Aliud est la actione servi corrupti. l. 8. supr. de servo corrupto. 44 Quæ priori domino competeat. 45 l. 1. §. 1. supr. de privatis delict. vide 7. Epist. familiar. 46 l. 41. §. 1. supr. h. t. 47 l. 8. supr. de servo corrupto, ex nova contractatione. Cur ita? v. quæ scripta ad l. 10. C. de furtis. l. 56. infr. h. t. 48 Id est, exhibuit. 49 Per sententiam scilicet l. 54. §. 3. infr. h. t. non per vim. l. 13. supr. de eo, quod metus caus. l. 7. infr. ad l. Jul. de vi privata. 50 Hæc inter se differunt, furem nosse, non indicare, celare, non continuo furem celat, qui eum non indicat, furem celare ventum est, l. 1. supr. de fugitivis. non indicare, liberum, v. quæ notavi ad l. 4. §. ult. supr. de cond. ob turpem. Goth. Adde l. 5. C. de furt. Excipe eorum c. 1. §. 1. ubi Hieron. Feud. Quo fuit prima caus. beneficii amittit. Item quando iudex per inquisitionem procedit, l. Drusus ff. de offic. Praef. & ibi D. D. Jure etiam Canonico potest etiam aliquis cogi ut furem indicet. cap. qui cum fure. Et ibi Gloss. extr. de furt. Vide Scharf. ad d. l. 4. C. de furt. Anf. 51 Nullus. l. 45. §. 7. supr. h. t. 52 Furtum non fit volenti, nec hic, nec injuria. l. 1. §. 5. in fin. infr. de injuriis. 53 Qui furem non celandi animo recipit, nunciacionem calart prohibentis impune contemnit: non sic enim illa nunciacione fur, adde l. 5. supr. de servo corrupto. 54 Vetere satis intelligitur, qui non contentus. 55 Expressit. 56 Fulloni sc. ut alibi dicitur plenius, v. l. 52. §. 9. infr. h. t. 57 Conductor. 58 Cur potius conductori competit, quam commodatario? 59 Is, ad quem rei custodia pertinet, furti agere potest, l. 12. supr. h. t. eam autem debet conductor: igitur & furti agere poterit. l. 50. infr. h. t. l. 40. §. 2. supr. locati. §. 15. Inst. de oblig. quæ ex delicto. 60 Alias fur furti agere non potest. l. 14. §. 4. supr. h. t. nihil hic & in l. 12. in fin. supr. h. t. 61 V. Avelian. c. 27. Res sita. 62 V. l. 33. supr. de usurpation.

five apud bonæ fidei possessorem. sed in hoc posteriore casu furti actio cessat. sed si concepit apud bonæ fidei possessorem, ibique peperit, eveniet, ut partus furtivus non sit, verum etiam usufructu possit. Idem & in pecudibus servandum est, & in fœtu eorum, quod in partu. §. 6. Ex furtivis equis nati statim ad bonæ fidei emptorem pertinebunt: merito, quia in fructu numerantur: at partus ancillæ non numerantur in fructu. §. 7. Cum fur rem furtivam vendidisset, eique nummos pretii dominus rei per vim extorsit: furtum [eum] nummorum fecisse recte responsum est. idem etiam vi bonorum raptorum actione tenebitur: quod enim ex re furtiva redigitur, furtivum non esse nemini dubium est: nummus ergo hic, qui redactus est ex pretio rei furtivæ, non est furtivus.

De creditore furtum passi. 1. De re dotali.

49. GAJUS lib. 10. ad Edictum provinciale.

Interdum accidit, ut non habeat furti actionem is, cujus interest rem salvam esse. Ut ecce, creditor ob rem debitoris subreptam furti agere non potest: etsi aliunde creditum servare non possit. loquimur autem scilicet de ea re, quæ pignoris jure obligata non sit. §. 1. Item rei dotalis nomine, quæ periculo mulieris est, non mulier furti actionem habet, sed maritus.

Quid duplatur vel quadruplatur. De rei æstimatione & interitu. 1. De ope, consilio. 4. De eo, qui panno rubro pecus fugavit.

50. ULPIANUS lib. 37. ad Edictum.

In furti actione non quod interest, quadruplatur, vel duplatur: sed rei verum pretium. Sed & si res rebus humanis esse desierit, cum judicatur, nihilominus condemnatio facienda est. Idemque etiam nunc deterior sit, æstimatione relata in id tempus, quo furtum factum est. Quod si pretiosior facta sit, ejus duplum quanti tunc, cum pretiosior facta sit, fuerit, æstimabitur: quia & tunc furtum ejus factum esse, verius est. §. 1. Ope, consilio furtum factum Celsus ait, non solum si idcirco fuerit factum, ut focii furarentur: sed etiam non ut focii furarentur, inimicitiarum tamen causa fecerit. §. 2. Recte Pedius ait, sicut nemo furtum facit sine dolo malo, ita nec consilium, vel opem ferre sine dolo malo posse. §. 3. Consilium autem dare videtur, qui persuadet & impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum. Opem fert, qui ministerium, atque adiutorium ad subripiendas res præbet. §. 4. Cum eo, qui pannum rubrum ostendit, fugavitque pecus, ut in fures incideret: si quidem dolo malo fecit, furti actio est. sed etiam non furti faciendi causa hoc fecit, non debet impunitus esse lusus tam perniciosus: idcirco Labeo scribit, in factum dandam actionem.

51. GAJUS lib. 13. ad Edictum provinciale.

Nam & præcipitata sint pecora, utilis actio damni injuriæ, quasi ex Lege Aquilia dabitur.

De viro & uxore. 4. De patre & filio. 7. De pignore. 8. De colono. 9. Si filius vel servus vestimenta polienda susceperit. 10. De bonæ fidei emptore. 11. De eo, qui suppetenti siliginem dedit. 12. De fugitivo. De carcere vel custodia dimisso. 13. De re excussa. 14. De

1 Hoc casu Cujacius probat partum usufructu posse, 15. obs. 20. idque confirmat l. 10. in fin. supr. de usufructu. 2 Tò αὐτὸ, ὡς πρὸς ἀποδοτικῶν, ὡς τῆς γοῆς αὐτῶν. Basil. τὸ αὐτὸ &c. τὸ κατὰ πρόθεσιν. non idem Cuj. in verbo. idem supr. de usurpat. & 15. obs. 20. reprehensum a Roberto, l. recepta lectionis. 6. Et 1. animadu. 22. detentus ab Ant. Mercat. 1. not. 22. Sic sentio: partum rei furtivæ apud bonæ fidei possessorem editum tantum non conceptum, furtivum quidem esse, furti tamen non teneri bonæ fidei possessorem, ut hic. Ideoque partus peti poterit, non poterit usufructu, quia vicio non caret usufructu principium, partu apud verum dominum semel concepto, & ita ei adquisito. Conceptum vero, & editum apud bonæ fidei possessorem furtivum nullo modo esse, ut hic. Ideoque ejus nomine bonæ fidei possessorem Publicianam uti posse adversus extraneum, l. 11. §. 2. supr. de Publiciana. quinimo partum ipsum adversus ipsum dominum posse usufructu, ut hic. l. 10. supr. de usufr. ut hinc merito colligas, partum eo casu non statim fieri bonæ fidei possessorem. §. 6. infr. h. t. sed post usufructu tantum. l. 10. in fin. supr. de usufructu. Quid? an idem est in fœtu animalium? Fœtus (idem est in lana apud eum detenta, l. 4. §. 19. supr. de usufructu.) ad bonæ fidei emptorem pertinet. l. 49. §. 2. in fin. supr. de adq. rer. dom. idque statim, §. 6. infr. h. t. quod non est in partu, d. §. 6. & merito, quum fœtus, non partus, sit in fructu. Non igitur utrobique idem servandum est: atque ita si quid hic mihi post Cujacium fas est emendare, proximum paragraphum ita inchoandum & finiendum esse censeo: Non idem in pecudibus servandum, & in fœtu earum, quod in partu, ex furtivis equis nati &c. ut hæc verba, ex furtivis, regula superioris probatio sunt. 3 Puta agnis. l. 4. §. 19. supr. de usufructu. 4 Earmm. 5 Differentiam partus & fœtus furtivi nota. Fœtus animalium, non partus ancillæ est in fructu. 6 Partus ancillæ in fructu non est. l. 27. supr. de her. pet. l. 68. supr. de usufr. l. 28. in fin. supr. de usufr. l. 66. §. 3. supr. soluto. §. 37. infr. de her. pet. Divi. Schollastes 16. Ecl. 2. c. 68. 7 Furtivum non est, quod ex re furtiva redigitur. Atqui res ipsa furtiva erat, erit igitur furtivum, quod ejus loco subrogatum est? aliud res est, aliud rei pretium. l. 28. supr. de novationib. l. 42. §. 1. supr. de usufructu. l. 82. supr. de verb. obligat. Pretium regulariter (excipe l. 22. in fin. supr. de heredit. pet. & quæ notavi ad l. 5. §. 17. supr. de tributoria.) loco rei non fungitur, ideoque pecunia ex rei mobilis venditione redacta non erit mobilis, non erit viri, non uxoris, non patrimonialis. Nec semper verum est, subrogatam pecuniam in locum rei subrogatæ succedere: sicuti res emptæ non succedit in conditionem pecuniæ, ex qua res ipsa comparata est. Ideoque res non fiet mea, vel patrimonialis, l. 6. C. de rei vend. dotalis, l. 12. C. de jure dot. (excipe tamen ea, quæ extant in l. 54. supr. de jure dot.) pignoratæ, l. 7. in fin. supr. qui potiores. communis, l. 67. §. 1. supr. pro socio. quin etiam in particularibus pretium non succedit loco rei, l. 52. §. 17. infr. h. t. l. 21. supr. de hereditate vel actione vendita. vide tamen apud Socinum exceptiones hujus regulæ, reg. 302. Atqui pecuniæ dominus succurri rei vindicationem æquum est? Sic sane; quoad tamen ejus fieri possit. Ideoque non male quidam suadent ementem aut vendentem in ipso actu denunciare posse, ac protestari, ea te mente contrahere, ut res emptæ loco sit pretii numerati: pretium vero loco rei venditæ, arg. l. 67. §. 1. supr. pro socio. l. 1. C. si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, vel. atque ita fore, ut patrimonialis viri, & uxoris, & similibus personarum non inveniatur. 8 Imo est: quia pretium rei ex re esse dicitur. vide l. 63. supr. de procurat. 9 Imo est: eo enim casu furti agitur. l. 38. §. 3. supr. de noxal. 10 Alius quam pignoratitius. ut infr. h. t. 11 Et sic ejus interest. 12 l. 11. C. de jure dotum. 13 Id est, tanti res (veritate inspecta) valet, quanti emptorem invenire potest, l. 52. §. 29. infr. h. t. verum pretium est iustum & solidum, non ejus dimidia. veri pretii fit mentio in l. 7. §. 12. supr. comm. divid. l. 31. §. 4. supr. de donat. inter vir. veræ æstimationis, in l. 15. in fin. supr. de iudicis. l. ult. in fin. C. de litigijs. jult. pretii, in l. 10. in fin. supr. comm. divid. l. 12. supr. de religijs. l. 16. in fin. supr. de pign. l. 12. §. 1. in fin. supr. de jure dot. l. 1. §. 13. §. 15. supr. si quid in fraud. patroni. l. 3. §. 5. infr. de jure sibi. l. 2. in fin. C. de rescind. jult. æstimationis, in l. 12. §. 1. in fin. supr. de jure dot. Hinc constat quid eum præstare oporteat, qui quod iusto pretio deest, supplere tenetur, l. 2. in fin. C. de rescind. ut interim dicam mihi videri dissentire d. l. 2. a fine legis 8. eo titulo: sunt enim diveria, emptorem cogi supplere id, quod deest iusto pretio, & eum securum esse, si dimidium jult. pretii venditori numeraverit: aliud est enim iustum pretium, aliud ejus dimidia, sicut totum, & pars ejus. 14 Alioquin diverisum probantibus statui facile quantitas non poterit. l. 80. §. 1. infr. h. t. 15 Etiam si res furtiva extincta fuerit, furti tamen remanet actio. l. 45. supr. h. t. 16 Sentus est: Qualis ab initio contracta res est, talis, & nunquam deterior reddenda est: si post furtum commissum res pretiosior facta perit, vel eo nomine fur tenebitur; verum est enim & tunc furem eam contractasse, ut paucis dicam, quanti unquam apud furem plurimi res fuit, tanti si tenetur, l. 67. §. 2. infr. h. t. ut ita rei furtivæ æstimatione possit crescere, l. pen. in fin. supr. rer. amot. decretere non possit, ut hic. 17 Eadem extat formula in l. 53. §. ult. infr. de verb. sign. vide l. 27. §. 21. §. ad l. Aquil. l. 6. §. de cond. furtiva. Hinc itæ nota antiquorum O. C. apud Petrum Diaconum. Haloander legit ope, aut consilio, cui adde l. 52. infr. h. t. Vulgata ope, & consilio, adde Ciceronem C. de natura deorum, in fin. ut & §. 11. infr. de oblig. qua ex delicto. ope consilio. l. ult. C. de noxalibus. 18 Effectu scilicet. Nam qui consilium furti dedit, non tenetur, nisi consiliarius effectum habuit. l. 36. supr. h. t. l. 41. in fin. supr. ad l. Aquil. 19 Suadens alium furtum, non tam depeccandum quam vexandi inimici causa, furti tenetur. 20 Vide l. 1. supr. h. t. 21 Fures, furti suadentes atque auxiliatores sine dolo esse non possunt, l. 53. infr. h. t. his corporis, illis solius animi ministerium adest. 22 Rubro panno fugatur pecus, §. 11. infr. de obligat. qua ex delicto. hoc pertinet quod Seneca scribit, 3. de ira. 30. Taurum color rubicundus excitat; ad umbram alpis exurgit; urfos, leoneisque mappa proritat; omnia, quæ natura fera ac rabida sunt, conterritantur ad minima: idem inquietis & stolidis animis evenit. Theophrastus in Epist. ἐπιπέπυ βῆξι τὰ βακίδια διατρέχει. Plutarchus de Alexandri fortuna: ὀυδαίνωνται ταῖς ἑσθῆσιν ὀυδαίνωνται τὰ ζῶα τῶν κτηνῶν, & διατρέχονται. Cujac ad tit. de obligat. qua ex delicto. huius adde illud Cicer. de divinatione. Tu quid habes quare putemus cor in tauro optimo subito in ipsa immolatione interisse? an quod aspexit vestitu purpureo exordem Cæsarem, ipse corde privatus est? 23 Puta, ut furti pretium cum latronibus partatur. 24 Lusus perniciosus impunitus esse non debet, l. 10. supr. ad Leg. Aquil. adde quæ tractat de ludis prohibitis Julius Clarus §. sentent. §. ludus. 12. & Petrus Gregorius 39. syntagmat. 2. ubi de ludis; cap. 3. ubi de alea; cap. 4. ubi de ludis permissis; cap. 5. ubi de spectaculis (cui adde Just. Lipsii opus de gladiatorijs); cap. 11. ubi de larvis; cap. 6. ubi de otio; cap. 7. & 8. ubi de popinis & ebrietate; cap. 10. ubi de venatione. Cujac. 6. observat. 13. constitutionem ad antecessores. §. 9. 25 Ut sit rerum simplex repetitio. 26 Nam etiam vulg. nam si. Hal. 27 §. 16. infr. de leg. Aquil. 28 Id est, utilis Aquilia competet. 29 l. 36. §. 1. supr. h. t. 30 Uxorem marito furtum facere quæ Leges negant, vide l. 21. §. 1. in fin. supr. rer. amot. ad effectum effectum furti referendæ sunt; alias uxori marito veritate furtum facit: levius tamen coercetur, l. 29. supr. rer. amot. tenetur ὀυδαίνωνται non κλαπῆς; id enim officiorum & honestatis gratia exigit. Demus Leges surdas aures furtis præbere, num uxori marito furtum faciens punietur, etiam marito non conquirent? Lex negare videtur, hic. & §. 2. infr. h. t. sed melius est iudicis arbitrio id relinquere, ut pro qualitate furti, & moribus mulieris agat, vel mitius, vel levius. 31 l. 19. l. 20. supr. rer. amot. l. 2. C. rer. amot. 32 Mulierem. 33 Imo non tenebitur; nec enim famose actiones a liberis in parentes institui possunt, l. 5. l. 6. l. 7. supr. de obseq. sed furti actio est famosa. l. 1. l. 6. supr. de his qui notantur. Paul. 2. sent. 31. §. 14. 35 Adde l. 54. infr. h. t. 36 Alias non tenetur. 37 Sulphuræ, ita in archetypo Florentino legitur, ut & sulphur, l. 13. §. 5. supr. de usufr. & in l. 8. §. 10. infr. de panis. sulphuræ. & in l. 55. §. 8. supr. de legat. 3. & in l. 167. J. de verb. signif. sulphurata. Vulgata, & Haloandri editio, hic habent sulphuraria, id est, sulphuris fodinæ, l. 13. §. 5. supr. de usufr. & ita apud Varr. 4. de ling. sulphur legitur, non sulphur. 38 l. 82. §. 1. J. h. t. 39 Vide l. 48. §. 4. §. h. t. 40 2. Paul. sent. 31. §. 17. 41 l. 74. §. h. t. 42 Vide l. 5. C. h. t. 43 Siliginarius, venditor siliginis. l. 30. supr. de negot. qui & siliginarius. infr. h. t. 44 Adde l. 43. supr. h. t. l. 3. §. pen. supr. de donat. inter vir. & uxore. 45 Qui suppetit. vulg. qui sic petet. Hal. 46 l. 44. §. 1. supr. h. t. 47 Carceris potestatem quinam habuerit? an triumviri capitales? l. 2. §. 30. supr. de orig. jur. an hinc narchæ? de quibus l. 4. supr. de fugitivis. an commentarientes? l. 4. C. de custod. rer. 48 Dimittere accepit. vulg. dimittendi accepit. Hal. 49 Servi corrupti, de plagiaris, de fideiussione. 50 Plagiarius. vulg. Hal. 51 §. 11. interdum. infr. de oblig. qua ex delicto. l. 27. §. 21. supr. ad l. Aquil. l. 38. §. 2. supr. de noxal. 2. Gajus 9. §. ult. 52 l. 13. supr. de cond. furtiva 53 l. 14. in fin. supr. de cond. furtiva.

que hic nihil amplius quam idoneum se debitorem adfirmat. † Idem est & in eo qui se patremfamilias finxit, cum esset filiusfamilias, ut sibi promptius pecunia crederetur. §. 16. Julianus libro XXII. Digestorum scripsit, si pecuniam quis a me acceperit, ut creditori meo solvat, deinde cum tantam pecuniam eidem creditori deberet, suo nomine solverit: furtum eum facere. §. 17. Si Titius alienam rem vendidit, & ab emptore accepit nummos, non videtur nummorum furtum fecisse. §. 18. Si ex duobus sociis omnium bonorum unus rem pignori acceperit, eaque subrepta sit: Mela scripsit, eum solum furti habere actionem, qui pignori accepit, socium non habere. §. 19. Neque verbo, neque scriptura quis furtum facit: hoc enim iure utimur, ut furtum sine contrectatione non fiat. quare & opem ferre, vel consilium dare tunc nocet, cum secuta contrectatio est. §. 20. Si quis alium meum coegisset, & in equas suas duntaxat duntaxat (id est, genturam suscipiendique factus gratia) admisisset: furti non tenetur, nisi furandi quoque animum habuit: quod & Herennio Modestino studio meo de Dalmatia consulenti rescripti, circa equos, quibus ejusdem rei gratia subiecisse quis equas suas proponebatur, furti ita demum teneri, si furandi animo id fecisset; si minus, in factum agendum.

§. 21. Cum Titio honesto viro pecuniam credere vellem, subieci mihi alium Titium egenum, quasi ille esset locuples, & nummos acceptos cum eo divisisti: furti tenearis, quasi ope tua consilioque furtum factum sit; sed & Titius furti tenebitur. §. 22. Majora quis pondera tibi commodavit, cum emeris ad pondus: furti eum venditori teneri Mela scribit; te quoque, si scisti, non ex voluntate venditoris accipis, cum erret in pondere. §. 23. Si quis servo meo persuaserit, ut nomen suum ex instrumento (puta emptio- nis) tolleret: & Mela scripsit, & ego puto, furti agendum. §. 24. Sed si servo persuasum sit, ut tabulas meas describeret, puto, si quidem servo persuasum sit, servi corrupti agendum: si ipse fecit, de dolo actionem dandam. §. 25. Si linea margaritarum subrepta sit, dicendus est numerus. † Sed & si de vino furti agatur, necesse est dici quot amphorae subreptae sint. † Si vasa subrepta sint, numerus erit dicendus. §. 26. Si servus meus, qui habebat peculii administrationem liberam, pactus sit cum eo non donationis causa, qui rem ejus peculiarem subripuerat: recte transactum videtur, quamvis enim domino queratur furti actio, attamen in peculio servi est. † Sed si tota poena furti dupli servo soluta sit, non dubie fur liberabitur. † Cui consequens est, ut si forte a fure acceperit servus, quod ei rei satis esse videatur, similiter recte transactum videatur. §. 27. Si quis juraverit se furtum non fecisse, deinde rem furtivam contrectet, furti quidem actio perimitur, rei tamen persecutio domino servatur. §. 28. Si servus subreptus heres institutus fuerit, furti iudicio actor consequetur etiam pretium hereditatis: si modo servus antequam iussu domini adeat, mortuus fuerit. condicendo quoque mortuum, idem consequetur. §. 29. Si statuliber subreptus sit, vel res sub conditione legata; deinde antequam adeatur, extiterit conditio: furti jam agi non potest, quia desit interesse heredis. Pendente autem conditione, tanti aestimandus est, quanti emptorem potest invenire. §. 30. Idem libro XXXVIII. Si quis ex domo in qua nemo erat, rapuerit: actione de bonis raptis in quadruplum convenitur, furti non manifesti, videlicet si nemo eum deprehenderit tollentem.

De janua effracta. De proposito & voluntate delinquentis. 1. De commodato. 3. De negotiis gestis. De tutore. 4. De donatione. 53. PAULUS lib. 39. ad Edictum. Qui injuriæ causa januam effregit, quamvis inde per alios res amotæ sint, non tenetur furti: nam maleficia voluntas

& propositum delinquentis distinguit. §. 1. Si servus commo- datoris rem subripuerit, & solvendo sit is, cui subreptum est: Sabinus ait, posse & commodati agi cum eo, & contra dominum fur- ti servi nomine. Sed si pecuniam, quam dominus exegit, reddat, evanescere furti actionem. Idem, & si remittat commodati actionem. §. 2. Quod si servus tuus rem tibi commodatam subripuerit: furti tecum actio non est, quia tuo periculo res sit; sed tantum com- modati. §. 3. Qui alienis negotiis gerendis se obtulit, actionem furti non habet, licet culpa ejus res perierit: sed actione negotiorum gestorum ita damnandus est, si dominus actione ei cedat. † Eadem sunt in eo, qui pro tutore negotia gerit: vel in eo tutore, qui dili- gentiam præstare debeat; veluti qui ex pluribus tutoribus testa- mento datus, oblata satisfactione solus administrationem suscepit. §. 4. Si ex donatione alterius rem meam teneas, & eam subripiam: ita demum furti te agere mecum posse Julianus ait, si interfit tua re- tinere possessionem. veluti si hominem donatum noxali iudicio defendisti, vel ægrum curaveris, ut adversus vindicantem justam retentionem habiturus sis.

De pignore. 1. De eo, qui ex alieno largitur, vel usum rei alie- na in suum lucrum convertit. 2. De fure occidendo. De teli appella- tione. 3. Differentia inter actionem, & conditionem vindicationem- que. 4. De eo, qui instrumenta furi commodavit. 5. De transactione. 54. GAJUS lib. 13. ad Edictum provinciale. Si pignore creditor utatur, furti tenetur. §. 1. Eum, qui quid utendum accepit, ipse alii commodaverit, furti obligari re- sponsum est. † Ex quo satis apparet, furtum fieri, etsi quis usum alienæ rei in suum lucrum convertat: nec movere quem debet, quasi nihil lucri sui gratia faciat. Species enim lucri est, ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere. Unde & is fur- ti tenetur, qui ideo rem amovet, ut eam alii donet. §. 2. Furem interdum deprehensum non aliter occidere Lex XII. tabular. per- mitit, quam si telo se defendat. † Teli autem appellatione & ferrum, & fustis, & lapis, & denique omne, quod nocendi causa habetur, significatur. §. 3. Cum furti actio ad poenam perfectio- nem pertineat, conditio vero, & vindicatio ad rei recuperatio- nem, apparet, recepta re, nihilo minus salvam esse furti actionem: vindicationem vero, & conditionem tolli: sicut ex diverso post solutam dupli aut quadrupli poenam, salva est vindicatio & conditio. §. 4. Qui ferramenta sciens commodaverit ad effrin- gendum ostium, vel armarium, vel scalam, sciens com- modaverit ad ascendendum, licet nullum ejus consilium principaliter ad furtum faciendum intervenerit, tamen furti actione tenetur. §. 5. Si tutor qui negotia gerit, aut curator, transegerit cum fure, evanescit furti actio.

De pignore. 55. ULPIANUS lib. 3. Disputationum. Cum creditor rem sibi pignoratam aufert, non videtur contrec- tare sed pignori suo incumbere. De fure sapius conveniendo. 1. De fure ad magistratum dedu- cto. 2. De re peculiari. 4. De tutore vel curatore. 56. JULIANUS lib. 22. Digestorum. Interdum fur etiam manente poenæ obligatione, in quibusdam casibus rursus obligatur, ut cum eo sapius ejusdem rei nomine furti agi possit. Primus casus occurrit, si possessionis causa mutata esset: veluti si res in domini potestatem rediisset, eandemque idem subri- peret, vel eidem domino, vel ei, cui is commodasset, aut vendidisset. Sed, & si persona domini mutata esset, altera poena obligatur. §. 1. Qui furem deducit ad Praefectum vigilibus, [vel] ad Prae-

fectum delinquentis distinguit. 33 Id est, volentis furtum committere, l. 25. in fin. §. 1. 50. §. 2. sup. h. t. l. 21. in fin. sup. ad l. Aquil. l. 37. sup. de usurpationib. §. 7. in fin. Inf. de oblig. qua ex delicto. adde & latitare, l. 7. §. 5. sup. quib. ex caus. in possess. in convi- ciantem injuriam referre. l. 5. C. de injuriis. interficere, l. 1. C. ad leg. Corn. de sicariis. ta- bulas supprimere, l. 3. §. 6. sup. de tabulis exhibend. adde & volentis conditionem appone- re, l. 19. sup. de condit. Et demum, vel utriusque quotidiana, vel ætiva, l. antepenult. sup. de aqua quotidiana. hinc Seneca 6. de benefic. 8. Beneficium ab injuria distinguit non eventus, sed animus. 34 Mihi scilicet, quam tu mihi commodasti. 35 Id est, commodatarius. 36 l. 21. sup. commodati. aliud erit, si tu ipse. l. 71. J. h. t. 37 Ultra, ac volens. l. 85. J. h. t. 38 De quo l. 4. C. de tutore vel curatore, qui non satisfecit. 39 Eius inter- est furtum retinere, qui noxali iudicio servum defendit. 40 Damnum, vulg. 41 Et sumptus fecisti. 42 Retinere propter impensas rem alienam possumus adversus dominum vindicare. 43 §. 6. Inf. de obl. qua ex delicto. 44 Imo non tenetur, quia locare potest. l. 11. §. 1. l. 23. sup. de pignori. 45 Puta pignori, facit l. 78. sup. de solut. 46 Alienum largiens lucrum facit, hinc illud Seneca: a hinc de alieno liberalis sum. 2. epist. 16. 47 Et ex eo beneficium &c. 48 Cur? per eum modum facit, ut alius re mea utatur. 49 Nocturnum furem Romani permittunt occidi: Si (inquit lex) aliquis occidit, jure casus esto. Macrobi. 1. Saturnal. 6. l. 9. J. ad leg. Corn. de sicariis. l. 4. sup. ad l. Aquil. 15. Ecl. 2. ex lib. 10. tit. 2. c. 7. Plato 9. de legib. Augustin. 2. quæst. super Exodum. cap. perfidens, extra. de homicid. Exod. 22. vers. 2. 3. & merito: nec enim multum abest a proditore. Senec. 5. declamat. ultim. Interdium, si deprehensus se tulo defenderit. 11. Gell. ultim. Cicero pro Milone. & in oratione pro Marco Tullio, apud Quintilian. lib. 5. Interdium meminit l. 4. sup. ad l. Aquil. l. 2. inf. de furtibus balneariis. Græcis νυκτοδρόμης, & κλεψύρος, cui opponitur κλεψοποιός, id est, dormitator, & νυκτοδρόμος fur nocturnus. vide Cujacium 11. observat. 27. Harmenopolus aliam diffin- itionem adfert, cuique scilicet permittit nocturnum furem extra civitatem interficere, etiam si miles sit: in urbis non licere, nisi telum pisset: utrobique oportere eum, qui furem occidat, cum clamore testificari: nocturnum autem impune interfici, si aliter ei sine periculo vite parcere non possumus, 6. Harmenop. 5. de fure nocturno in eam rem, vide Cujacium 14. observ. 15. 50 l. 9. l. 11. §. 1. J. ad l. Jul. de vi publica. l. 233. §. 2. J. de verb. signif. Paul. 5. sent. 2. §. 3. in fin. §. 5. versic. telum. Inf. de publicis judiciis. 14. Ecl. 2. ex lib. 10. tit. 2. cap. 7. §. 1. l. 2. tit. 2. cap. 234. §. 1. l. 5. tit. 9. ex lib. 60. tit. 18. cap. 10. 6. Harmen. 5. 51 l. 7. §. 1. sup. de condit. furtiva. 52 Conditioni- bus & vindicationibus res nostras recuperamus. 53 l. 12. C. h. t. 54 Et poenam Rei recuperatio a fure eum non liberat a poena furtiva, l. 48. sup. §. 1. J. §. 1. l. 3. C. h. t. excipit l. 56. §. 1. J. h. t. 55 Adde l. 10. sup. de cond. furt. 56 Vide tit. de effractorib. J. h. t. 57 l. 39. l. 43. sup. h. t. 58 l. 3. §. 2. sup. de offic. Prae- fecti vigillum. 59 §. 11. Inf. de oblig. qua ex delicto. adde l. ult. sup. de divisi. rer. 60 l. 45. §. 1. in fin. h. t. 61 Imo non evanescit furti actio: nec enim permittitur tu- tori transigere. l. 46. in fin. sup. de admn. Et peric. tutor. adde l. 3. C. vi bonor. rapt. 62 Invo domino. 63 Potius scilicet. 64 Et sic sibi prodesset velle, iustique suum conservare, non alteri nocere. 65 Imo, tali incubatione jus pignoris videtur amittere. l. 13. sup. de eo, quod metus causa. l. 7. C. unde vi. 67 l. 46. in fin. sup. h. t. 68 l. 47. sup. h. t. 69 Praefectus vigillum de furtibus cognoscebat, l. 3. §. 1. sup. de off. Praef. vigil. eoque interdum ponebat capitaliter, l. 16. sup. de cond. causa dat. An privata tantum pecunia fures? ait Fornet. 1. fidei. 15. negat Cujac. 15. obs. 37.

1 Adde l. 3. sup. de SC. Maced. 2 l. 17. sup. de solut. 3 Adde l. 48. in fin. sup. h. t. 4 l. 16. C. de pign. vel emerit. l. 74. sup. pro socio. 5 l. 67. J. h. t. 6 Veluti si quis sciebat se furari: ita hunc locum interpretantur Græci adde §. 23. §. 24. J. h. t. 7 V. l. 6. sup. h. t. 8 l. 53. in fin. J. de verb. sig. adde l. 6. sup. de cond. furtiva. 9 Alium in equas duntaxat duntaxat cogere, est in spem gen- tis, ut Virgilius 3. Georgicon vers. 72. loquitur. Talis submissio furti quoddam genus est, ut Homerus declarat Iliad. 5. vers. 252. 253. τῆς γενεῆς ἐκείνης αἰῶς ἀδελφῶν Ἀρχίσιος ἀδελφῶν Ἀσπιόδωρος ὀπισθῶν Ἰπλέας ἱππέας, ac dicitur eleganter ea submissio ab Eusta- thio κλοπή τις εἰρησμητική. Id est, furtum quoddam attentum & diligentem patrifamilias, & cupientis rem suam augere minima reprehensione: nam: qui ex equabus nascuntur, do- minum equarum sequuntur, l. 5. §. 2. sup. de rei vindicat. ut magis videatur ille subtra- xisse sibi ex alienis equis prolem, quam equos alienos subripuisse. vide Cujac. 13. obs. 6. 10 Varro 60. apud Nonium, cap. 2. nota. 9. An si equam emissis quadrupedem, ut meo alino Reatinio admitteres: nisi malis legere, ut ei meam alinum Reatinio admitteres) quan- tum proposuissent dares (ita legendum, non dedisses), equamenti (ita rursus legendum est, non æquamenti. Nam Nonius illo loco equimentum interpretatur mercedem pro eo, quod dicitur admissum: hic autem quis alium in equam suam dicitur admisisse τῆς γενεῆς χάριν, ut hinc constat superioris sententiam Varronis Nonium illo capite retulisse in literam A, quasi equimentum legendum esset: cum potius referre deberit in literam E, ut equimen- tum sit, merces equi, vel alini in equam admissi. 11 Hinc quidam colligunt, Heren- nium Modestinum, Ulpiani fuisse discipulum, sed tamen in vulgata legitur Modestino Pro- consuli de Dalmatia. 12 Nota aditioni fur. succedere actionem in factum, ut & in l. 50. in fin. sup. h. t. l. 66. §. 4. J. h. t. l. 48. sup. de legat. l. 9. §. 11. versic. Et hoc veteres. Inf. de oblig. qua ex delicto. 13 Cui bono, quemve in finem? ad equimentum, hoc est, mercedem, quam solent dominis dare pro equi admissione, ut ex Nonio paulo ante ostendi. 14 l. 66. §. 4. inf. h. t. 15 Furti teneris, vulgat. Haloband. Imo doli. l. 43. §. 3. in fin. sup. h. t. 16 Ponderibus iniquis, vel itatis qui sciens utitur, vel emendo, ut hic, vel vendendo, l. 18. §. 3. in fin. sup. de dolo. furti tenetur & falsi, l. 6. inf. de extraord. crim. l. ultim. C. de suscept. lib. 10. tit. 70. §. 1. l. 2. C. de ponderatoribus. lib. 10. tit. 71. huc refer Levitic. 19. vers. 35. Et seq. Deut. 25. vers. 13. Et seq. Novell. 128. cap. 15. possunt tamen contrahentes scienter consentire in pondera majora vel minoria, l. 71. sup. de contrah. empt. 17 Vel locati, argum. l. 14. §. 7. in fin. sup. de servo corrupto. 18 Id genus corruptelæ maximum est, quam eo dominus contemnat. l. 9. §. 1. l. 15. sup. de servo corrupto. 19 Linea margaritarum, de qua vide l. 26. sup. ad l. Falcidiam. l. ultim. in fin. sup. de auro. Linea a lino forte dicta, 19. Hidor. 18. quo etiam margaritas conungebant. Tertullian. de cultu fam. Uno lino decies sestertium inferitur, & Beatus Hieronymus in vita Pauli Heremite: Uno filo villarum infunt prenia. Brisj. Hinc monol. na & trilinea. 20 Adde l. 19. sup. h. t. l. 8. sup. de rei vindicat. 21 Qualiacunque, 22 Adde l. 19. §. 3. sup. h. t. 23 l. 28. in fin. sup. de pactis. l. 7. sup. de donation. 24 Non contrectet, vulgata. 25 Imo non servatur. l. 13. §. 2. sup. de jurjurando. 26 l. 23. sup. ad l. Aquil. l. 11. sup. ad exhib. l. 3. sup. de cond. furt. 27 l. 50. §. h. t. quanti vendi potuit. 28 Imo manifesti. l. 80. §. 3. J. h. t. 29 De effractoribus dicam J. tit. de effractorib. 30 Imo tenetur: nam qui inimicitiarum, aut injuriæ, non furti principaliter faciendi causa, furtum alteri persuadet, furti tenetur. l. 50. §. 1. sup. h. t. 31 Aristot. 5. Ethic. 8. ἡ ἀδικία ἢ ἡ ἀκαταπραγία ὁρίζεται τῷ ἐπιτηρῆναι ἢ ἀκρίβειαν, vide l. 1. l. 2. sup. de legib. ubi dicit. 32 Voluntas & propositum malef-

dem

dem 1, existimandus est elegisse viam, qua rem persequeretur: & si negotium ibi terminatum, & damnato fure recepta est pecunia sublata, in simplum videtur furti quæstio sublata; maxime si non solum rem furtivam fur restituere iussus fuerit, sed amplius 2 aliquid in eum iudex constituerit. † Sed etsi nihil amplius, quam furtivam rem, restituere iussus fuerit, [nec amplius aliquid in eum iudex constituerit:] ipso quod in periculum majoris poenæ 3 deductus est fur, [intelligendum est] quæstionem furti sublata 4 esse. §. 2. Si res peculiaris subrepta in potestatem servi redierit 5, solvitur furti vitium, & incipit hoc casu in peculio esse, & a domino possideri. §. 3. Cum autem servus rem suam peculiarem furandi consilio amovet, quamdiu eam retinet, conditio ejus non mutatur: nihil enim domino abest, sed si alii tradiderit 6, furtum facit. §. 4. Qui tutelam gerit, transgredere cum fure potest 7, & si in potestatem suam redegerit rem furtivam, definit furtiva esse: quia tutor 8 domini 9 loco habetur. † Sed & circa curatorem furiosi eadem dicenda sunt: quia adeo personam domini sustinet, ut etiam tradendo 10 rem furiosi alienare existimetur. † Condicere autem rem furtivam tutor 11 & curator furiosi eorum nomine possunt. §. 5. Si duo servi tui vestem & argentum 12 subripuerint, & alterius nomine tecum de veste actum fuerit, alterius de argento agatur: nulla exceptio dari debet ob eam rem, quod jam de veste actum fuerit.

De eo, qui specum fecit, & cretam abstulit.

57. ALFENUS 13 [lib. 4. Digestorum a Paulo epitomatorum]. SI cretæ fodiundæ causa specum 14 quis fecisset, & cretam abstulisset, fur est: non quia fodisset, sed quia abstulisset.

De filiofamilias.

58. JULIANUS 15 [lib. 4. ad Urseium Ferocem]. SI filiofamilias furtum factum esset, recte is paterfamilias factus eo nomine agat 16. † Sed & si res ei locata subrepta fuit, paterfamilias factus, itidem agere poterit.

De commodato.

59. IDEM lib. 3. ex Minicio. SI is, qui rem commodasset 17, eam [rem] clam abstulisset, furti cum eo agi non potest: quia 18 suum recepisset, & ille 19 commodati liberatus esset. hoc tamen ita accipiendum est, si nullas retinendo 20 causas, is, cui commodata res erat, habuit: nam si 21 impensas necessarias in rem commodatam fecerat, interfuit 22 ejus, potius per retentionem eas servare, quam ultra commodati agere: ideoque furti actionem habebit.

De ancilla fugitiva & partu ejus.

60. AFRICANUS lib. 7. Quæstionum. ANCILLA fugitiva quemadmodum sui 23 furtum facere intelligitur, ita partum 24 quoque contrectando, furtivum facit. De servo communi. 1. De servo pignorado vel vendito, 5. Vel empto mandatu alieno vel deposito, 6. Vel commodato. 7. Hypothecaria. 8. De fructibus fundi locati. 9. De statulibero.

61. IDEM lib. 8. 25 Quæstionum.

SI servus communis uni ex dominis furtum fecerit, communi dividendo 26 agi debere placet: & arbitrio iudicis contineri, ut aut damnum præstet, aut parte cedat. † Cui consequens videtur esse, ut etiam si alienaverit suam partem, similiter & cum emptore agi possit: ut quodammodo 27 noxalis actio caput 28 sequatur. † Quod tamen non eo usque producendum ait, ut etiam si liber sit factus, cum ipso agi posse dicamus: sicuti non ageretur, etiam si proprius fuisset. † Ex his igitur apparere, [&] mortuo servo nihil esse, quod actor eo nomine consequi possit: nisi forte quid ex re furtiva ad socium pervenerit. §. 1. His etiam illud consequens esse ait, ut & si is servus, quem mihi pignori dederis, furtum mihi fecerit: agendo, contraria pignoratitia consequar, uti similiter aut damnum decidas 29, aut pro noxæ deditioe hominem relinquis. §. 2. Idem 30 dicendum de eo, quem convenisset in causa redhibitionis esse: uti quemadmodum accessiones 31 & fructus emptor restituere cogitur 32, ita & e

contrario venditor quoque vel damnum decidere, vel pro noxæ deditioe hominem relinquere cogatur: nisi 33 quod in his amplius sit.

§. 3. Quod si sciens quis ignoranti furem pignori dederit, omnimodo damnum præstare cogendus est: id enim bonæ fidei convenire.

§. 4. Sed in actione empti præcipue spectandum esse, qualem servum venditor repromiserit. §. 5. Quod vero ad mandati actionem attinet, dubitare se ait, num æque dicendum sit omnimodo damnum præstari debere? Et quidem hoc amplius, quam in superioribus causis servandum, ut etiam si ignoraverit is, qui certum [hominem] emi mandaverit, furem esse, nihilominus tamen damnum decidere cogetur: iustissime enim procuratorem 34 allegare, non fuisse se id damnum passurum, si id mandatum non suscepisset. Idque evidenti 35 in causa depositi 36 apparere. nam licet alioquin æquum videatur, non oportere cuiquam plus damni per servum evenire, quam 37 quanti ipse servus sit: multo 38 tamen æquius esse, nemini officium suum 39, quod ejus, cum quo contraxerit, non etiam sui commodi causa suscepit, damnosum esse. Et sicut in superioribus contractibus, venditione, locatione, pignore, dolum ejus, qui sciens reticuerit 40, puniendum esse dictum sit: ita in his culpam eorum, quorum causa contrahatur, ipsis potius damnosam esse debere. Nam certe mandantis culpam 41 esse, qui talem servum emi sibi mandaverit: & similiter ejus, qui deponat, quod non fuerit diligentior circa monendum, qualem servum deponeret. §. 6. Circa commodatum autem merito aliud existimandum: videlicet quod tunc ejus solius 42 commodum, qui utendum rogaverit, versetur. ita eum, qui commodaverit, [sicut in locatione, si 43 dolo quid fecerit 44] non ultra pretium servi quid amissurum. quin etiam paulo remissius circa interpretationem 45 doli mali debere nos versari: quoniam (ut dictum sit) nulla utilitas commodantis interveniat. §. 7. Hæc ita puto vera esse, si nulla culpa ipsius, qui mandatum vel depositum suscepit, intercedat. ceterum si ipse ultro ei custodiam, argenti forte vel nummorum, commiserit, cum alioquin nihil unquam dominus tale quid fecisset: aliter existimandum est 46. §. Locavi tibi fundum, & (ut adsolet 47) convenit, uti fructus ob mercedem pignori mihi essent. si eos clam deportaveris 48, furti tecum agere 49 posse aiebat 50. sed & si tu alii fructus pendentes vendideris, & emptor eos deportaverit, consequens erit, ut in furtivam causam eos incidere dicamus. etenim 51 fructus, quamdiu solo 52 cobarcent, fundi 53 esse: & ideo colonum, quia voluntate domini eos percipere videatur, suos fructus facere: quod certe in proposito non æque dicitur; qua enim ratione coloni fieri possint, cum emptor 54 eos suo nomine cogat? §. 9. Statuliberum 55, qui, si decem dederit, liber esse iussus erat, heres noxali iudicio defendatur: pendente iudicio servus datus decem heredi, ad libertatem pervenit. Quæritur, an non aliter absolutio fieri debeat, quam si decem, quæ accepisset heres, actori dedisset? Referre existimavit, unde ea pecunia data esset. ut si quidem aliunde, quam ex peculio, hæc saltem præstet; quoniam quidem si nondum ad libertatem servus pervenisset, noxæ deditus, ei, cui deditus esset, daturus fuerit: si vero ex peculio, quia nummos heredis dederit, quos utique is passurus eum non fuerit ei dare, contra statuendum.

De eo, qui fugitivo iter monstrat.

62. MARCIANUS lib. 4. Regularum. FURTUM non 56 committit, qui fugitivo iter monstravit 57.

De infamia.

63. MACER lib. 2. Publicorum Judiciorum. NON 58 poterit 59 Præses provincie efficere, ut furti damnatum non sequatur infamia 60.

De servo legato.

64. NERATIUS lib. 1. Membranarum. ATITIO herede homo Seio legatus, ante 61 aditam hereditatem Titio furtum fecit 62: si adita hereditate Seius legatum ad se pertinere voluerit, furti, ejus servi nomine agat cum eo Titius; quia neque tunc 63, cum faceret furtum, ejus fuit. & ut maxime quis existimet, si servus esse cœperit ejus, cui furtum fecerat, tolli furti actionem, ut nec si alienatus sit, agi possit eo nomine: ne post aditam quidem hereditatem Titii factus est: quia ea 64, quæ legantur 65, recta 66 via ab eo, qui legavit, ad eum, cui legata sunt, transeunt 67.

1 Vid. l. 13. sup. de offic. Præsid. 2 Id est, majorem poenam. adde l. 15. sup. de cond. causa data. Cur majorem? forte quia fur erat nocturnus, qui graviori puniri solet. vide Cujac. 14. obs. 15. in fin. 3 Pura mortis. l. ult. in fr. h. t. & d. l. 15. Furtum capitale est pro qualitate rei & personæ. 4 Transactam. §. l. 4. §. 7. sup. de usurpat. 5 Facit lex 10. C. quod cum eo. 6 Tutor transgredere cum fure potest. l. 54. in fin. sup. h. t. l. 96. §. 1. sup. de solutionib. ut & novare. l. 22. sup. de administr. & peric. tutor. Imo non potest. l. 46. in fin. sup. de administr. & peric. tutor. l. 22. C. de pact. 7 Et curator, ut mox sequitur. 8 l. 27. sup. de admin. & peric. tutor. l. 7. §. 3. §. pro emptore. vice dominorum, l. 11. §. 7. sup. quod vi aut clam. adde l. 7. sup. de in litem jutando. l. 2. C. de questionib. & e contrario quandiu pupillus sub tutoribus est, & dicitur Ceteri dicitur. Gal. 4. vers. 1. id est, nihil differt a servo. 9 Utiliter: alias nihil agit. l. 12. sup. de curatore furios. 10 l. 85. in fr. & l. 53. §. 3. sup. h. t. 11 Agitur & eod. tit. 18. Ecl. 8. ex lib. 60. tit. 12. c. 53. §. 6. 12 African. Basilic. ita legunt. 13 Specus est sub terra cuniculus. vide l. 1. §. 33. sup. ne quid in loco publico. vide Cujac. 16. obs. 17. 14 Ulpian. Basilic. & male. 15 Antea non ager, sed ejus pater. l. 14. §. 13. sup. h. t. 16 l. 15. §. ult. sup. h. t. adde l. 21. §. commodati. 17 Suum qui recipit, furti non tenetur. 18 Qui commodato rem accepit, hoc est, commodatarius. 19 Retinendi. vulg. Hal. 20 Ut in l. 25. l. 26. sup. de procuratorib. 21 Interit nostra potius retinere, quam agere, & de novo rem adipisci. Illud eo facilius est atque commodius. huc facit quod probat Cujac. 8. obser. 2. Legis Falcidie seu quartæ retentionem dari, non vindicationem. 22 Sui furtum facit fugitiva l. 1. C. de ser. fugit. l. 15. in fin. sup. de acquir. vel amit. possess. 23 l. 12. C. h. t. Fugitiva ancilla & seipsum & partum suum quocumque furari intelligitur. 24 Vide Cujac. 8. ad Afric. fol. 159. 25 Non furti. l. 8. §. de noxalib. 26 Id est, quasi noxalis, quia lis æstimatur in simplum tantum. l. 16. in fin. sup. familia. noxalis in duplum vel quadruplum. Cujac. ibid. 27 Vide l. 1. in fin. sup. de privatis delict. 28 Id est, præstes, transigas, pacificaris. Verbum decidere, est unum ex legibus 12. tabularum. l. 7. sup. de condit. furtiva. vide Cujac. 10. obser. 11. §. 5. J. & l. 46. §. 5. sup. & l. 13. C. h. t. l. 9. §. 2. in fin. §. de minoribus. l. 7. §. de condit. furtiva. 29 Quod in servo pignorado dictum est. 30 l. 23. §. 9. sup. de adilitio. 31 Redhibitoria actione. 32 Id est, nisi in his casibus amplius sit, & præterea compelli possit debitor omnimodo damnum decidere. amplius est si iciverit talem servum esse, §. 3. in fr. h. t. aut repromiserit furem non esse. §. 4. in fr. h. t. vide Cujac. 8. ad Afric. fol. 160. 33 Vel mandatarium. l. 26. §. 7. sup. mandati. 34 l. 50. §. 1. sup. de act. empti. l. 50. §. 1. sup. de jure dot. adde & l. 36. §. 2. sup. de usufruct. 35 l. 31. in fin. sup. de pignorat. 37 l. 7. §. 1. sup. de damn. 38 Equo aliud æquius est. 39 Officium nemini oportet esse damnosum. l. 7. sup. test. quemad.

aper. l. 140. J. de regul. juris. l. 27. §. 15. §. ad SC. Trebellian. l. 1. l. 29. §. ex quibus caus. major. 40 Retinuit. Hal. 41 Mandati contraria actione venire culpam levisimam, hinc colligit Bartolus, quod dominus in id teneatur, quod diligentiores quique tenentur præstare. 42 In commodato solius accipientis commodum versatur. 43 Si dolo id fecerit, Hal. si non dolo quid fecerit. vulg. 44 Τὰς τῶν εἰδῶς αὐτῶν ἀδέκτων εἶναι, χιρῶν αὐτῶν. Interpretatio κατὰ πῶδα, relata a Cujacio 8. ad Afric. fol. 171. adde l. 22. in fin. sup. commodati. 45 Interpres doli mali, est iudex, sicut & bonæ fidei. l. 48. circa medium. sup. de pactis. 46 Nam ita servo opportunitatem furti faciendi præbuit. 47 l. ult. C. de remission. pign. usus obtinuit, ut idem servetur etiam non adjecta ejusmodi clausula; nam quæ sunt moris & consuetudinis, in bonæ fidei iudicis veniunt. l. 31. §. 20. sup. de adit. edit. unde colligit Cujac. ibid. posse hodie defendi in omnibus testamentis tacite intelligi clausulam codicillarem, quod solet scribi frequentissime, & omnium testatorum ea sit mens, quæ Lucio Titio, l. penult. §. ult. sup. de leg. 2. ut iudicia defunctorum valeant quoquo modo. 48 Id est, loco moveris, & in alium translatis. adde l. 25. in fin. sup. h. t. 49 Me. 50 Julianus. 51 Hæc verba, quæ sequuntur, eo pertinent, ut intelligatur eos fructus non pervenisse in potestatem coloni. 52 Suo loco. Archetyp. Floren. τῶ ἰδίῳ τόπῳ Basil. vide Cujac. ibid. 53 Fructus pendentes veniunt in rei vindicatione, l. 44. sup. de rei vindic. emptione, l. ult. §. penultim. §. qua in fraud. cred. legatis, l. 27. sup. de usufruct. augent hereditatem in Falcidia ratione. l. 9. sup. ad l. Falcid. 54 Colonum (ut & usufructuarius) fructus suos non facit, nisi ipse eos perceperit. 55 Id est, eum, cui relicta est directa libertas in diem vel conditionem. vide hic Cuj. 56 Adde l. 36. sup. h. t. atque is servus a juvare videatur ad malefaciendum, l. 1. §. 3. sup. de servo corrupto. & sui ipsius furti viam ad furtum faciendum aperit. 57 Iter monstrans fugitivo, non eo solo furtum committit. 58 Quoties una poena ipso jure per legem imponitur, altera per iudicem, possunt variæ illæ poenæ in eundem cadere ex diversis legibus. 59 Imo poterit efficere, ne sit infamia, puta si datus eum, quam oportuit, condemnavit. l. 8. C. ex quib. caus. infam. Goth. Et iudex quando aliquem injuriarum condemnat. potest in sententia famam & bonum nomen injuriarum conservare. vide Wefenb. conf. 22. num. 26. Gail. lib. 1. obs. 65. n. 6. Anf. 60 Furti quocumque generis damnatus, est infamis, Paul. 2. sent. 31. §. 14. l. 6. sup. de his, qui notantur infamia. 61 l. 44. in fin. sup. h. t. l. 70. sup. de legat. 1. 62 Vid. Anton. Guiberrus lib. 1. quæst. jur. c. 14. Corasius ad l. et, qui. n. 7. de servit. Menchaca illustr. controu. c. 69. Mod. 63 l. 1. §. 13. sup. de SC. Silan. 64 Legata recta via transeunt a legante ad legatarium. 65 Non tamen conditionalia, quæ pendente conditione sunt heredis. Alias exceptiones vide apud Socin. reg. 221. 66 l. 9. §. 5. sup. de pecul. l. 30. sup. de leg. 2. ab adita hereditate sc. l. 86. §. 2. sup. de leg. 1. 67 Vid. l. ult. §. 8. C. de curatore furios.

De poenitentia.

65. ULPIANUS lib. 1. ad Edictum Aedilium Curulium. Qui ea mente alienum quid contrectavit, ut lucrifaceret, tamen si mutato consilio id domino postea reddidit, fur est: nemo enim tali peccato poenitentia sua nocens esse desit.

De venditione pignoris. 1. De legato. 2. De mulione in jus vocato. 3. Si dispensator manumissus vel tutor post pubertatem exegit. 4. De eo, qui Titium commendavit, quasi idoneum cui credatur; deinde alium adduxit quasi Titium. 5. De stipulatione, per te non fieri.

66. PAULUS [lib. 7. ad Plautium]. Si is, qui rem pignori dedit, vendiderit eam, quamvis dominus sit, furtum facit, si eam tradiderat creditori, si speciali pactione tantum obligaverat. idque & Julianus putat. §. 1. Si is, cui res subrepta [sit], dum apud furem sit, legaverat eam mihi: an si postea fur eam contrectet, furti actionem habeam? Et secundum Octaveni sententiam mihi soli competit furti actio, cum heres suo nomine non habeat: quia quacunq[ue] ratione dominium mutatum sit, domino competere furti actionem constat. §. 2. Eum, qui mulionem dolo malo in jus vocasset, si interea mulas perissent, furti teneri Veteres responderunt. §. 3. Julianus respondit, eum, qui pecuniis exigendis praepositus est, si manumissus exigat, furti teneri. Quod ei consequens est dicere & in tutore, cui post pubertatem solum est. §. 4. Si tu Titium mihi commendaveris, quasi idoneum, cui crederem, & ego in Titium inquisi, deinde tu alium adducas quasi Titium: furtum facies: quia Titium esse hunc credo. scilicet si & ille, qui adducitur, scit, quod si nesciat, non facies furtum: nec hic, qui adduxit, opem tulisse potest videri, cum furtum factum non sit; sed dabitur actio in factum in eum, qui adduxit.

§. 5. Si stipulatus de te sum, per te non fieri, quominus homo Eros intra Kalendas illas mihi detur: quamvis mea interesset eum non subripi, cum subrepto eo ex stipulatu non teneris; si tamen per te factum non sit, quominus mihi daretur, non tamen furti actionem me habere.

De deposito. 1. Quid aestimatur in actione furti. 2. De infante, qui apud furem adolevit. 3. Si servus, qui inemptus factus est, 4. Vel furtivus furtum fecerit. 5. De locatione finita. De rei consumptione.

67. CELSUS lib. 12. Digestorum. Inchoando depositum, nemo facit furtum: nec enim furtum est ipsa inficiatio, licet prope furtum est. Sed in possessionem ejus adipiscatur intervertendi causa, facit furtum. Nec refert in digito habeat annulum, an dactylitheca, quem cum [in] deposito teneret, habere pro suo destinaverit. §. 1. Si tibi subreptum est, quod nisi die certa dedisses, poenam promissisti, ideoque sufferre eam necesse fuit: furti actione hoc quoque coestimabitur.

§. 2. Infans apud furem adolevit: tam adolescentis furtum fecit ille, quam infantis; & unum tamen furtum est. ideoque dupli tenetur, quanti unquam apud eum plurimi fuit. Nam quod semel duntaxat furti agi cum eo potest, quid refert proposita quaestio? Quippe si subreptus furi foret, ac rursus a fure altero eum recuperasset: etiam si duo furta fecisset, non amplius quam semel cum eo furti agi posse. Nec dubitaverim, quin adolescentis potius, quam infantis aestimationem fieri oporteret. Et quid tam ridiculum est, quam meliorem furis conditionem esse propter continuationem furti existimare.

§. 3. Cum servus inemptus factus sit, non posse emptorem furti agere cum venditore ob id, quod is servus post emptionem, antequam redderetur, subripisset. §. 4. Quod furi ipsi furtum fecerit furtivus servus, eo nomine actionem cum domino furem habiturum placet: ne facinora talium servorum non solum ipsis impunitatem praestent, sed dominis quoque eorum quaestui erunt. plerumque enim ejus generis servorum furtis peculia eorundem augentur.

§. 5. Si colonus post lustrum conductionis anno amplius fructus invito domino perceperit, videndum ne messis & vindemiae furti cum eo agi possit? Et mihi dubium non videtur, quin fur [sit] et si consumpserit rem subreptam, repeti ea ab eo possit.

De re hereditaria.

68. MARCELLUS [lib. 8. Digestorum]. Hereditariae rei furtum fieri Julianus negabat, nisi forte pignori dederat defunctus, aut commodaverat.

69. SCAEVOLA lib. 4. Quaestionum. Aut in qua usufructus alienus est.

1 Poenitentia nemo nocens esse desit, ut hic. l. 1. §. 3. Supr. h. t. sic raptor poenam non evitat, etiam si rem raptam ante iudicium restituat. l. penult. infr. vi bon. rapt. 6. Harm. 7. sed quid, si statim eum poeniteat? videtur absolvendus. vid. Tirag. de panis. causa 60. 2 Poenitentia, vel etiam furti spontanea restitutione, nemo fur esse desinit. d. l. 1. §. 1. §. 25. Supr. de positi. l. 17. §. 1. in fin. Supr. de adil. l. 5. infr. vi bon. rapt. l. 3. C. de apostatis. 3 Imo desinit, si poenituit. l. 11. Supr. de in jus vocando. l. 18. Supr. de jurisdic. l. 14. §. 1. Supr. de eo quod metus causa. l. 4. §. 10. Supr. de usup. & de finere potest. l. 1. §. 1. in fin. §. de fugitiv. l. 1. C. de crimine felonat. vid. c. 5. de reg. in 6. sic sentio: In casibus a lege & iudice expressis poenitentiam admitti, alias non admitti. Porro poenitere videtur, qui voluntatem nudam habuit, actu vero abstinuit. Eo casu ignoscitur nudae cogitationi. l. 18. §. de panis. l. 19. §. ad leg. Corn. de falsis. cui non videtur in crimine majestatis ignosci. l. 5. C. ad l. Jul. majest. 4 Speciali scilicet non generali. l. 3. C. de servo pignori dato. 5 l. 14. §. 1. l. 19. in fin. l. 61. §. 8. Supr. h. t. §. 10. Infr. de oblig. qua ex delicto. 6 Pignori specialiter obligatum servum manumittere non possunt. l. 6. l. 9. Supr. in quib. causis pignus tacite. l. 42. §. 7. Supr. de leg. l. 1. l. 2. l. 3. C. de servo pign. dato manumiss. 7 Minus est enim obligare, quam tradere. 8 Ex nova contentatione datur actio furti singulari successori, & ita intellige l. 47. §. h. t. l. 8. Supr. de servo corrupto. dixi ad l. 10. C. de furtis. 9 l. 47. Supr. h. t. 10 Quia ope ejus furtum factum est. l. 50. §. 1. Supr. h. t. 11 Scien. scilicet non ignorans. l. 41. Supr. de reb. cred. l. 18. l. 35. Supr. de stipulationib. 12 l. 52. §. 21. Supr. h. t. 13 Vide d. l. 52. §. 20. in fin. Supr. h. t. 14 l. 13. Supr. §. l. 85. in fin. infr. h. t. 15 Seu cogitatio. l. 52. §. 19. Supr. h. t. prope furtum est, depositum inficiari. l. 1. §. 2. infr. h. t. 16 Cur prope furtum est? quia qui inficiatur depositum, proprie contrectat. vid. quae scripsi ad l. 1. in fin. Supr. h. t. 17 Is, qui depositum inficiatur. 18 Ut depositum suum faciat. 19 An datus hypothecae sit, quem cum vulg. 20 Dactylitheca annulorum capsula. l. 52. §. 8. l. 53. in fin. Supr. de legat. 3. Annularius Glos. vel potius annularium. dactylitheca Graecis annulus: Dactylithecam primus Romae habuit Scaurus 37. Plin. 1. Hinc collige, furtum annulorum fieri sola dactylitheca (in qua annuli continentur) contrectata. adde l. 77. infr. h. t. 21 Re sub poena debita contrectata, fur obligatur ad ipsam quoque onus poenae. 22 Id est, poenam.

70. MARCELLUS lib. 8. Digestorum. His enim casibus putabat hereditarium rerum fieri furtum & usufructum impediti: idcircoque heredi quoque actionem furti competere posse.

De commodato. 1. De eo, quod pro herede possidetur. De eo, quod interest.

71. JAVOLENUS lib. 15. ex Cassio. Si is, cui commodata res erat, furtum ipsius admisit: agi cum eo & furti & commodati potest: & si furti actum est, commodati actio extinguitur: si commodati, actioni furti exceptio objicitur. §. 1. Ejus rei, quae pro herede possidetur, furti actio ad possessorem non pertinet, quamvis usufructuarius quis possit: quia furti agere potest is, cujus interest rem non subripi. interesse autem ejus videtur, qui damnum passurus est: non ejus, qui lucrum facturus esset.

De libellis pro tribunali recitatis.

72. MODESTINUS lib. 7. Responsorum. Sempronia libellos, quasi datura Centurioni, ut ad officium transmitterentur, sed non dedit; Lucius pro tribunali eos recitavit, quasi officio traditos. Quæro: non sunt inventi in officio, neque Centurioni traditi: quo crimine subjiciatur, qui ausus est libellos de domo subtractos pro tribunali legere, qui non sint dati? Modestinus respondit, si clam subtraxit, furtum commissum.

De pignore.

73. JAVOLENUS [lib. 15. ex Cassio]. Si is, qui pignori rem accepit, cum de vendendo pignore nihil convenisset, vendidit; aut antequam dies venditionis veniret, pecunia non soluta, id fecit: furti se obligat.

De re bona fide possessa.

74. IDEM [lib. 4. Epistolarum]. Furtivam ancillam bona fide duorum aureorum emptam cum considerem, subripuit mihi Attius, cum quo & ego, & dominus, furti agimus. Quæro, quanta aestimatio pro utroque fieri debet? Respondit: Emptori duplo, quanti ejus interest, aestimari debet; domino autem duplo, quanti ea mulier fuerit. nec nos movere debet, quod duobus poena furti praestabitur: quippe, cum ejusdem rei nomine praestetur, emptori, ejus possessionis; domino, ipsius proprietatis causa praestanda est.

Si simulatus procurator effecit, ut sibi promitteretur.

75. POMPONIUS lib. 21. ad Quintum Mucium. Si is, qui simulabat se procuratorem esse, effecisset, ut vel sibi, vel cui me delegavit, promitterem: furti cum eo agere non possum. quoniam nullum corpus intervenisset, quod furandi animo contrectaretur.

De commodato & deposito. 1. De fure furtum passio.

76. IDEM lib. 38. ad Quintum Mucium. Qui re sibi commodata, vel apud se deposita, usus est aliter, atque accepit: si existimavit se non invito domino id facere, furti non tenetur; sed nec depositi ullo modo tenebitur. Commodati an teneatur, in culpa aestimatio erit, id est, an non debuerit existimare id dominum permissurum? §. 1. Si quis alteri furtum fecerit; & id, quod subripuit, alius ab eo subripuit: cum posteriore fure dominus ejus rei furti agere potest, fur prior non potest; ideo quod domini interfuit, non prioris furis, ut id, quod subreptum est, salvum esset. Hæc Quintus Mucius refert, & vera sunt. nam licet interfit furis rem salvam esse, quia conditione tenetur: tamen cum eo is, cujus interest, furti habet actionem, si honesta ex causa interest. nec utimur Servii sententia, qui putabat, si rei subreptæ dominus nemo exstaret, nec exstaturus esset, furem habere furti actionem: non magis enim tunc ejus esse intelligitur, qui lucrum facturus sit. dominus igitur habebit cum utroque furti actionem, ita ut si cum altero furti actionem inchoat, adversus alterum nihilominus duret: sed & conditionem, quia ex diversis factis tenetur.

De sacco pecuniarum habente.

77. IDEM lib. 13. ex Variis lectionibus. Qui sacco habentem pecuniam subripit, furti etiam sacci nomine tenetur, quamvis non sit ei animus sacci subripiendi.

23 l. 50. Supr. h. t. l. 13. in fin. Supr. de condic. furtiva. 24 Adde l. 9. Supr. h. t. 25 l. 17. §. 2. Supr. h. t. 26 Furi alius interdum furtum facit. 27 Servorum facinora dominis quaestui esse non debent. 28 Lustrum est quinquennium: sic dictum quod quinto quoque anno vectigalia per censores locata luebantur. adde l. 4. §. 1. Supr. de reb. credit. l. 30. §. 1. Supr. de leg. 3. 29 l. 13. §. 1. Supr. locati. 30 l. ultim. Supr. de condic. furtiva. 31 l. 40. in fin. Supr. de hered. pet. l. 40. in fin. Supr. de nov. l. 1. §. 15. infr. si is qui testam. liber. l. 2. l. ult. infr. expulsa hered. 32 Secus in damno. l. 43. Supr. ad l. Equil. 33 Ratio est in l. 1. §. 15. infr. si is qui testam. liber esse juss. Ant. 34 l. 14. §. 14. Supr. h. t. 35 l. 35. Supr. de usup. 36 l. 13. Supr. commodati. Goth. Adde l. 29. Supr. de positi. l. 42. Supr. locati. S. L. 37 Adde l. 88. infr. h. t. 38 Dixi ad l. 3. C. de except. 39 l. 10. l. 11. Supr. h. t. 40 l. 79. infr. h. t. 41 Imo & ejus, quia lucrum in eo quod interest comprehenditur. l. 13. Supr. ratam rem. 42 An divortii? an debitum aliquod continentes? potestrem probatur Bartolo, mihi prius. 43 Forte, quia marito militi irata non tradidit. tamen poenituit. l. 3. l. 7. Supr. de divortis. 44 Magistri militum, de quo officio loquitur l. 2. C. de officio Magistri militum. 45 An & injuria tenebitur? fit enim nobis injuria, quoties quis iniuriose nos ad tribunal iudicis trahit. l. 13. §. 3. infr. de iniuriis. 46 Est vendendi pignoris facultas creditori data non est, pignus tamen potest vendere, si modo prius denunciavit debitori, ut solveret, & is cessaverit. l. 4. Supr. de pignorat. 47 Et ita non cessante debitore. facit l. 8. C. h. t. 48 Duorum aureorum pretium, vulgat. duobus aureis, Haloand. de vulgari pretio servorum dicam ad l. 1. §. 1. C. de communi servo. 49 Vide quæ dixi ad l. 2. C. de furtis. 50 Unius rei nomine duobus, id est, uni proprietatis, alteri possessionis causa, poena praestari potest. 51 Nudis verbis furtum non est. l. 52. §. 19. Supr. h. t. 52 Incorporalium rerum furtum non fieri hinc colligitur. 53 l. 5. §. 8. Supr. commodati. 54 l. 45. §. 7. Supr. h. t. 55 Sapientis non est dicere, Non putabam. 56 Furi interest rem salvam esse. l. 12. §. 1. Supr. h. t. 57 l. 11. §. 3. 58 Extitimus. vulg. 59 Interesse. 60 l. 71. in fin. Supr. h. t. 61 l. 21. §. 1. l. 67. Supr. eod. Goth. Adde esp. 45. distinct. 50. Ant.

De re inspicienda data.

78. PAPINIUS lib. 8. Quæstionum. Rem inspiciendam quis dedit: si periculum spectet eum qui accepit, ipse furti agere potest.

De pignore.

79. IDEM lib. 9. Quæstionum. SI debitor pignus subripuit, quod actione furti solvit, nullo modo recipit.

De seruo vendito. 1. Quid venit in actionem furti. 2. De optione legata. 3. De rapina. 5. De falso procuratore, & falso herede.

80. IDEM lib. 12. Quæstionum. SI vendidero, neque tradidero servum, & is sine culpa mea subripiatur: magis est ut mihi furti competat actio. & mea videtur interesse, quia dominium apud me fuit, vel quoniam ad præstandas actiones teneor. §. 1. Cum autem jure domini defertur furti actio, quamvis non alias, nisi nostra interfit, competat: tamen ad æstimationem corporis, si nihil amplius interfit, utilitas mea referenda est. † Idque in statuliberis, & in legato sub conditione relicto probatur. † Alioquin diversum probantibus statui facile quantitas non potest. Quia itaque tunc sola utilitas æstimationem facit, cum cessante dominio furti actio nascitur in istis causis ad æstimationem corporis furti actio referri non potest. §. 2. Si ad exhibendum egissem, optaturus servum mihi legatum, & unus ex familia servus subreptus: heres furti habebit actionem. ejus interest: nihil enim refert, cur præstari custodia debeat. §. 3. Cum raptor omnimodo furtum facit, manifestus fur existimandus est. §. 4. Is autem, cujus dolo fuerit raptum, furti quidem non tenebitur, sed vi bonorum raptorum. §. 5. Si Titius, cujus nomine pecuniam perperam falsus procurator accepit, ratum habeat: ipse quidem Titius negotiorum gestorum aget, [&] ei vero qui pecuniam indebitam dedit, adversus Titium erit indebiti conditio, adversus falsum procuratorem furtiva durabit. electo Titio, non inique per doli exceptionem, uti præstetur ei furtiva conditio, desiderabitur. Quod si pecunia fuit debita, ratum habente Titio, furti actio evanescit: quia debitor liberatur. §. 6. Falsus autem procurator ita demum furtum pecuniaz faciet, si nomine quoque veri procuratoris, quem creditor habuit, adsumpto, debitorem alienum circumvenierit. † Quod æque probatur & in eo, qui sibi deberi pecuniam, aut heredi Sempronii creditoris, adseveravit, cum esset alius. §. 7. Qui rem Titii agebat, ejus nomine falso procuratori creditoris solvit, & Titius ratum habuit: non nascitur ei furti actio, quæ statim, cum pecunia soluta est, ei, qui dedit, nascitur; cum Titii nummorum dominium non fuerit, neque possessio, sed conditionem indebiti quidem Titius habebit; furtivam autem, qui pecuniam dedit: quæ, si negotiorum gestorum actione Titius conveniri coeperit, arbitrio judicis ei præstabitur.

De pecunia civitati subtracta.

81. IDEM lib. 1. Responsum. OB pecuniam civitati subtractam, actione furti, non crimine peculatus tenetur.

De fullone & sarcinatore. 1. De fructibus fundi locati. 2. De ancilla libidinis causa surrepta. 3. De tabulis & cautionibus.

82. PAULUS lib. 2. Sententiarum. FULLO & sarcinator, qui polienda vel facienda vestimenta accepit, si forte his utatur, ex contractatione eorum furtum fecisse videtur: quia non in eam causam ab eo videntur accepta. §. 1. Frugibus ex fundo subreptis tam colonus quam dominus furti agere possit: quia utriusque interest, rem persequi. §. 2. Qui ancillam non meretricem libidinis causa subripuit, furti actione tenebitur: & si supprefferit, pœna Legis Faviæ coërcetur. §. 3. Qui tabulas cautionesve subripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur. nec refert cancellata necne sint: quia ex his debitum magis solutum esse comprobari potest.

De eo, qui pro herede adprehendit. 1. De eo, qui una cum seruo suo furatus est.

83. NERATIUS lib. 1. Responsum. SI quis ex bonis ejus quem putabat mortuum, qui vivus erat, pro herede res adprehenderit, eum furtum non facere. §. 1. Ei cum quo suo nomine furti actum est, si servi nomine de alia re adversus eum agatur: non dandam exceptionem furti una facti.

1 l. 10. §. 1. supr. commodati. l. 17. §. 2. supr. de præser. 2 l. 22. in fin. pr. supr. de pignorat. l. 74. supr. de sol. 3 Id quod interest pecuniariter, etiam spectatur & venit in delictis. 4 l. 14. supr. h. t. l. 35. §. 4. in fin. supr. de contr. emp. §. 3. Distit. de emp. & vend. 5 l. 50. supr. h. t. 6 l. 3. §. 6. supr. ad exhib. l. 6. supr. de opt. 7 Eius quod interest. 8 Vid. l. 1. infr. vi bon. raptor. 9 Et ita semper in quadruplum tenetur. l. 52. in fin. supr. h. t. 10 l. 23. supr. de negot. 11 l. 14. supr. de quad. caus. dat. 12 l. 6. §. 9. supr. de negotiis. 13 Vid. l. 18. in fin. supr. de sol. l. 19. C. de furt. 14 l. 43. supr. h. t. 15 Conditio hæc furtiva datur ex causa domini translati: indebiti vero, ex causa possessionis translate: & sic ex diversis causis dantur. 16 Civitati qui pecuniam subtrahit, furti, non peculatus, tenetur. 17 Nec non. Alciat. l. dispensat. 5. reprehensus a Roberto, 2. recept. 2. vide quæ notavi ad l. 4. in fin. infr. ad l. Jul. peculatus. 18 Imo, tenetur peculatus, l. 4. in fin. infr. ad l. Jul. peculatus. 19 Vide l. 2. supr. de cond. sine causa. 20 l. 14. §. 2. l. 26. in fin. l. 52. §. 8. supr. h. t. 21 l. 39. supr. cod. vid. l. 60. Eclog. tit. πῆσι πρὸς ἐὐδὲν. 76. ex hoc emenda §. II. apud Paul. 2. sent. 31. 22 De plagiaris. l. 6. infr. ad leg. Fab. de plagiar. 23 l. 27. supr. h. t. Paul. 2. sentent. 31. §. 22. 24 Cancellatione scripturæ probatur debiti solutio. 25 Adde l. 1. supr. pro herede. 26 l. 35. in fin. l. 56. in fin. supr. h. t. 27 De exceptione furti una facti, vid. Edmund. Merill. lib. 1. observ. cap. 24. Anf. 28 l. 4. §. 13. supr. de usurpat. 29 l. 32. supr. de usurp. l. 6. §. 3. in fin. supr. de precario. 30 l. 10. l. 11. supr. h. t. 31 l. 67. in fin. supr. h. t. 32 l. 53. §. 3. l. 56. §. 4. supr. cod. 33 Ex stipulatu. l. 13. l. 66. in fin. supr. cod. 34 Adde l. 14. §. 10. l. 53. §. 3. supr. cod. 35 l. 4. §. 12. supr. de usurpat. 36 Quia abest ei pretium. l. 14. infr. de verb. sign. 37 Adde l. 15. supr. h. t. l. 13. supr. de distract. pign. 38 Vide l. 71. supr. h. t. 39 Adde l. 17. supr. cod. l. 21. in fin. C. cod. 40 Clientes qui, dixi in libris Feudo.

De usucapione.

84. PAULUS lib. 2. ad Neratium. QUAMVIS res furtiva, nisi ad dominum redierit, usucapi non possit, tamen si eo nomine lis æstimata fuerit, vel furi dominus eam vendiderit: non interpellari jam usucapionis jus dicendum est.

Cui datur furti actio.

85. IDEM lib. 2. Manualium. IS cujus interest non subripi, furti actionem habet, & si rem tenuit domini voluntate, id est, veluti is cui res locata est. † Is autem qui sua voluntate, vel etiam pro tutore negotia gerit, item tutor vel curator, ob rem sua culpa subreptam non habet furti actionem. † Item is, cui ex stipulato, vel ex testamento servus debetur, quamvis interfit ejus, non habet furti actionem: Sed nec is, qui fideiussit pro colono.

De usucapione.

86. TRYPHONINUS lib. 9. Disputationum. SI ad dominum ignorantem pervenerit res furtiva, vel vi possessa: non videtur in potestatem domini reversa. ideo nec si post talem domini possessionem bona fide ementi venierit, usucapio sequitur.

De pignore.

87. PAULUS lib. 1. Decretorum. CREDITORI actio furti in summam pignoris, non debiti competit. sed ubi debitor ipse subtraxisset pignus, contra probatur, ut in summam pecuniaz debitæ, & usurarum ejus, furti conveniretur.

De concursu hujus actionis, & vi bonorum raptorum.

88. IDEM lib. sing. de Concurrentibus actionibus. SI quis egerit Vi bonorum raptorum, etiam furti agere non potest. Quod si furti elegerit in duplum agere, potest & Vi bonorum raptorum agere sic, ut non excederet quadruplum.

De liberto, cliente, mercenario.

89. IDEM lib. singul. de Pœnis paganorum. SI libertus patrono, vel cliens, vel mercenarius ei qui conduxit, furtum fecerit: furti actio non nascitur.

De fullone. 1. De ope. De consilio.

90. JAVOLENUS lib. 9. ex Posterioribus Labeonis. FULLO actione locati de domino liberatus est: negat eum furti recte acturum Labeo. Item si furti egisset, prius quam ex locato cum eo ageretur, & antequam de furto judicaretur, locati actione liberatus esset: & fur ab eo absolvi debet. quod si nihil eorum ante accidisset, furem ei condemnari oportere. Hæc idcirco, quoniam furti eatenus habet actionem, quatenus ejus interest. §. 1. Nemo opem, aut consilium alii præstare potest, qui ipse furti faciendi consilium capere non potest.

De eo, qui scit sibi surripi.

91. LABEO lib. 2. Pithanon a Paulo epitomatorum. SI quis, cum sciret quid sibi subripi, non prohibuit: non potest furti agere. Paulus: Imo contra. nam si qui scit sibi rari, & quia non potest prohibere, quievit, furti agere potest. At si potuit prohibere, nec prohibuit: nihilominus furti aget. † Et hoc modo patronus quoque liberto, & is cujus magna verecundia, ei quem in præsentia pudor ad resistendum impedit, furtum facere solet.

De judicio criminali & civili.

92. ULPIANUS lib. 38. ad Edictum. MEMINISSE oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi, & eum, qui agit, in crimen subscribere: non quasi publicum sit judicium, sed quia visum est temeritatem agentium etiam extraordinaria animadversione coërcendam. Non ideo tamen minus, si qui velit, poterit civiliter agere.

TIT. III.

DE TIGNO JUNCTO.

De rei vindicatione. De actione in duplum. 1. De tigni appellatione. 2. De actione ad exhibendum.

I. ULPIANUS lib. 37. ad Edictum.

LEX XII. Tabularum neque soloere permittit tignum furtivum adibus vel vineis junctum, neque vindicare: quod providenter Lex effecit, ne vel adificia sub hoc pretextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur: sed in eum, qui convictus est junxisse, in duplum dat actionem. §. 1. Tigni autem appellatione con-

rum. Hi, ut sapius libertini, & mercenarii. l. 3. supr. de usu & habit. l. 5. supr. de his, qui essid. vel dejecer. l. 7. j. de captivis. l. 3. C. de novationib. de furtis domesticis dicam ad l. 11. §. 1. infr. de panis. 41 Mercenarius. vulg. Mal. 42 l. 48. §. 4. supr. h. t. 43 l. 23. in fin. l. 53. supr. cod. 44 Puta, propter nimiam verecundiam. 45 Forte quia non potuit prohibere. l. 7. §. 1. supr. cod. l. 1. §. 10. supr. quod vi aut clam. 46 Taciturnitas, tacere, silentium ad alterius delinquentis excusationem pro consensu non habetur. vide tamen Socin. reg. 392. 47 Subaudi, de facto. 48 Abjicere, vel repudiare actionem non continuo videtur, qui quid nimia verecundia non prohibuit. l. 1. §. qua oneranda. supr. quarum rerum actio. 49 Verecundia magna non prohibentis excusat. 50 De quo vide l. 55. §. 1. supr. h. t. Criminaliter agere quid sit, vide quæ notavi ad l. 1. infr. de publ. jud. 51 l. 3. supr. de privatis delictis. 52 l. 3. infr. ad SC. Turpillian. 53 l. ult. supr. de privatis delictis. Goth. vide Merill. lib. sing. differentiar. cap. 23. Anf. 54 De tigno juncto vide Cujac. 23. obs. 19. 55 Vide l. 1. infr. cod. vid. Egid. Boffium, cap. 60. Praxeos. Oldend. class. 7. aff. 6. 56 Huc refer l. 23. §. 6. supr. de rei vind. l. 6. supr. ad exhib. l. 63. supr. de donat. int. vir. l. 7. §. 10. supr. de adq. rer. l. 7. §. 2. in fin. supr. de exceptione rei jud. l. 98. in fin. supr. de solut. §. 29. Infit. de ver. divis. Lex XII. tab. talis fuit teste Festo in voce Tignum. Tignum junctum adibus vineæ & concaput ne solvito: ubi alii legunt vinea capulo: alii vinea concaput, alii vinea concapite, alii vineave concaput. Turnebus legit vineaque copula, vel vineave ne solvito. Josephus Scaliger legit vineave concaput, ex antiqua scriptura concaput. Tignum concaput vineæ dicitur (nam tignum non tantum dicitur in adificiis, sed & in vineis) quando habet caput suum cum capite vineæ commissum. Caput vineæ est radix ipsa. Concaput dicitur, ut primicaput, præcaput, deincaput, ancaput, formicaput, terticaput, quanticaput, v. Joseph. Scal. apud Fessum in d. distione Tignum. quæ lectio etiam Cujacio probatur. His adde Hotom. in Commentario 12. Tabul. in Lege Tignum junctum.

tinetur omnis materia, ex qua adificium constet, vineæque necessaria. Unde quidam aiunt tegulam quoque & lapidem, & 3 testam, cæteraque, si quæ adificiis sunt utilia: tigna autem a tegendo dicta sunt: hoc amplius, & calcem, & arenam tignorum appellatione contineri. † Sed & in vineis tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, utputa perticæ, pedamenta. §. 2. Sed & ad exhibendum danda est actio. nec enim parci oportet ei, qui sciens alienam rem adificio inclusit, vinxitve: non enim sic eum convenimus, quasi possidentem, sed ita, quasi dolo malo fecerit, quominus possideat.

De rei vindicatione.

2. IDEM [lib. 42. ad Sabinum].

SEd si proponas tigni furtivi nomine adibus juncti actum: deliberari poterit, an extrinsecus sit rei vindicatio? Et esse non dubito.

TIT. IV.

SI IS, QUI TESTAMENTO LIBER ESSE JUSSUS ERIT, POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HEREDITATEM SUBRIPUISSE, AUT CORRIPUISSE QUID DICETUR.

Summa. 1. Ratio hujus Edicti. 2. Quibus casibus locum habet hæc actio. 3. De libertate relicta sub conditione. 4. De libertate statim competente. 5. De servo legato. 6. De dominio servi mutato vel amisso. De libertate competente post modicum intervallum aditæ hereditatis. 8. Si unus adiit. De pupillo herede. 10. De rebus, quæ in bonis, vel ex bonis testatoris fuerunt. 11. De fructibus, partu, fetu. 12. De tabulis pupillaribus. 13. De omnibus, quæ interest heredis non esse averfa. 14. De furto & omni damno. 15. Quorum verum furtum sit. 16. Si potest alias heres ad suum pervenire. 17. De rei vindicatione. 18. De successoribus. 19. De pluribus delinquentibus.

1. ULPIANUS [lib. 38. ad Edictum].

SI dolo malo ejus, qui liber esse jussus erit, post mortem domini, ante aditam hereditatem, in bonis, quæ ejus fuerunt, qui eum liberum esse jussit, factum esse dicetur, quominus ex his bonis ad heredem aliquid perveniret: in eum intra annum utilem dupli judicium datur. §. 1. Hæc autem actio (ut Labeo scribit) naturalem potius in se, quam civilem habet æquitatem: siquidem civilis deficit actio. sed natura æquum est non esse impunitum eum, qui hac spe audacior factus est: quia neque ut servum se coerceri posse intelligit spe imminentis libertatis: neque ut liberum damnari, quia hereditati furtum fecit, hoc est dominæ, dominus autem dominave non possunt habere furti actionem cum servo suo, quamvis postea ad libertatem pervenerit, vel alienatus sit: nisi [si] postea quoque contractaverit. E re itaque esse Prætor putavit, calliditatem & protervitatem horum, qui hereditates depopulantur, dupli actione coercere.

§. 2. Non alias tenebitur iste libertus, quam si dolo quid dissipasse proponatur. Culpa autem negligentiaque servi post libertatem excusata est: sed culpa dolo proxima dolum representat. Proinde si quid damni dedit sine dolo, cessabit ista actio: quamvis alias Aquilia tenetur ob hoc, quod damnum qualiter qualiter dederit. † Habet itaque certum finem ista actio, ut [et] dolo fecerit iste, & post mortem domini, & ante aditam hereditatem. Cæterum si sine dolo, aut dolo quidem, verum vivo domino: non tenebitur hac actione. † Quintimo etsi post mortem, post aditam [tamen] hereditatem, cessabit actio: nam ubi adita hereditas est, jam quasi liber conveniri potest.

§. 3. Quid tamen si sub conditione accepit libertatem? ecce nondum liber erit, sed ut servus potest coerceri: idcirco dicendum est, cessare hanc actionem. §. 4. Sed ubi libertas competit, continuo dicendum est, posse & debere hanc actionem dari adversum eum, qui pervenit ad libertatem. §. 5. Si servus pure legatus ante aditam hereditatem quid admiserit in hereditate, dicendum est, quia dominium in eo mutatur, quo, huic actioni locum esse.

§. 6. Et generaliter dicimus, quo casu in servo dominium vel mutatur, vel amittitur, vel libertas competit post intervallum modicum aditæ hereditatis: eo casu hanc actionem indulgendam.

§. 7. Sed si fideicommissaria libertas servo data sit, quidquid in hereditate maleficia admisit, nunquid non prius cogatur heres manumittere, quam si satisfecerit? Est autem sæpissime, & a Divo Marco, & ab Imperatore nostro cum patre rescriptum, non impediri fideicommissariam libertatem, quæ pure data est. D. sane Marcus rescripsit arbitrum ex continenti dandum, apud quem ratio ponatur: sed hoc

rescriptum ad rationem ponendam pertinet actus quem servus administravit: arbitrator igitur, & hic posse hanc actionem competere.

§. 8. Ante aditam hereditatem, sic accipere debemus, antequam vel ab uno adeatur hereditas: nam ubi vel unus adit, competit libertas.

§. 9. Si pupillus heres institutus sit, & a substituto ejus libertas data, medioque tempore quædam admittantur, si quidem vivo pupillo quid fuerit factum, locum non esse huic actioni: in vero post mortem, antequam quis pupillo succederet, actionem istam locum habere.

§. 10. Hæc actio locum habet non tantum in rebus, quæ in bonis fuerunt testatoris: sed & si heredis interfuit dolum malum admiffum non esse, quominus ad se perveniret. † Et ideo Scævola plenius tractat, etsi eam rem subripisset servus, quem defunctus pignori acceperat, hanc actionem honorariam locum habere: plenius enim causam bonorum hic accipimus pro utilitate. Nam si in locum deficientis furti actionis propter servitutem hanc actionem substituit Prætor, verifimile est in omnibus causis eum, in quibus furti agi potuit, substituisse. † [Et] in summa probatur, hanc actionem [et] in rebus pigneratis, & in rebus alienis bona fide possessis locum habere. † Idem & de re commodata testatori. §. 11. Item si fructus post mortem testatoris perceptos hic servus, qui libertatem prospicit, contractaverit: locus erit huic actioni. † Sed & si partus, vel foetus post mortem adgnatos: tantundem erit dicendum. §. 12. Præterea si impubes post mortem patris quæsierit rei dominium, eaque antequam impuberis hereditas adeatur, subripiatur: locum habere istam actionem, dicendum est. §. 13. Sed & in omnibus, quæ interfuit heredis non esse averfa, locum habet hæc actio. §. 14. Non tantum autem ad sola furta ista actio pertinet, sed etiam ad omnia damna, quæcunque hereditati servus dedit. §. 15. Scævola ait, possessionis furtum fieri: denique si nullus sit possessor, furtum negat fieri. Idcirco autem hereditati furtum non fieri, quia possessionem hereditas non habet, quæ facti est & animi. sed nec heredis est possessio, antequam possideat: est hereditas in eum id tantum transfundit, quod est hereditatis; non autem fuit possessio hereditatis. §. 16. Illud verum est, si potest alias heres ad suum pervenire, non esse honorariam [hanc] actionem tribuendam: cum in id, quod interfit, condemnatio fiat. §. 17. Præter hanc actionem, esse & vindicationem rei, constat, cum hæc actio ad similitudinem furti competat.

§. 18. Item heredi cæterisque successoribus competere istam actionem dicendum est. §. 19. Si plures servi libertatem acceperunt, & dolo malo quid admiserint: singuli convenientur in solidum, hoc est, in duplum. † Et cum ex delicto conveniantur, exemplo furti, nullus eorum liberetur, etsi unus conventus præfiterit.

De ignorantia heredis.

2. GAJUS lib. 13. ad Edictum provinciale.

SI paulo ante quam statuta libertas obtigerit, amoverit aliquid servus aut corruerit, ignorantia domini non introducit hanc actionem: ideoque licet maxime ignoraverit heres a statulibero, aut quilibet alius dominus a servo suo amotum aliquid corruptumve esse: non impetrat post libertatem ejus ullam actionem, quamvis in pluribus aliis causis justa ignorantia excusationem mereatur.

De manumissione conditionali.

3. ULPIANUS lib. 13. ad Edictum.

Labeo putavit, sub conditione manumiffum res amoventem, si cito conditio extitit, hac actione conveniendum.

TIT. V.

FURTI ADVERSUS NAUTAS, CAUPONES, STABULARIOS.

Summa. 1. Navigandi causa qui accipiuntur. 2. Quid venit in hanc actionem. 3. De concursu actionis honorariæ & civilis. 4. Si caupo vel nauta receperit salvum fore. 5. Si exercitor servo suo, vel alieno, vel libero homine utatur. 6. Quorum factum præstatur.

1. ULPIANUS [lib. 38. ad Edictum].

IN eos, qui naves, cauponas, stabula exercent, si quod a quoquo eorum, quosve ibi habebunt, furtum factum esse dicetur, judicium datur, sive furtum ope, consilio exercitoris factum sit; sive eorum cujus, qui in ea navi navigandi causa esset.

§. 1. Navigandi autem causa accipere debemus eos, qui adhibentur, ut navis naviget, hoc est, nautas. §. 2. Et est in duplum actio. §. 3. Cum enim in caupona, vel in navi, res perit, ex Edicto Prætoris obligatur exercitor navis, vel caupo:

1 Tignum, materia omnis adificii. l. 7. sup. ad exhibend. l. 7. §. 10. vers. apell. 3. de adq. rer. dom. l. 62. §. de verb. sign. πᾶσα δὲ λέξις πρὸς οὐκὸς οὐκὸς οὐκὸς οὐκὸς. Eclog. 2. cap. 62. πᾶσα ἔστιν ἐργασίας. Theoph. §. 29. Infr. de rer. divis. 2 Tigni appellatione continetur etiam quorundam opinione, tegula, lapis, testa: quinimo, & in vineis perticæ & pedamenta. 3 Et cætera, cæteraque. vulgat. Hal. 4 Testa, βυσσάλων, later, non pessulum, ut Theophili interpretis verit, interpretatur. Græci in l. 19. in fin. sup. de serv. præd. urban. vertunt illa verba, ex fignis opere, ἀπὸ βυσσάλων, & in glossis laterculum βυσσάλων ἢ σπατία. & apud Charisium Belsia. vid. Cuj. 9. obs. 26. 5 Vide Festum in dictione Tignum. 6 Vid. l. 168. infr. de verb. sign. 7 l. 7. sup. ad exhibend. sic includere adificio dixit Cicero, l. ad Atticum 8. 8 Jinxitve, Hal. injunctive, vulg. 9 Tignum alienum jungendo adibus. 10 An extincta? Welenb. in §. cum in suo, in verbis duplum jam consecutus. Infr. de rer. divis. 11 Quem in finem extrinsecus? non ut eximatur tignum, sed ut juretur in litem. l. 98. in fin. sup. de furt. 12 Actio rerum corruptarum ex hoc Edicto dicitur a Græcis in l. Titia. §. penult. sup. de manum. testam. l. 1. C. de noxal. action. Cujac. cap. 20. de presc. 13 l. 48. sup. ad leg. Aquil. l. 27. §. 1. sup. de pecul. 14 V. l. 16. sup. de furt. 15 l. penult. l. ult. 3. §. ex noxal. 16 V. l. 26. sup. de statuliber. 17 Id est, puniri l. 6. in fin. l. 7. l. 28. §. de panis. 18 d. l. ult. l. 26. in fin. pr. sup. de fideic. libert. 19 l. 31. in fin. sup. de hered. instit. 20 l. 13. §. 5. sup. quod vi. l. 17. l. 61. 3. de furtis. l. 1. C. de noxal. 21 l. 1. §. 1. in fin. sup. si mensor. l. 29. sup. mandati. l. 226. infr. de verb. sign. 22 Qualiter qualiter, in l. 46. sup. de furtis. l. 1. §. 15. sup. de separat. & apud Haloand. in l. 12. in fin. sup. ratæ rem. Vulgata habet qualitercunque. 23 Mortem domini, vulg. Hal. 24 Hæc actio, vulg. 25 Sub conditione liber, ante eventum conditionis liber non est. l. 23. in fin. sup. de manumiff. testam. 26 Al. liber est. 27 Imo ut liber, l. 14. infr. de quæst. l. 9. in fin. infr. de pænis. solve. Contrariæ leges veræ sunt in statulibero, non in eo, cui libertas sub conditione relicta est. 28 Id est, statim ab additione, l. ult. infr. end. πᾶσιν δὲ τῶν ἀδελφῶν. vide Cujac. 6. obs. 1. 29 l. 66. sup. de furtis. 30 Ut cum dicitur manumittitur. 31 Modicum tempus in jure varie accipitur, puta pro tribus, aut quinque. l. 8. sup. si quis causatione. de cem. l. 21. §. 1. sup. de pecun. constituta, triginta diebus, l. 1. §. 2. sup. de itinere actio. que. tribus, l. non. in fin. C. de operis novi nunc. quatuor mensibus, l. 21. sup. de judiciis.

l. 105. sup. de solutionibus. quinque annis, l. 1. §. 13. sup. de separationibus. pro eo denique tempore, quod iudex arbitratus fuerit. l. 15. in fin. sup. ex quib. caus. majores. l. 71. §. 2. 3. de leg. 1. Goth. V. Alberic. Gentil. de temp. appellat. Anl. 32 Arbitrator ad rationem ponendam & dispungendam datur, id est, examinandam, de quo vide l. 53. §. de judiciis. l. 50. §. de conditionib. & demonstr. l. 4. in fin. sup. de manumiff. libert. 33 Ponere rationem actus apud aliquem, est rationem ei reddere. 34 l. 3. §. 5. sup. de bon. libert. l. 11. in fin. l. 23. in fin. §. de manumiff. testam. 35 Causa bonorum est utilitas. l. 52. in fin. sup. de verb. obl. adde l. 5. §. 6. sup. ut in possess. §. ult. Infr. vi bonor. rapit. 36 Hæc actio locum habet in omnibus casibus, quibus furti agi potest, cum in ejus locum excogitata sit. 37 l. 4. §. ult. 38 A substituto adeatur, vulg. 39 l. 1. in fin. l. 47. §. 4. sup. de furtis. 40 l. ult. infr. expulsa. 41 Ecclesia semper possidet, vel rarum est, ut non possideat. Hinc Bartolus in l. 7. §. in decurionibus. sup. quod cuiuscunque. refert Archiepiscopum quemdam Mosenfem dicere solitum, Ecclesiam a parietibus suis, sed & ab ipso Christo possideri. 42 l. 43. §. 4. 3. de furt. 43 l. 48. sup. de furt. 44 Possessio est facti & animi, quia factum naturale animum possessoris desiderat. 45 Hereditas neque vere, neque fide possideri potest, sed improprie. Accur. in l. 40. §. si forte. in verbis hæc ita. sup. de adq. vel amitt. poss. v. Zal. 2. resp. 27. 46 Hereditas non possidet, igitur in hereditate non est possessio: at id tantum, quod hereditatis est, heres percipit: igitur in heredem non transfertur possessio. 47 l. 16. sup. de minoribus. 48 Furtivam scilicet. 49 §. 1. Infr. de perpetuis & temp. 50 l. 1. C. de conditionibus furtivæ. 51 l. 21. §. 9. sup. de furtis. 52 Id est, in diem, vel conditionem dilata. l. 15. l. 15. sup. de noxalib. l. 81. §. 9. sup. de legat. 1. l. 9. sup. de optione. l. 1. l. 6. sup. de statulib. l. 2. §. 1. sup. de liberalis. l. 27. §. 10. §. ad leg. Jul. de adult. 53 Justa ignorantia non semper meretur excusationem, ut hic. 54 Id est, continuo, l. 1. §. 4. sup. eod. 55 Id est, de furto adversus caupones & stabularios: vel de furto facto in stabulo, vel caupona. 15. Synops. 2. 56 Hic adde 53. Ecl. 1. πρὸς ναυτικῶν ἐνοχῶν καὶ πικροῦσιν ἀγωγῶν &c. adde sup. nauta, caupones, stabularii. Agid. Boffum, cap. 57. prax. Oldendorpium, class. 7. ad l. 7. 57 πρὸς κλεπτῶν ἐν πλοῦσι καὶ καπηλείῳ γινωσκῶν, 15. Ecl. 2. 58 53. Ecl. 1. c. 31. 59 Meritoria scilicet Paul. 2. sent. 31. §. 13. 60 l. 7. §. 1. sup. nautæ. 61 §. ult. infr. eod. l. 6. §. 1. sup. nauta. 15. Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 4. c. 1.

ita ut in potestate sit ejus, cui res subrepta sit, utrum mallet cum exercitore honorario jure, an cum fure jure civili experiri.

§. 4. Quod si receperit ² *salvum fore* caupo vel nauta: furti actionem non ³ dominus rei subrepta, sed ipse habet, qui recipiendo periculum custodia: subiit.

§. 5. Servi vero sui ⁴ nomine exercitor noxæ dedendo se liberat: cur ergo non exercitor condemnatur, qui servum tam malum in nave admisit? & cur liberi quidem hominis nomine tenetur in solidum, servi vero non tenetur? nisi forte idcirco, quod liberum quidem hominem adhibens statuere debuit de eo, qualis esset: in servo vero suo ignoscendum sit ei, quasi in domestico malo, si noxæ dedere paratus sit. si autem alienum adhibuit servum, quasi in libero tenebitur.

§. 6. Caupo præstat factum eorum, qui in ea caupona ejus cauponæ exercendæ causa ibi sunt: item eorum, qui habitandi causa ibi sunt. viatorum autem factum non præstat: namque viatorem sibi eligere caupo vel stabularius non videtur: nec ⁶ repellere potest iter agentes; inhabitatores vero perpetuos ipse quodammodo elegit ⁷, qui non rejecit, quorum factum oportet eum præstare. In navi quoque vectorum factum non præstat.

TIT. VI.

SI FAMILIA⁸ FURTUM FECISSE DICETUR.

Ratio & summa Edicti. 1. De scientia & ignorantia domini
2. De damno. 3. Si unius servi nomine actum sit.

1. ULPIANUS [lib. 38. ad Edictum].

Utilissimum id Edictum Prætor proposuit, quo dominis prospiceret adversus maleficia servorum: videlicet ne cum plures furtum admittunt, evertant domini patrimonium, si omnes dedere, aut pro singulis æstimationem litis offerre cogatur. † Datur igitur arbitrium hoc Edicto, ut si quidem velit dicere noxios servos, possit omnes dedere, qui participaverunt furtum: eumvero si maluerit æstimationem offerre; tantum offerat, quantum ⁹ si unus ¹⁰ liber furtum fecisset, & retineat familiam suam. §. 1. Hæc autem facultas domino tribuitur totiens, quotiens ignorante eo furtum factum est. † Cæterum si sciente, facultas ei non erit data: nam & suo nomine & singulorum nomine conveniri potest noxali iudicio. nec una æstimatione, quam homo liber sufferret, defungi poterit. † Is autem accipitur ¹¹ scire ¹², qui scit & potuit prohibere: scientiam enim spectare debemus, quæ habet & voluntatem. cæterum si scit, prohibuit tamen, dicendum est usurum Edicti beneficio. §. 2. Si plures servi damnum culpa dederint, æquissimum est eandem facultatem domino dari. §. 3. Cum plures servi ejusdem rei furtum faciunt, & unius nomine cum domino lis contestata sit, tamdiu aliorum nomine actio sustineri debet, quamdiu priore iudicio potest actor consequi, quantum ¹³ consequeretur, si liber id furtum fecisset;

2. JULIANUS [lib. 23. Digestorum].

Id est, [&] pænæ nomine duplum ¹⁴, & conditionis simplum.

De servo vendito vel manumisso, 1. Vel legato, vel donato.

2. De possessore, & eo qui dolo desit possidere.

3. ULPIANUS [lib. 38. ad Edictum].

Quotiens tantum præstat dominus, quantum præstaretur, si unus liber fecisset, cessat cæterorum nomine actio, non [tantum] adversus ipsum, verum etiam adversus emptorem duntaxat, si forte quis eorum, qui simul fecerant, venerint ¹⁵. † Idemque & si fuerit manumissus. † Quod si prius fuerit ablatum a manumisso, tunc dabitur adversus dominum familiæ nomine: nec enim potest dici, quod a manumisso præstitum est, quasi a familia esse præstitum. † Plane si emptor præstiterit, puto denegandam in venditorem actionem: quodammodo enim hoc a venditore præstitum est, ad quem nonnumquam regressus est ex [hac] causa, maxime si furti noxaque ¹⁶ solum esse promissit. §. 1. Sed an, si legati servi nomine, vel ejus, qui donatus est, actum sit cum legatario, vel eo, cui donatus est, agi possit etiam cum domino cæterorum, quæritur? quod admittendum puto. §. 2. Hujus Edicti levamentum ¹⁷ non tantum ei, qui servos possidens condemnatus præstitit tantum, quantum, si unus liber fecisset, datur: verum ei quoque qui idcirco condemnatus est, quia dolo fecerat, quominus possideret.

Hoc valde notandum est ei, cui in hospitio publico furtum factum est: datur enim ei actio adversus cauponæ dominum pro re subrepta. Quid, si caupo arcam vel cistam sibi traditam, vel res plures in cista fuisse negavit? utique is, qui eo nomine agat, traditionem & quantitatem mercium traditarum probare tenebitur. Quid, si caupo cistam resignatam, vel apertam reddat? num torquendi domestici, ut vult Bartolus? an potius viatoris seu hospitii recepti juramento stabitur? Postremum a doctoribus communiter receptum esse testatur Clarus, §. 6. ¹⁸ *in fin. supra de furtis*. 3. Id est, non dominus tantum, ut sit subauditio, quam taxativam appellant interpretes, ut in *l. ult. §. 1. supra de adilitio edicti*. sic Cicero 2. *de offic.* Hæc oratio latepta non de filio, sed de toto genere, id est, non de filio tantum. Est & alia subauditio species, quam idem interpretes Augmentationem appellant. *l. 4. supra de integram restitut. l. 3. §. 16. infra de numeribus*. 4. *l. 7. §. 4. vers. servorum supra nauta*. 5. *Eclog. ibid. & l. 6. §. 3. supra nauta, camp.* Imo præstat, *l. 2. supra nauta*. 6. Hinc colligit Bart. in *l. 1. §. supra nauta*. Neminem cogi ad viatores hospitio recipiendos, nisi hospitii publici munus sit professus. *Goth. non potest, hic est, non debet. Anl.* 7. Adde *l. 16. supra de sc. Macedon.*

8 Vide Egid. Bostium, cap. 68. *præsent. Synops. 2. περί κλοπῆς παρὰ Φικελίης γενομένης.*

9 Id est, duplum & æstimationem rei. *l. 2. infra h. t. 15. Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 5. c. 25.*

10 §. ult. *infra h. t. l. 9. supra de jurisdict. l. 32. supra ad l. Aquil. l. 31. supra de noxal. l. 3. in fin. supra de publican.* Notandum est autem hæc vera esse, si civiliter agatur, non si criminaliter, ut ex communi opinione refert Clarus, §. 5. *in fin. ne delicta remaneant impunita.* Bostius, c. 58. n. 2.

11 Id est, intelligitur. *l. 3. l. 4. supra de noxalib.* 12 Vide quæ notavi in fine principii hujus legis, & 6. *Eclog. 15. c. 2.* 13 *Eclog. ibid.*

14 Venierit. *vulg. Hal.* 15 *l. 17. §. 17. supra de adilitio.* 16 Levamentum Edicti, beneficium Edicti. Hoc verbum Cujacius restituit, *l. 62. §. 2. in fin. supra pro socio.* ubi antea legebatur, *velamentum*, ab aliis *hospitium*, a nonnullis *equamentum*, ut refert Hotoman. *l. de usaris. 7.* 17 §. 1. *infra de perpetuis & temporalib.*

18 Præstiterit non totius f. n. a. h. f. consequatur. Cujac. 6. *obf. l. in fin.*

19 Præstiterit non totius f. n. a. h. f. consequatur. Cujac. 6. *obf. l. in fin.*

20 *l. 8. supra de noxalib.* 21 *Confilio. vulgat. Hal.* 22 Est iniquum, ut plus heredes ferant, quam nos ipsi: quippe heredes ejusdem, atque nos, juris & potestatis sententur. *l. 37. supra de acquir. vel omit. hered. l. 62. infra de reg. jur.*

23 Πῆσι δένδρων, & δένδρεστέμων. 60. *Eclog. 16. adde §. Paul. sent. 20. (ubi*

De heredibus furtum passi.

4. JULIANUS [lib. 22. Digestorum].

ETiam heredibus ¹⁸ ejus, cui plures ejusdem familiæ furtum fecerint, eadem actio competere debet, quæ testatori competebat: id est, ut omnes non amplius consequantur, quam consequerentur, si id furtum liber fecisset.

De servis communibus.

5. MARCELLUS [lib. 8. Digestorum].

FAMILIA communis sciente altero furtum fecit. omnium nomine cum eo, qui scit, furti agi poterit: cum altero ad eum modum, qui Edicto comprehensus est: quod ille præstiterit ¹⁹ non totius familiæ nomine, ab hoc socio partem consequetur. † Et si servus communis alterius ²⁰ jussu damnus dederit, etiam quod præstiterit alter, si modo cum eo quoque ex Lege Aquilia, vel ex XII. tabulis agi potest, repetat a socio: sicuti cum communi rei nocitum est. Si ergo duntaxat duos habuerim servos communes, cum eo, quo non ignorante factum est, agatur utriusque servi nomine: sed non amplius consequetur a socio, quam si unius nomine præstiterit: quod si cum eo, quo ignorante factum est, agere volet, duplum tantum consequetur. † Et videamus, an jam in socium, alterius servi nomine, non sit dandum iudicium? quemadmodum si omnium nomine socius decidisset, nisi forte hoc casu severius a Prætoribus constituendum est, nec servorum conficio ²¹ parcendum est.

De heredibus furtum passi.

6. SCÆVOLA [lib. 4. Quæstionum].

LABEO putat, si coheres meus, quod furtum familia ejus fecisset, duplum abstulisset, me non impediri, quominus dupli agam: eoque modo fraudem Edicto fieri; esseque iniquum ²², plus heredes nostros ferre, quam ferremus ipsi. item si defunctus minus duplo abstulit, adhuc singulos heredes recte experiri [Scævola respondit]. verius puto partes ejus heredes persecuturos: sed & cum eo, quod defunctus abstulit, uterque heres non plus duplo ferat.

TIT. VII.

ARBORUM ²³ FURTUM ²⁴ CÆSARUM ²⁵.

De Lege Aquilia & duodecim tabularum.

1. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

SI furtim arbores casa sint, & ex Lege Aquilia ²⁶ & ex XII. tabularum, dandam actionem ²⁷ Labeo ait. Sed Trebatius ita utramque dandam, ut iudex in posteriore deducat id, quod ex prima consecutus sit, & reliquo condemnet.

De pœna latronum.

2. GAJUS lib. 1. ad Leg. XII. tabularum.

Sciendum est autem eos, qui arbores ²⁸, & maxime vites ²⁹ cæciderint, [etiam ³⁰] tanquam ³¹ latrones puniri.

De bis quæ arboris appellatione continentur.

3. ULPIANUS lib. 42. ad Sabinum.

VITEM ³² arboris appellatione contineri, plerique veterum existimaverunt. §. 1. Hederæ quoque ³³, & arundines, arbores non male dicuntur. §. 2. Idem de salicteto ³⁴ dicendum est. §. 3. Sed si quis saligneas virgas instituendi salicti causa defixerit, hæque, antequam radices coegerint ³⁵, succidantur, aut evellantur: recte Pomponius scripsit non posse agi de arboribus succis, cum nulla ³⁶ arbor proprie dicatur, quæ radicem non conceperit. §. 4. Quod si quis ex seminario ³⁷, [id est,] stirpitem ³⁸ arborem transtulerit: eam, quamvis nondum comprehenderit ³⁹ terram, arborem tamen videri, Pomponius lib. XIX. ad Sabinum probat. §. 5. Ideo ea quoque arbor esse videtur, cujus radices desinent vivere, quamvis adhuc terra contineatur: quam sententiam Labeo quoque probat. §. 6. Labeo etiam eam arborem recte dici putat, quæ ⁴⁰ subversa a radicibus, etiam nunc reponi potest: aut [quæ] ita translata est, ut poni possit. §. 7. Stirpes ⁴¹ oleæ arbores esse magis est: sive jam egerunt radices, sive nondum. §. 8. Omnium igitur harum arborum, quas enumeravimus, nomine agi poterit ⁴².

male legitur, de incendiariis, pro de arboribus casis) & 6. *Harm. 7. Georgicon.*

regi δένδρων. Oldendorp. *class. 7.* 24 Furtum cadere: est notu cadere, Paul.

§. sent. 20. §. un. Hotom. *comment. ad 12. tabul. differentiam ait esse inter furtum &*

furti causa cadere: in illo damnus injuria, in hoc furtum esse. 25 Cadere quid sit, v. *l. 5. infra h. t. Goth. Vid. Hotomann. ad leg. 12. tabular. Cott. in memorabil. verb.*

cadere. Cujac. ad Paul. §. sentent. 20. Arbores furtim cadentes qua pœna afficiantur, vid. Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 6. casu 579* Egid. Bost. *tract. criminal. tit. de damno*

dato. num. 2. 3. 4. Marti. Afflic. de consuetud. Neapolit. lib. 1. rubric. 25. num. 3. & 5.

Anl. 26 *l. c. §. 1. infra h. t. l. 13. supra quod vi. adde l. 27. §. 7. supra ad l. Aquil. l. 28. §. 6. supra de jurejur.* 27 Allium *l. 17. Plin. 1. & l. c. 1. ex 12. tab. hodie in*

duplum, *l. 7. in fin. infra h. t.* datur etiam Interdictum quod vi aut clam: est & pœna

extraordinaria. de qua v. Paul. 7. *sent. 20.* 28 Frugiferas, Paul. *ibid.* An & si

intrigiferas? sic videtur, v. Paul. 2. *sent. 31. §. 21. ibid. qualibet arboris. nam & arborum*

nomine comprehenditur falix & hederæ. *l. 3. §. 8. infra h. t.*

29 *Feudorum 10. in fin. maxime novellas.* Servius ad illum versum Virgilii. *Eclog. 3.*

Atque mala vites incidere falce novellas. adde *Ecl. 3.* 30 Non tantum velut fures.

31 *Eclog. ibid. c. 2. 6. Harm. 7.* Ideoque cum latroni vita adimatur, *Nov. 134. c. 13.*

constat capitale esse, vites cadere. huc potest referri quod scribit *Harmen. 6. tit. 7. ei,*

qui absque juris auctoritate litis causa vitem, aut aliam quamvis arborem incidit, manum amputari; & quod Paul. 5. *sent. 20.* refert de damnatione ad opus publicum, &

relegatione. 32 *Eclog. ibid. l. 1. §. 3. supra de arb. cad. hinc 14. Plin. 1. scribit*

vites jure apud præficos magnitudine inter arbores numerari solitas. 33 *Eclog. ibid.*

Harm. ibid. 34 De salictio. *vulg. Hal. vid. Eclog. ibid. Harmen. ibid.*

35 *Al. egrint. al. coi. rint.* 36 Arbor non est, quod nondum radices egit: non est etiam arbor, cujus radices exaruerunt, quamvis adhuc iter. *Eclog. ibid. Harm. ibid.*

37 Seminariu est locus, in quo novellæ plantæ adoleant. vide *l. 9. §. 6. supra de usufr. l. 3. supra de impensis.* Qui vineam vel arbutum conficere vult, seminaria prius facere

debet. vid. Columell. *lib. de arborib. c. 1. §. 5. de re rust. c. 9.* 38 *l. 7. §. 2. infra h. t.*

39 Comprehendere terram arbor dicitur, quæ terræ coalescit. 40 Arbor radicibus evulsa si plantari potest, arbor est. *Harmen. ibid.* 41 Oleæ stirpem incidens (eriamsi ea radices non egit) arborum furtum cæsarum actione tenetur, ut hic. Quod speciale est in olea. Cur ita? forte ob eximium fructum, & miram ferendam diligentiam & scrobis subigendi, quem vel anno, antequam taleam deponant, id est, sine radice truncum, præparant, ut sole & pruna fiat putris, quæ tota impenia perit mox, trunco cæto. De taleis oleagineis ferendis vide *Caton. libris de re rustica.* 42 Quæ actione furtum cæsarum.

4. GAJUS

4. GAJUS lib. [I.] ad Leg. XII. tabularum.

Certe non dubitatur, si adhuc adeo tenerum sit, ut herbæ loco sit, non debere arboris numero haberi.

Quid sit cedere, cingere, subsecare. 1. Causa hujus actionis. 2. De usufructuario. 3. De fundo vectigali.

5. PAULUS lib. 9. ad Sabinum.

Cedere est, non solum succidere, sed etiam ferire cædendi causa. Cingere est deglabrare. Subsecare est subsecuisse: non enim poterat cæcidisse intelligi, qui ferra secuisse. Actionis eadem causa est, quæ est Legis Aquiliæ. Is cujus usufructus est in fundo, hanc actionem non habet. Qui autem fundum vectigalem habet, hanc actionem habet: sicut aquæ pluviz arcendæ actionem, & finium regundorum.

De pluribus delinquentibus. 1. De arbore communi. 2. Si arbor in vicini fundum radices porrexit.

6. POMPONIUS lib. 20. ad Sabinum.

Si plures eandem arborem furtim cæciderint, cum singulis in solidum agetur. At si eadem arbor plurium fuerit, universis duntaxat una & semel poena præstabitur. Si arbor in vicini fundum radices porrexit, recidere eas vicino non licebit: agere autem licebit, non esse ejus, sicuti tignum, aut protectum, immisum habere. Si radicibus vicini arbor aletur, tamen ejus est, in cujus fundo origo ejus fuerit.

Quid sit furtim cedere. 1. De furto. 2. De arbore radicitus evulsa, vel extirpata. 3. De parte casa. 4. De eo, qui per se vel per alium fecit. 5. De seruo cædente. 6. Qualis sit hæc actio. De ejus tempore. De successoribus. 7. Quid venit in hæc actionem.

7. ULPIANUS lib. 38. ad Edictum.

Furtim cæcæ arbores videntur, quæ ignorante domino, celandique ejus causa cæduntur. Nec esse hanc furti actionem scribit Pedius: cum & sine furto fieri possit, ut quis arbores furtim cædat. Si quis radicitus arborem evellerit, vel extirpaverit, hac actione non tenetur: neque enim vel cædit, vel succidit, vel subsecuit. Aquilia tamen tenetur, quasi ruperit. Etiam si non tota arbor cæsa sit, recte tamen agetur, quasi cæsa. Sive autem quis suis manibus, sive dum imperat seruo arbores cingi, subsecari, cædi, hac actione tenetur. Idem & si libero imperet. Quod si seruo suo non præceperit dominus, sed ipse sua voluntate id admiserit, Sabinus ait competere noxale, ut in cæteris maleficiis; quæ sententia vera est. Hæc actio, etiam si pœnalis sit, perpetua est: sed adversus heredem non datur: heredi cæterisque successoribus dabitur. Condemnatio autem ejus duplum continet.

1. Quid sit furtim cedere. 2. De concurrentibus actionibus. 3. De rei & domini scientia.

8. PAULUS lib. 39. ad Edictum.

Facienda æstimatione, quanti domini interit non lædi. ipsarumque arborum pretium deduci oportet, & ejus, quod superest, fieri æstimationem. Furtim arborem cædit, qui clam cædit. Igitur si cæciderit, & lucri faciendi causa contrectaverit, etiam furti tenebitur lignorum causa, & conditione & ad exhibendum. Qui per vim sciente domino cædit, non incidit in hanc actionem.

De colono cædente.

9. GAJUS lib. 13. ad Edictum provinciale.

SI colonus sit, qui cæciderit arbores, etiam ex locato cum eo agi potest. plane una actione contentus esse debet actor.

1 Ecl. ibid. 2 Nota hæc verba, cedere, cingere, secare. de quibus vide Ecl. 4. cædere non est secare, sed crebris ictibus, vel securi vel ascia succidere, sed & ferire & vulnerare in totum vel parte. 3 Id est, distinguere, Cujac. 9. observat. 12. Hotomann. in comment. ad leg. 12. tabul. legit stringere. Cingendi verbo utitur Jurisconsultus, in l. 29. supr. locat. cingere est in orbem decorticare, quod arbores necat. 17. Plin. 14. 4 Deglabrare, supersecare: succidere, est securi secare, Hotomann. ad illam l. 12. tabul. ut qui alienas arbores &c. subsecare, est ferra secuisse, vulgat. Deglabrare denique arborem, est glabram facere. 5 Id est, secare, ictibus cædimus: ferris secamus: aliud est secare, aliud est cedere. v. Cujac. 9. obs. 12. 6 l. 1. supr. h. t. 7 Imo habet. l. 12. supr. quod vi aut clam. 8 l. 23. §. 1. supr. de aqua & aqua. 9 l. 4. §. 9. supr. finium regundor. 10 Ecl. ibid. c. 5. Harm. 6. tit. 7. in fin. adde l. 51. in fin. supr. ad l. Aquil. 11 Ita in Pandectis Florentinis pro ei jus: idque prisco more, quo coalescentibus in unum exterioribus dictionum antecedentium & sequentium primis syllabis, unum plerumque verbum duorum vice fungebatur: sic cuius pro cuius in l. 153. infr. de regul. jur. alterius pro alterius. ut in l. 9. supr. de liberali caus. 12 Quamvis radices arborum ex alio agro aletur. Grac. vide Ecl. ibid. & Brisson. in parerg. c. 6. l. ult. §. quod vi. l. 7. in fin. §. de adq. rer. dom. l. 21. §. 9. §. de furt. §. 31. Infr. de rerum divis. 13 Originem suam arbor sequitur. v. Hotom. l. obs. 10. 14 Non sciente. l. 8. in fin. J. h. t. 15 Sed injuria tantum inferenda causa. 16 Evulserit. vulg. Hal. qui eradicavit arborem non hac actione, sed Aquilia tenetur. 17 Ruperit. vulg. 18 Ecl. d. c. 7. & Harm. 6. c. 7. in fin. Goth. Adde l. 13. supr. ad l. Aqu. l. 4. c. de noxal. act. Et de mandante quatenus ex delicto mandatarii conveniatur, v. Gabriel. lib. 7. conclus. 1. n. 27. Farin. præct. criminal. lib. 1. tit. 1. quest. 7. n. 47. 48. Anf. 19 V. l. 5. supr. h. t. 20 Noxalem. vulgat. Hal. Ecl. ibid. 21 Ecl. ibid. perpetuam actionem nota, licet pœnalem & adversus heredem non competentem. 22 Ecl. ibid. Harm. ibid. in fin. Paul. 2. sent. 31. §. 21. notandum est, varias esse pœnas arborum succifarum: est enim dupli ex Prætoris Edicto, ut hic. alium 25. ex l. 12. tab. 18. Plin. 1. Est & alia ex Lege Aquilia & Interdicto quod vi aut clam. l. 28. §. 6. supr. de jurei. aliz sunt extraordinariæ, de quibus vide Paul. 5. sentent. 5. & l. 2. supr. h. t. idque pro circumstantiis causarum. Nam si quis animo furandi arbores cæciderit, etiam furti tenebitur: si lignorum causa, conditione furtiva & ad exhibendum. l. 8. §. 2. infr. h. t. si per vim, vi bonorum raptorum, & Lege Julia de vi publica & privata: si ut colonus, ex locato, vide Oldendorp. act. 7. class. 7. in fin. 23 Ecl. ibid. c. 7. 24 Interesse, seu id, quod interest, plus est, quam damnum seu damni æstimatio. l. 10. supr. de seruo. corrupt. 25 l. 13. in princ. & §. ult. supr. quod vi. 26 Aliud ignorante. l. 7. supr. h. t. 27 Quid emphyteuta? eo nomine jure suo cadit & expelli potest: idque ex communi opinione doctorum refert Clarus 4. sent. 5. §. 9. Emphyteusis. qu. 25. 28 l. 28. §. 6. supr. de jurjurand. l. 25. §. 6. supr. locati. 29 l. 17. in fin. supr. comm. l. 34. supr. de obli. 30 Ecl. ibid. c. 9. 31 Junctura arboris est id, qua jungitur. 32 l. 9. in fin. supr. h. t. 33 Facit lex 5. in fin. supr. de seruo. corrupt. l. 1. §. 24. supr. de aqua quotidiana. l. 11. §. 8. supr. quod vi aut clam. l. 56. supr. de obli. l. 29. infr. de injur. 34 Imo non potest. l. 6. §. 4. supr. de aqua & aqua.

Quot sunt arbores.

10. JULIANUS lib. 3. ex Minicio.

SI gemina arbor esset, & supra terram junctura ejus emineret, una arbor videtur esse: sed si id, qua jungeretur, non exstaret, totidem arbores sunt, quot species earum supra terram essent.

De concurrentibus actionibus.

11. PAULUS lib. 22. ad Edictum.

SED si de arboribus cæsis [ex] Lege Aquilia actum sit, Interdicto, Quod vi aut clam, reddito absolvetur, si satis prima condemnatione gravaverit reum: manente nihilominus actione ex Lege XII. tabularum.

De agro vendito.

12. JAVOLENUS lib. 15. ex Cassio.

QUI agrum vendidit, nihilominus furtim arborum cæsarum agere potest.

TIT. VIII.

VI BONORUM RAPTORUM, ET DE TURBA.

De concurrentibus actionibus.

1. PAULUS lib. 22. ad Edictum.

QUI rem rapuit, & furti nec manifesti tenetur in duplum, & vi bonorum raptorum in quadruplum, sed si ante actum sit vi bonorum raptorum, deneganda est furti: si ante furti actum est, non est illa deneganda; ut tamen id, quod amplius in ea est, consequatur.

Prin Edictum ac bonis vi raptis. 1. De vi & de Lege Julia. 2. De dolo. 4. De hominibus coactis. 6. De uno homine coacto. 7. Si unus damnum dederit. 8. De vi & de dolo. 9. De damno clandestino. De vi. De eo, quod solus admittit. De dolo. 10. De concurrentibus actionibus. 11. De una re rapta. 12. De eo, quod cogens, vel coactus admittit. 13. De quadruplato intra annum. 14. De familia. 17. De nomine hujus actionis. 18. De dolo. De eo, qui rem suam, vel sibi obligatam rapuit. 19. De impubere. 20. De publicano. 21. De pecore abducto & incluso. 22. De bis, quæ sunt in bonis vel ex bonis. 23. Collatio hujus & furti actionis. De deposito & eo, cujus interest. 25. De rebus emptis a fugitivo. 26. De concurrentibus actionibus. 27. De successoribus.

2. ULPIANUS lib. 56. ad Edictum.

Prætor ait: Si cui dolo malo, hominibus coactis damni quid factum esse dicitur, sive cujus bona rapta esse dicentur, in eum, qui id fecisse dicitur, judicium dabo. Item si servus fecisse dicitur, in dominum judicium noxale dabo. Hoc Edicto contra ea, quæ vi committuntur, consuluit Prætor. nam si quis se vim passum docere possit, publico judicio de vi potest experiri, neque debere publico judicio privata actione præjudicari, quidam putant. Sed utilis visum est, quamvis præjudicium Legi Juliz de [vi] privata fiat, nihilominus tamen non esse denegandam actionem eligentibus privatam perfectionem. Dolo autem malo facere potest, quod Edictum ait, non tantum is, qui rapit, sed & qui præcedente consilio, ad hoc ipsum homines colligit armatos, ut damnum det bonave rapiat. Sive igitur ipse quis cogat homines, sive ab alio coactis utitur ad rapiendum, dolo malo facere videtur. Homines coactos accipere debemus ad hoc coactos, ut damnum daretur. Neque additur, quales homines; qualescunque [igitur], sive liberos, sive servos. Sed & si unus homo coactus sit, adhuc dicemus homines coactos. Item si proponas solum damnum dedisse, non puto deficere verba: hæc enim quod ait, hominibus coactis, ut sive solus vim fecit, sive etiam

35 Cujacius hic putat hunc titulum integriorem fore, si ex l. 195. §. 3. in fin. J. de verb. sign. ita conceptus fuerit: De hominibus coactis, & vi bonorum raptorum, & de turba. Cæterum hunc titulum sunt alii sine tituli quod metus causa: de vi & vi armata: quod vi aut clam. supr. & de vi publica & privata. infr. Est est præterea notandum hoc tit. duo referri Edicta, unum in l. 2. alterum in l. 4. infr. h. t. 35 l. 2. §. 9. C. 33. 36 l. 1. §. 1. infr. h. t. 37 l. 4. §. 2. infr. h. t. de his, quæ per turbam sunt. Paul. 5. sent. 3. l. 11. infr. de vi publica. 38 Adversus raptorem agi potest vel in duplum, perinde ac adversus non manifestum furem; vel in quadruplum. 60. Ecl. 17. c. 1. Raptor fur est improbus, l. 14. §. 12. supr. quod met. caus. sunt & aliz differentiz. de quibus vide J. h. t. 37 l. 4. §. 2. infr. h. t. de his, quæ per turbam sunt. Paul. 5. sent. 3. l. 11. infr. de vi publica. 38 Adversus raptorem agi potest vel in duplum, perinde ac adversus non manifestum furem; vel in quadruplum. 60. Ecl. 17. c. 1. 39 Cui inest res vi ablata. pr. Infr. h. t. Unde dicitur actio mixta. §. 19. Infr. de act. l. 2. §. 13. infr. h. t. Anf. 40 l. 88. supr. de furt. 41 l. 15. supr. quod met. caus. 42 l. 4. §. 6. vers. eritque. infr. h. t. §. 1. Infr. h. t. 43 Mobilis, l. 2. C. h. t. etiam minimi valoris. Infr. eod. in princ. 44 Dicentur, et intra annum, quo primum de ea re experiri potestas fuerat, in quadruplum: post annum, in simplex judicium dabo. Item si servus &c. Hal. 45 De vi bonorum raptorum intra annum, in quadruplum: post annum in simplex. vulg. de quadruplo adde l. 2. in fin. l. 4. C. h. t. 46 Vel familia. §. 14. infr. h. t. 47 Noxale judicium, ut servum noxa dedas, vel damnum præstes. 48 Privata, ob vim vel civiler, ut hoc tit. vel criminaliter agere possumus. ex tit. de vi privata. 49 l. 23. §. 9. supr. ad l. Aquil. 50 Id est, nihil magis, Accur. hic. & Gilbertus Regius, repetenti a Roberto 2. recept. 22. sed video tamen nihilominus, in jure sumi pro minime; ut, nihilominus incumbit, id est, minime deneganda. Sic Prisc. 18. Infr. scribit Latinos uti frequentissime duplici negatione pro simplici, ut nihilominus, pro nihilomagis. Econtrario nihilomagis pro nihilominus: atque ita in l. 51. §. 1. supr. de Edictio. non dubitandum, quin nihilomagis agere possit. & in l. 18. §. 3. C. de judic. nihil impedit quo magis terminetur. l. 1. C. quæ dare tur. non oportuit impediri, quo magis curator ibi daretur. & in l. 33. I. mandati. nihilomagis pecuniam creditam recte petit. & in l. 87. §. 7. supr. ad l. Falcid. nihilomagis substitutus obligabitur. sumitur particula nihilomagis pro nihilominus, ut & in l. 1. C. de pignori. pro nondum, ut sit sensus: debitorem cedentem creditori pignoris nihilomagis liberari, id est, nondum liberari. de his dictionibus, vide Cujac. in l. quæ fundum. 7. supr. pro emptore. Gilb. Regium 2. Enantiophanum. 20. Robert. 2. recept. 25. 29. 51 An hoc innuitur, solum conatum in raptore puniri? 52 Coegit. vulg. collegit. Halond. 53 l. 4. §. 6. infr. h. t. 54 Unus homo: multi homines coacti censentur, etiam si unus tantum homo coactus sit. 55 l. 1. §. 17. supr. de vi & vi. 60. Ecl. 17. c. 1. Imo non dicemus, quum unitas non sit multitudo, & unus non facit numerum, l. 40. in fin. infr. de verb. sign. hinc colligit Bartolus, statuto puniente producentem falsos testes, eum etiam puniri, qui unicum produxerit. 56 Id est, sine turba. l. 4. §. 6. infr. h. t. 57 Hoc etiam. vulg. Hal.

hominibus

hominibus coactis, [sic] accipere debemus, etiam hominibus coactis], vel armatis, vel inermibus, hoc Edicto teneatur. §. 8. Doli mali mentio hic, & vim in se habet. nam qui vim facit, dolo malo facit: non tamen qui dolo malo facit, utique & vi facit. ita dolo habet in se, & vim: & sine vi, si quid callide admissum est, aequo continebitur.

§. 9. *Damni*, Prætor inquit. Omnia ergo damna continet & clandestina. Sed non puto clandestina, sed ea quæ violentia permixta sunt: etiam quis recte definit, si quid solus admiserit quis, non vi, non contineri hoc Edicto: & si quid hominibus coactis, etiam si sine vi, dummodo dolo sit admissum, ad hoc Edictum spectare. §. 10. Cæterum neque furti actio, neque Legis Aquiliæ, contributa sunt in hoc Edicto: licet interdum communes sint cum hoc Edicto. nam Julianus scribit eum qui vi rapit, furem esse improbiorem: & si quid damni coactis hominibus dederit, utique etiam Aquilia poterit teneri. §. 11. *Vel cuius bona rapta esse dicuntur*, quod ait Prætor bona rapta, sic accipiemus, etiam si una res ex bonis rapta sit. §. 12. Si quis non homines ipse coegerit, sed inter coactos ipse fuerit, & quid aut rapuerit, aut damni dederit: hac actione tenetur. † Sed utrum hoc solum contineat Edictum, quod dolo malo hominibus a reo coactis damnum datum sit, vel raptum: an vero quod dolo malo rei raptum, vel damnum datum sit, licet ab alio homines sint coacti, quaeritur? Et melius esse dicitur, etiam hoc contineri, ut omnia hæc contineantur, & quod ex coactis ab alio damnum datum sit: ut & is qui coegit, & si qui coactus est, contineri videatur. §. 13. In hac actione intra annum utilem verum pretium rei quadruplatur, non etiam quod interest.

§. 14. Hæc actio etiam familiae nomine competit: non imposita necessitate ostendendi qui sunt ex familia homines qui rapuerunt, vel etiam damnum dederunt. *Familia* autem appellatio servos continet, hæc est, eos qui in ministerio sunt, etiam si liberi esse proponantur, vel alieni bona fide nobis servientes. §. 15. Hac actione non puto posse actorem singulorum servorum nomine agere adversus dominum eorum: quia sufficit dominum semel quadruplum offerre. §. 16. Ex hac actione noxæ deditio non totius familiae, sed eorum tantum, vel ejus qui dolo fecisse comperietur, fieri debet. §. 17. Hæc actio vulgo tibi bonorum raptorum dicitur. §. 18. Hac actione in demum tenetur, qui dolum malum adhibuit. Si quis igitur suam rem rapuit, vi quidem bonorum raptorum non tenebitur, sed aliter multabitur. † Sed & si quis fugitivum suum quem bona fide aliquis possidebat rapuit, æque hac actione non tenebitur: quia rem suam auferit. † Quid ergo si sibi obligatam? Debebit teneri. §. 19. Vi bonorum raptorum actio in impuberem qui doli mali capax non est, non dabitur: nisi servus ipsius, vel familia ejus admisisse proponantur, & servi & familiae nomine, noxali vi bonorum raptorum actione tenetur. §. 20. Si publicanus pecus meum abduxerit, dum putat contra Legem vetigalis aliquid a me factum, quamvis erraverit, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non posse, Labeo ait: sane dolo caret. si tamen ideo inclusit, ne pascatur, & ut fame periret: etiam utili Lege Aquilia. §. 21. Si per vim abductum pecus incluserit quis, utique vi bonorum raptorum conveniri poterit. §. 22. In hac actione non utique spectamus rem in bonis actoris esse, si in bonis sit, si non sit: [si] tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare, si commodata res sit, si locata, si etiam pignoratam proponatur, si deposita apud me, [sic] ut inter sit mea eam non auferri, si bona fide a me possideatur, si usufructum in ea habeam, vel quod aliud jus, ut inter sit mea non rapi, dicendum est competere mihi hanc actionem, ut non dominium accipiamus, sed illud solum ex bonis meis, hoc est, ex substantia mea res ablata esse proponatur.

§. 23. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti mihi actio competit in re clavis facta, ex hisdem causis habere me hanc actionem. † Dicit aliquis: atquin ob rem depositam furti actionem non habemus. Sed ideo addidi, si inter sit nostra non esse raptum: nam & furti actionem habeo. §. 24. Si in re deposita culpam quoque repromissi, vel pretium depositionis non quasi mercedem accepi, utilius dicendum est, etsi cesset actio furti ob rem depositam, esse tamen vi bonorum raptorum actionem, quia non minima differentia est inter eum qui clam facit, & eum qui rapit: cum ille celet suum delictum, hic publicet, & crimen etiam publicum admittat. † Si quis igitur interesse sua vel modice docebit, debet habere vi bonorum raptorum actionem. §. 25. Si fugitivus meus quosdam res, instruendi sui causa, emerit, & eaque raptæ sint, quia in bonis [meis] hæc sunt [res], possum de his vi bonorum raptorum actione agere. §. 26. Rerum raptorum nomine, etiam furti, vel damni injuriæ, vel conditione agi potest, vel certe singulae res vindicari possunt. §. 27. Hæc actio heredi cæterisque successoribus dabitur. † Adversus heredes autem

vel cæteros successores non dabitur: quia poenalis actio in eos non datur. † An tamen in id quod locupletiores facti sunt, dari debeat, videamus? Et ego puto ideo Prætorum non esse pollicitum in heredes in id quod ad eos pervenit, quia putavit sufficere conditionem.

De servo qui rapuit manumisso.

3. PAULUS lib. 54. ad Edictum.

SI servus rapuerit, & cum libero agatur, etiam si cum domino experiundi potestas fuit, non recte cum manumisso post annum ageatur: quia cum quocumque experiundi potestas fuerit, excluditur actor. [&] si cum domino intra annum actum sit, deinde cum manumisso agatur, rei judicata exceptionem nocere Labeo ait.

Alterum Edictum de turba. 1. *Argumentum Edicti.* 2. *Turba vox unde dicatur.* 3. *Quomodo accipiatur, & quid differat a rixam.* 4. *De eo, qui damnum dedit, vel dolo fecit ut damnum daretur.* 5. *De eo, qui in turba auctor fuit damni dandi.* 6. *Collatio hujus Edicti & superioris.* 11. *Qualis sit hæc actio, & quid in eam veniat.* 12. *Quid docere actor debet.* 13. *De servo pulsato vel verberato.* 13. *Si servus aut familia deliquerit.* 16. *De successoribus.*

4. ULPIANUS lib. 56. ad Edictum.

PRÆTOR ait: Cujus dolo malo in turba damnum quid factum esse dicitur: in eum in anno, quo primum de ea re experiundi potestas fuerit, in duplum: post annum, in simplicium judicium dabo.

§. 1. Hoc Edictum de eo damno proponitur, quod quis in turba dedit. §. 2. *Turbam* autem appellatam Labeo ait ex genere tumultus: idque verbum ex Græco tractum, ἀπό τῆς ἀπορίας, id est, a tumultuando. §. 3. Turbam autem ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiserint, utique non accipiemus in turba id factum: quia duo turba non proprie dicuntur. Enimvero si plures fuerint, decem aut quindecim homines, turba dicitur. † Quid ergo si tres, aut quatuor? turba utique non erit. Et rectissime Labeo inter turbam & rixam multum interesse ait: namque turbam, multitudinis hominum esse turbationem & cœtum: rixam etiam duorum.

§. 4. Hoc autem Edicto tenetur non solus qui damnum in turba dedit, sed & is qui dolo malo fecerit, ut in turba damni quid daretur: si illo venerit, si non fuerit præfens, dolo enim malus etiam absentis esse potest. §. 5. Hoc Edicto dicendum est etiam eum teneri, qui venit, & in turba fuit auctor damni dandi: si tamen & ipse inter turbam fuit, cum damnum daretur, & dolo malo fuit: nam & hujus dolo malo in turba damni quid factum esse negari non potest.

§. 6. Si quis adventu suo turbam concitavit, vel contraxit, vel clamore, vel facto aliquo, vel dum criminatur aliquem, vel dum misericordiam provocat: si dolo malo ejus damnum datum sit, etiam si non habuit consilium turbæ cogendæ, tenetur. Verum est enim dolo malo ejus in turba damni quid datum: neque enim exigit Prætor, ut ab ipso sit turba convocata, sed hoc, ut dolo alicujus in turba damnum datum sit. † Eritque hæc differentia inter hoc Edictum & superius: quod ibi de eo damno Prætor loquitur, quod dolo malo hominibus coactis datum est, vel raptum etiam non coactis hominibus. At hic de eo damno quod dolo malo in turba datum est, etiam si non ipse turbam coegit, sed ad clamorem ejus, vel dicta [vel] misericordiam turba contracta est, vel si alius contraxit, vel ipse ex turba fuit. §. 7. Idcirco illud quidem Edictum, propter atrocitatem facti, quadrupli poenam comminatur: at hoc, dupli. §. 8. Sed & hoc, & illud, intra annum tribuit experiundi facultatem: post annum in simplicium competit.

§. 9. Loquitur autem hoc Edictum de damno dato, & de amisso: de rapto non. sed superiori Edicto, vi bonorum raptorum agi poterit.

§. 10. Amissa autem dicuntur ea, quæ corrupta alicui relinquuntur, scissa forte vel fracta. §. 11. Hæc autem actio in factum est, & datur in duplum quanti ea res erit: quod ad pretium verum rei refertur, & præsentis temporis sit æstimatio, & semper in duplum intra annum est.

§. 12. Docereque actor in turba damnum esse datum debet: cæterum si alibi datum sit quam in turba, cessabit hæc actio. §. 13. Si cum servum meum Titius pulsaret, turba fuerit collecta, isque servus in ea turba aliquid perdidit: cum eo qui pulsabat, agere possum, quippe cum in turba dolo malo damnum datum sit. sic tamen, si ut damnum daret, ideo coepit credere: cæterum si alia causa verberandi fuit, cessat actio.

§. 14. Sed & si quis ipse turbam convocasset, ut turba coram servum verberaret, injuriæ faciendæ causa, non damni dandi consilio, loco habet Edictum: verum est enim, eum qui per injuriam verberat, dolo facere; eum qui causam præbuit damni dandi, damnum dedisse. §. 15. In servum autem, & in familiam, Prætor dat actionem. §. 16. Quæ de heredibus cæterisque successoribus in vi bonorum raptorum actione diximus, & hic erunt repetita.

1 Eligitur speciale: alias vis esse potest sine dolo. l. 3. in fin. supr. ne quis eum, qui in juv. 2 Qui vi facit, plerumque dolum adhibet, qui dolo, vi non semper videtur. 3 Raptor est fur improbius. Inst. eod. in pr. l. 14. §. 12. supr. quod met. 4 Facit l. 3. §. 2. supr. de negot. Dubitandi causa nascitur ex voce bonorum, quæ hoc Edicto continetur: ita bona rapta dicuntur, etiam si una res tantum rapta sit. adde Inst. eod. in pr. 5 Eius tantum scilicet. 6 Ab aliquo. Hal. 7 Sit. in id & is, qui coegit & c. Hal. 8 Et is qui. Hal. 9 Teneri. Hal. sensus est, si ab uno coactorum damnum datum est, non tantum coactus, sed & is, qui coegit, tenetur. adde Nov. Leon. 70. 10 l. ult. C. h. t. Ant. 11 l. 50. supr. de furt. 12 l. 25. §. 2. supr. de adil. l. 1. §. 16. Et 18. supr. de vi & vi. & liberos. l. 40. in fin. infr. de verb. sign. 13 Vulgo vi bonorum vulg. Hal. 14 In pr. supr. h. t. §. 1. Inst. h. t. 15 Ecl. §. 1. adde l. 21. §. 4. §. de furt. 16 Quia rem suam. vulg. Hal. 17 l. 3. C. h. t. 18 Impubes admodum (qui non proximus pubertati, doli mali non capax) vi bonorum raptorum non tenetur, ut hic, sed nec furti, l. 23. supr. de furt. falli, l. 22. infr. ad leg. Corn. de fals. falli monetur. l. 1. in fin. C. de fals. moneta. doli, l. 13. l. 14. supr. de dolo. l. 3. in fin. supr. de tributor. l. 3. §. 1. infr. de sepulchro. rei perditæ, l. 60. supr. de rei vind. sepulchri violati. d. l. 3. vis illata. l. 1. §. 6. supr. ne vis fiat. 19 Noxali judicio, & vi. Hal. 20 Adde l. 1. §. 2. supr. de publican. 21 Id est, nesciverit. 22 Si dolo caret. Hal. dolo caret qui ignorat. l. 8. C. de furt. modo ignorantia non fit affectata. 23 l. 9. §. 2. de l. 29. §. 7. supr. ad l. Aquil. l. 4. supr. de agnos. liber. l. 6. C. ad l. Aquil. §. 16. Inst. de l. Aquil. 24 Vide l. 39. in fin. supr. ad l. Aquil. 25 §. 2. Inst. h. t. 26 Adione. 27 In bonis esse quid sit, vide l. 49. infr. de verb. sign. 28 Aliud est, in bonis esse; aliud, ex bonis. 29 Pura, usus, vel superficies. 30 §. ult. vers. ut. Inst. h. t. 31 Habeo, si in re d. c. q. r. v. p. d. n. q. mercedem accepi. Utilius & c. Ita Cujacius hunc locum interpungit. Inst. eod. in verbis, per vim. 32 Vide quæ scripti 2. Feud. 23. 33 Alias effectus locatio. l. 1. §. 9. supr. depositi. 34 Clam facientis & raptoris differentia. vide doctores ad l. nemo. 4. C. de summ. Trinit. 35 Inst. eod. in pr. Nov. 63. c. 1. 36 Facit lex 29. supr. de hered. pet.

37 Facit lex 15. supr. de Public. 38 Adde Paul. §. sent. 3. §. 5. 39 Furtiva. l. 10. §. 1. supr. de condit. furt. vel triticaria. l. 1. in fin. supr. de condit. tritic. 40 l. 1. §. de privor. delict. 41 §. 1. Inst. de perpetuis. 42 l. 5. supr. de calumn. l. 1. in fin. §. de vi & vi. 43 Imo pollicitus est. l. 1. supr. de privor. delict. 44 l. 1. supr. de privor. delict. 45 A die rapinæ computandum. Accurs. 46 Hic agitur de altera hujus tituli parte, nempe de turba. 47 Cur damni meminit? hoc Edictum a superiore, quod extat l. 2. supr. h. t. in eo differt. Hoc enim est de damno dato, & amisso: illud vero, de rapto. 48 Turba. Hal. 49 Vide quæ notavi ad l. 40. in fin. infr. de verb. sign. 50 Cur ita, cum tres faciant collegium? l. 85. infr. de verb. sign. 51 Turba a rixam tantum differt, quantum plurium hominum concertatio a paucorum concertatione. 52 Imo unius. arg. l. 2. §. 6. supr. h. t. 53 Vide l. 5. infr. ad l. Jul. de vi publica. 54 Adde Felt. in Rictus. l. 52. §. 1. supr. ad l. Aquil. l. ult. §. ad l. Corn. de sicariis. Glossis Rixam μὲν, Rixatur μὲν ἀρῶν. 55 Vide l. 15. §. 7. infr. de injuriis. 56 Adde finem hujus paragraphi. 57 Adde etiam in §. 7. infr. h. t. & aliam ex §. 9. infr. 58 Ut supr. h. t. 59 Vi bonorum raptorum scilicet de quo lex 2. supr. h. t. 60 Inst. eod. in princ. 61 De turba sc. 62 Paul. §. sent. 3. §. 1. 63 l. 9. infr. de verb. sign. 64 In factum narrativa est. Græc. 65 l. 7. §. 2. supr. quod falso tutore. l. 38. §. 2. supr. de verb. obl. vide l. 179. l. 193. §. de verb. sign. 66 l. 2. §. 13. supr. h. t. l. 50. supr. de furtis. l. 38. §. 2. supr. de verb. oblig. 67 Probari factum in igne non videtur, nisi omnes omnimodo ejus circumstantiæ & qualitates probatae sint. vide Musinger. 4. obs. 80. 68 Per occasionem scilicet vide l. 30. §. 1. supr. ad l. Aquil. 69 Cautam damni qui dat, damnum dedisse videtur, ut hic. sic qui cautam mortis dedit, videtur occidisse, l. 7. §. 6. l. 9. l. 49. supr. ad l. Aquil. Quæ sententia in his solis intelligendæ sunt, qui cautam damni dederunt dolo malo, & animo certo damni dandi. vel ita: Hæc sententia locum habet, quoties causa damni per se ad damnum inferendum sufficit: veluti si ponas vulnus fuisse mortale. vid. Hippolytum de Marfilis consil. 7. num. 1. 70 In servum etiam. Haloand. in servum item. Cujac. apud Paul. §. sentent. 6. §. 2. 71 l. 2. in fin. supr. h. t.

De restitutione rei.

5. GAJUS lib. 21. ad Edictum provinciale. Non prodest ei qui vi rapuit, ad evitandam poenam, si ante iudicium restituat rem quam rapuit.

De usucapione.

6. VENTURIUS lib. 17. Stipulationum. Quod vi possessum raptumve sit, antequam in potestate domini hereditate pervenit, usucapi lex vetat.

TIT. IX.

DE INCENDIO 6, RUINA, NAUFRAGIO 7, RATE, NAVE EXPUGNATA.

Edictum. 1. Utilitas & ratio huius Edicti. 2. De incendio. 3. De ruina. 4. De suspitione incendii, vel ruina. 5. De naufragiis.

1. ULPIANUS lib. 56. ad Edictum.

Prætor ait: In eum qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata quid rapuisse, recepisse dolo malo, damne quid in his rebus dedisse dicitur: in quadruplum in anno, quo primum de ea re experiundi potestas fuerit: post annum, in simplum, iudicium dabo: item in servum, & in familiam iudicium dabo.

§. 1. Huius Edicti utilitas evidens, & iustissima severitas est: si quidem publice interest, nihil rari ex huiusmodi casibus. & quantum sint de his facinoribus etiam criminum executiones, attamen recte Prætor fecit, qui forenses quoque actiones criminibus istis præposuit. §. 2. Ex incendio quemadmodum accipimus? utrum ex ipso igne, an vero ex eo loco, ubi incendium fit? & melius sic accipietur, propter incensum, hoc est, propter tumultum incendii, vel trepidationem incendii, rapit: quemadmodum solemus dicere in bello amissum, quod propter causam belli amittitur. Præterea si ex adjacentibus prædiis, ubi incendium fiebat, raptum quid sit, dicendum sit Edicto locum esse: quia verum est ex incendio rari. §. 3. Item ruina appellatio refertur ad id tempus quo ruina fit: non tantum si ex his quæ ruunt, tulerit quis: sed etiam si ex adjacentibus. §. 4. Si suspicio fuit incendii vel ruina, incendium vel ruina non fuit: videamus an hoc Edictum locum habeat? & magis est ne habeat: quia neque ex incendio, neque ex ruina quid raptum est. §. 5. Item ait Prætor, Si quid ex naufragio. hic illud queritur: utrum si quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit? an vero & si alio tempore, hoc est, post naufragiumque? nam res ex naufragio etiam hæ dicuntur, quæ in litore post naufragium jacent? Et magis est, ut [de] eo tempore,

2. GAJUS lib. 21. ad Edictum provinciale.

ET loco 26,

1. De rate, navi expugnata. 3. De eo, qui rapuit vel recepit. 4. De eo, qui amovit, vel damnum dedit vel recepit. 5. Quid intersit inter rari & amoveri. 6. De nave ejecta. 7. Si dolo ablit. 8. De naufragio.

3. ULPIANUS lib. 56. ad Edictum.

Quo naufragium fit vel factum est, si quis rapuerit: incidisse in hoc Edictum videatur. Qui autem rem in litore jacentem, postea quam naufragium factum est, abstulit, in ea conditione est, ut magis fur sit, quam hoc Edicto teneatur: quemadmodum is, qui, quod de vehiculo excidit, tulit, nec rapere videtur, qui in litore jacentem tollit. §. 1. Deinde ait Prætor, Rate, navi expugnata. Expugnare videtur, qui in ipso quasi prælio & pugna adversus navem & ratem, aliquid rapit: sive prædonibus expugnantibus rapiat.

§. 2. Labeo scribit: æquum fuisse, ut sive de domo, sive in villa expugnatis aliquid rapiatur, huic Edicto locus sit. nec enim minus in mari, quam in villa, per latrunculos inquietamur, vel infestari possumus.

§. 3. Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque qui recepit, ex causis supra scriptis tenetur: quia receptores non minus delinquent, quam adgressores. Sed enim additum est, Dolo malo: quia non omnis qui recipit, statim etiam delinquit, sed qui dolo malo recipit. quid enim si ignarus recipit? aut quid, si ad hoc recipit, ut custodiret, salvaque faceret ei qui amiserat? utique non debet teneri. §. 4. Non solum autem qui rapuit, sed & qui abstulit vel amovit, vel damnum dedit, vel recepit, hæc actione tenetur.

§. 5. Aliud autem esse rari, aliud amoveri, palam est, si quidem

amoveri aliquid etiam sine vi possit, rari autem sine vi non potest.

§. 6. Qui ejecta nave quid rapuit, hoc Edicto tenetur. Ejecta, hoc est, quod Græci ajunt ἐξέχθον. §. 7. Quod ait Prætor de damno dato, ita demum locum habet, si [dolo malo] damnum datum sit: nam si dolo malo ablit, cessat Edictum. Quomodo ergo procedit quod Labeo scribit, si defendendi mei causa vicini ædificium orto incendio dissipaverim, & meo nomine, & familiarum, iudicium in me dandum? cum enim defendendarum mearum ædium causa fecerim, utique dolo careo: puto igitur non esse verum quod Labeo scribit.

Præterea An tamen Lege Aquilia agi cum hoc possit? & non puto agendum: nec enim injuria hoc fecit, qui se tueri voluit cum alias non posset. & ita Celsus scribit. §. 8. Senatusconsultum Claudianis temporibus factum est: Ut si quis ex naufragio clavos, vel unum ex his abstulerit, omnium rerum nomine teneatur. Item alio Senatusconsulto cavetur, eos quorum fraude aut consilio naufragii suppressi per vim fuissent, ne navi vel iis periclitantibus opitulerentur, Legis Cornelie, quæ de sicariis lata est, penis adficiendos. Eos autem qui quid ex miserrima naufragiorum fortuna rapuissent, lucrative fuisse dolo malo: in quantum Edicto Prætoris actio daretur, tantum esse fisco dare debere.

De successoribus.

4. PAULUS lib. 54. ad Edictum.

Pædus, posse etiam dici ex naufragio rapere, qui, dum naufragium fiat, in illa trepidatione rapiat. §. 1. Divus Antoninus de his, qui prædam ex naufragio diripiissent, ita rescriptit: Quod de naufragiis navis raris scripsisti mihi, eo pertinet, ut explore qua pena afflictiendos eos putem, qui diripiisse aliqua ex illo. probantur: & facile (ut opinor) constitui potest. Nam plurimum interest, peritæra collegerint, an, quæ servari possint, flagitiose invaserint. ideoque si gravior præda vi adpetita videbitur, liberos quidem sustibus casus in triennium relegabis; aut si sordidiores erunt, in opus publicum ejusdem temporis dabis: servos flagellis casos, in metallum damnabis. si non magnæ pecunie res fuerint: liberos sustibus, servos flagellis casos dimittere poteris. Et omnino, ut in ceteris, ita huiusmodi causis, ex personarum conditione, & rerum qualitate, & diligenter sunt æstimandæ, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa posulabit. §. 2. Hæ actiones heredibus dantur: in heredes eatenus dandæ sunt, quatenus ad eos pervenit.

De re servata.

5. GAJUS lib. 21. ad Edictum provinciale.

Si quis ex naufragio, vel ex incendio, ruinave servatam rem, & alio loco positam subtraxerit aut rapuerit: furti scilicet, aut alias vi bonorum raptorum iudicio tenetur. maxime si non intelligebat, ex naufragio vel incendio ruinave eam esse. Jacentem quoque rem ex naufragio, quæ fluctibus expulsa sit, si quis abstulerit, plerique idem putant: quod ita verum est, si aliquid tempus post naufragium intercesserit. alioquin si in ipso naufragii tempore id acciderit, nihil interest, utrum ex ipso mari quisque rapiat, an ex naufragiis, an ex litore. De eo quoque quod ex rate, nave expugnata raptum sit, eandem interpretationem adhibere debemus.

De navi expugnata.

6. CALLISTRATUS lib. 1. Edicti monitorii.

Expugnatur navis, cum spoliatur, aut mergitur, aut dissolvitur, aut pertunditur, aut funes ejus præciduntur, aut vela conscinduntur, aut anchoræ involantur de mare.

De naufragio.

7. IDEM lib. 2. Questionum.

NE quid ex naufragiis deripiatur, vel quis extraneus interveniat colligendis eis, multifariam prospectum est. Nam & Divus Hadrianus Edicto præcepit, ut hi qui juxta littora maris possident, scirent, si quando navis vel inficta, vel fracta inter fines agri cuiusque fuerit, ne] naufragia deripiant, in ipsos iudicia Præfides his, qui res suas directas queruntur, reddituros: ut quicquid probaverint ademptum sibi naufragio, id a possessoribus recipiant. De his autem quos deripiisse probatum sit, Præfides, ut de latronibus, gravem sententiam dicere. Ut facilius sit probatio huiusmodi admissi, permittit his, & quidquid passos se huiusmodi queruntur adire Præfidos, & ad eum testari, reosque petere, ut pro modo culpæ vel

Al. qui quid.

1 Vide l. 65. in fin. supr. de furtis. 60. Eclog. 7. cap. 6. Harmenop. 7. cap. πρὸ τῶν ἐξ ἐπιπρωτῆς ἀποχρησῶν. 2 Multo minus, si poeniteat post delictum; nec enim ad evitandam poenam sola poenitentia sufficit. Cur? plus est rem restituere quam poenitere: & ita tenent Doctores omnes communiter. de quo vide Clarum, §. ult. qu. 16. Et qu. 60. n. 13. 3 l. 43. in fin. princ. supr. de acquir. rer. dom. l. 4. §. 12. l. 23. in fin. supr. de usup. §. 2. Infr. de usup. 4 Id est, Julia & Plautia. §. 8. Infr. de usup. l. 4. §. 6. supr. de usup. l. 7. in fin. supr. ad exhib. 5 Id est, de iis, quæ ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata raptasie dicuntur. l. 3. in fin. princ. supr. de feris. l. 18. Et Authen. navigia. C. de furtis. l. 44. supr. de adq. rer. l. 21. §. 1. supr. de acquir. vel amit. poss. 6. Eclog. 6. c. 35. 6 60. Eclog. 6. §. 18. πρὸ τῶν ἐξ ἐπιπρωτῆς ἀποχρησῶν, καὶ τῶν ἐκ ναυρηγῶν. 6. Harm. 7. Et 6. tit. l. c. πρὸ ἐπιπρωτῆς. huc etiam refer tit. 12. coll. legum Moscovitarum. §. Extra. 18. ubi agitur de incendiariis. Qui extat apud Paul. §. sentent. 20. de incendiariis, non est genuinus. agitur autem de incendio in l. 9. in fin. h. t. Præxim huius tituli vide apud Oldendorp. Class. 7. act. 8. 7 Vide l. 1. in fin. infr. ad l. Jul. de vi privata. Et C. de naufragiis. Auth. navigia. C. de furt. 8 Etiam huius, cui quid ejusmodi rerum rapere non licet. l. 1. C. de naufragiis. 9 §. 2. infr. h. t. Goth. Ex incendio, id est, propter incendium. Anf. 10 §. 3. infr. h. t. 11 §. 5. infr. h. t. 12 Navibus periclitantibus. Græc. 13 l. 2. §. 1. infr. h. t. 14 l. 6. infr. h. t. 15 l. 3. §. 4. Et seq. l. 4. l. 5. l. 7. infr. h. t. l. 3. supr. de feris. Paul. §. sent. 3. §. 2. 16 l. 3. §. 4. §. 1. infr. h. t. 17 l. 44. supr. de acquir. rer. Goth. Intellige civiliter agendo: nam adhuc pro arbitrio ex qualitate circumstantiarum iudex poenam corporalem infligit. vide Menoch. de arbitrar. quest. 287. Anf. 19 Imo post annum non datur. l. 2. in fin. C. de naufragiis. 19 Forenses actiones, civiles. 20 Id est, propter incendium. 21 Vel hic locus offendit Grammaticum non agere, qui verba legum ex optimis veterum libris interpretatur. 22 In bello amissum dicitur, quod propter bellum amissum est, ut hic. l. 19. infr. de captivis. 23 Quando suspitione datur, quando non, vide Decian. crim. lib. 5. cap. 35. num. 47. Anf. 24 Imo habet. l. 4. infr. h. t. 25 Locum suspitione scilicet, & ita talis suspitione non statim. vide Accurf. 26 l. 5. in princ. infr. h. t. 27 l. 2. in fin. supr. de l. Rhodia. l. 43. §. 11. supr. de furtis. §. ult. infr. de rer. divis. 28 Vel rheda currente. §. ult. infr. de rer. divis. adde c. l. si quid inventis. l. 4. qu. 1. 29 Vid. l. 43. §. 4. Et sequentes. supr. de furtis. 30 Ordo inventus hic est: ut ita loquamur: nec enim minus in villa, quam in mari pro latrunculis inquietantur, vel infestari possumus. Hic enim questio est de domo & villa expugnatis, quibus expugnatis Labeo scribit æquum fuisse huic Edicto non minus locum esse, quam si in mari expugnati essentus. 31 l. 35. §. 4. supr. de

mortis causa donat. 32 §. 4. J. h. t. vide tit. infr. de receptorib. 33 Vide omnino l. 5. supr. de servo corrupto. 34 l. 43. §. 7. supr. de furtis. Emens a fure, protefari debet se ea mente rem emere, ut eam restituat vero domino. vide l. 1. C. de furtis. 35 §. 3. supr. h. t. 36 Amovere & rapere differunt. 37 Εὐκαταστάτης, Hugo a Porta. ἐξέχθον, Hal. ἐξέχθον, Alcianus ad l. juberans. C. de navibus lib. 11. tit. 3. Goth. Adde Alcian. l. 2. pratermissor. & Augustin. emendat. lib. 3. cap. 6. S. L. 38 Uenique que libri prospicere, & meliorem tuam conditionem facere licet, vel in præjudicium alterius: dum tamen id principaliter animo nocendi non fiat, l. 3. supr. de justitia. l. 19. §. 3. l. de negot. l. 29. §. 1. §. 3. supr. ad l. Aquil. l. 2. in fin. supr. de act. empt. l. 42. §. 3. de adq. vel amit. hered. l. 77. §. 31. in fin. supr. de legat. 2. l. 30. supr. de bonis libert. l. 1. §. 12. §. de aqua & aqua pluvia. l. 5. §. 2. supr. de doli mali & metus except. l. 26. supr. de damn. 39 l. 49. in fin. supr. ad l. Aquil. l. 7. §. 4. supr. quod vi aut clam. 5. Harm. l. c. πρὸ ἐπιπρωτῆς. 40 Alteri non inferi injuriam, qui se tueretur. Goth. Vide l. 9. supr. ad leg. Aquil. Quatenus autem quis defendendo res suas vicino teneatur ad compensationem damni, vide Menoch. de arbit. casu 34. lib. 2. cent. 1. Cravett. conf. 409. num. 6. Anf. 41 Clavus navis alia significatione sumitur in l. 12. supr. de adilit. Glossis Clavis, ὄπισθις πλοῦν. 42 Vide l. 21. supr. de furt. imo quarundam tantum. l. 21. supr. de furtis. 43 l. 3. §. 4. J. ad leg. Corn. de sicariis. 44 Al. ibi. 45 d. §. 4. 60. Eclog. 17. ex lib. 53. tit. 3. c. 25. 46 l. 1. C. de naufragiis. lib. 11. tit. 5. vide Nov. Leon. 64. ubi poena quadrupli constituitur. 47 Imo qui tunc rapuit, ex naufragio non rapuit. l. 1. §. penult. supr. h. t. 48 Præter hoc idem vocabulum retinent Græci: ut in legib. Georgicis Justiniani πρὸ πρῶτος ἐκῶν. Moschopolus, πρὸ σφιδῶν πρῶτος ἢ γινωσκῶν καὶ λαῶν ἐν ἀμπελοῦν, καὶ ἀγροῦν ἢ τοιαύτης τισί. 49 Sustibus exdebantur liberi; flagellis & flagris servi, ut hic. v. l. ult. infr. de injur. l. 7. §. de penis. dixi ad l. 12. §. de juro fisci. 50 Qui ex naufragio graviozem prædam appetunt, liberi in triennium relegantur, vel ad opus publicum dantur. 51 Homines abjectiores gravius puniuntur, quam honestiores. l. 5. C. de naufragiis. lib. 11. tit. 5. 52 l. 19. in fin. supr. de negotiis. l. 72. in fin. supr. de iudicis. l. 34. §. 8. supr. de iurjurando. l. 2. supr. de re iudicata. l. 15. §. 25. in fin. J. de injuriis. l. 9. §. 11. l. 11. l. 15. infr. de penis. l. 4. C. de naufragiis. lib. 11. tit. 5. 53 Heredes tenentur, quatenus ad eos pervenit. 54 Adde l. 1. in fin. l. 2. supr. h. t. 55 d. l. 1. in fin. 56 De mari. Hal. 57 Inficta navis, nihil aliud quam infixa. Caper Grammaticus: Fictum, rationis: fixum, voluntatis. Eadem ratione Varro, 3. de re rustica. Diomedes & Scaurus, ficta, afficta, deficta. 58 l. 2. C. de naufragiis. 59 De quo vide l. 2. supr. arbor. furtivam. 60 d. l. 2. l. 3. C. de naufragiis. 61 Al. apud.

vincti, vel sub fidejussoribus ad Præsidentem remittantur. A domino quoque possessionis, in qua id admissum dicatur, fatis accipi, ne cognitioni desit, præcipitur. † Sed nec intervenire naufragiis colligendis aut militem, aut privatum, aut liberum servumve Principis, placere sibi ait Senatus.

De rate vi fluminis in agrum alterius delata.

8. NERATIUS lib. 2. Responsorum.

Ratis vi fluminis in agrum meum delata, non aliter potestatem tibi faciendam, quam si de præterito quoque damno mihi cavisses.

De incendio.

9. GAJUS lib. 4. ad Legem XII. tabularum.

Qui ades acervumve frumenti juxta domum positum combusserit, vincus, verberatus, igni necari jubetur: si modo sciens prudensque id commiserit. si vero casu, id est, negligentia, aut noxiam farcire jubetur, aut si minus idoneus sit, levius castigatur. † Appellatione autem ædium omnes species ædificii continentur.

Ne piscatores nocte, lumine ostenso, fallant navigantes.

10. ULPIANUS lib. 1. Opinionum.

Ne piscatores nocte, lumine ostenso, fallant navigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naves, & qui in eis sunt, deducant, sibi que execrandam prædam parent: Præfide provincia religio constantia efficiat.

De incendio.

11. MARCIANUS lib. 14. Institutionum.

Si fortuito incendium factum sit, venia indiget: nisi tam lata culpa fuit, ut luxuriæ aut dolo sit proxima.

De naufragio. 1. De incendio.

12. ULPIANUS lib. 8. de Officio Proconsulis.

Licere unicuique naufragium suum impune colligere constat: idque Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescriptis.

§. 1. Qui data opera in civitate incendium fecerint, si humiliori loco sint, bestiis objici solent: si in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur, aut certe in insulam deportantur.

TIT. X.

DE INJURIIS ET FAMOSIS LIBELLIS.

Etymologia & significationes verbi Injuria. Etymologia contumeliaz. 1. De re & verbis. 2. De corpore, dignitate, infamia. 3. Per quas personas injuriam patimur.

1. ULPIANUS lib. 56. ad Edictum.

Injuria ex eo dicta est, quod non jure fiat: omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur. hoc generaliter. Specialiter autem injuria dicitur contumelia, interdum injuria appellatione damnum culpa datum significatur: ut in Lege Aquilia dicere solemus. Interdum iniquitatem, injuriam dicemus. nam cum quis inique vel injuste sententiam dixit, injuriam, ex eo dictam, quod jure & justitia caret, quasi non juriam: contumeliam autem, a contemnen-

do. §. 1. Injuriam autem fieri Labeo ait aut re, aut verbis: quotiens manus inferuntur: verbis autem, quotiens non manus inferuntur, convicium fit. §. 2. Omnemque injuriam aut in corpus inferri; aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinere. In corpus fit, cum quis pulsatur. Ad dignitatem, cum comes abducitur. ad infamiam, cum pudicitia adtemptatur.

§. 3. Item aut per semetipsum alicui fit injuria, aut per alias personas. per semetipsum, cum directo ipsi cui patrifamilias, vel matrifamilias fit injuria. per alias, cum per consequentias fit; cum fit liberis meis, vel servis meis, vel uxori, nuriue: spectat enim ad nos injuria, quæ in his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subjecti sunt.

§. 4. Et si forte cadaveri defuncti fit injuria, cui heredes bonorumve possessores existimus, injuriam nostro nomine habemus actionem: spectat enim ad existimationem nostram, si qua ei fiat injuria.

† Idemque & si fama ejus cui heredes existimus laceffatur.

§. 5. Usque adeo autem injuria quæ fit liberis nostris nostrum pudorem pertingit, ut etiam si volentem filium quis vendiderit, patri, suo quidem nomine competit injuriam actio, filii vero nomine non competit, quia nulla injuria est quæ in volentem fiat.

§. 6. Quotiens autem funeri testatoris, vel cadaveri fit injuria: si quidem post aditam hereditatem fiat, dicendum est heredi quodammodo factam: semper enim heredis interest defuncti existimationem purgare. quotiens autem ante aditam hereditatem, magis hereditati; & sic heredi per hereditatem adquiri. † Denique Julianus scribit, si corpus testatoris ante aditam hereditatem detentum est: adquiri hereditati actiones dubium non esse. † Idemque putat, & si ante aditam hereditatem servo hereditario injuria facta fuerit: nam per hereditatem actio heredi adquiritur.

§. 7. Labeo scribit, si quis servum hereditarium testamentum manumissum, ante aditam hereditatem verberaverit: injuriam heredem agere posse. at si post aditam hereditatem verberatus sit, sive scit se liberum, sive ignorat, ipsum agere posse.

§. 8. Sive autem sciat quis filium meum esse, vel uxorem meam, sive ignoraverit, habere me meo nomine actionem, Neratius scripsit.

§. 9. Idem ait [Neratius] ex una injuria interdum tribus oriri injuriam actionem, neque ullius actionem per aliam consumi: utputa uxori meæ filiarumque injuria facta est: & mihi, & patri ejus, & ipsi injuriam actio incipiet competere.

2. PAULUS lib. 50. ad Edictum.

Quod si viro injuria facta sit, uxor non agit: quia defendi uxores a viris, non viros ab uxore æquum est.

Qui injuriam facere possunt. 1. De furioso & impubere. 2. De affectu & scientia patientis vel facientis. 3. De joco. 4. De errore.

3. ULPIANUS lib. 56. ad Edictum.

Illud relatum peræque est, eos qui injuriam pati possunt, & facere posse. §. 1. Sane sunt quidam qui facere non possunt; ut puta furiosus, & impubes qui doli capax non est: namque hi pati injuriam solent, non facere. cum enim injuria ex affectu facientis consistat, consequens erit dicere, hos five pulsent, five conviciam dicent, injuriam fecisse non videri.

§. 2. Itaque pati quis injuriam, etiam si non sentiat, potest: facere nemo, nisi qui scit se injuriam facere etiam si nesciat cui faciat.

§. 3. Quare si quis per jactum percutiat, aut dum certat: injuriam non tenetur. §. 4. Si quis hominem liberum ceciderit, dum putat servum suum: in ea causa est, ne injuriam teneatur.

1 De remissione reorum quando locus sit, vide Pegner. decis. crim. 2. Anl. 2 l. 5. §. 3. sup. ad exhib. l. 9. sup. de damnis. adde quæ notavi ad l. 39. in fin. sup. ad leg. Aquil. 3 Vide Angel. tr. de maleficiis. §. incendiario. 4 Id est, vicus vel vicus. 5 Poena incendiarii malitiosi, vel affectati hæc est, ut vivus comburatur, l. 28. §. 12. infr. de panis. capite puniatur, d. §. 12. l. 10. infr. ad leg. Corn. de sciscariis. & fumo supplicio, Paul. §. sent. 3. §. ult. & pro qualitate suæ personæ damnetur in opus publicum: in metallum, in opus publicum relegatur, aqua & igni interdicitur, bestiis subijciatur. l. 12. in fin. infr. h. t. vide collationem leg. Mosaisarum, t. 12. 6 Vide l. 11. §. h. t. 7 Id est, damnum duplum. Paul. §. sent. 3. §. ult. existimationem rei combu- stæ. Exc. 22. Et hæc quidem lex & poena incendiarii est civilis, l. 28. §. 12. infr. de panis. quæ & forensis dici potest. Paul. tit. 12. collationis leg. Mosaisarum. Est enim forum proprie causarum civilium, l. 1. §. 1. sup. h. t. Paul. §. sent. 18. §. 2. ubi vide Cujac. quia & actio incendiarum ædium appellatur. l. 7. §. 13. sup. de pactis. l. 27. §. 9. l. 30. §. penult. §. ad l. Aquil. 8 Luce in corpore qui non potest in xre. l. 1. in fin. infr. de panis. 9 l. 3. §. 1. sup. de officio Præf. vigili. 10 l. 31. §. 8. sup. de legat. 1. 11 Lumine ostenso navigantes qui fallant, arbitrio judicis puniendi. adde l. 1. c. de nau- vicular. lib. 11. tit. 1. Porro turres, quæ nocturnis ignibus cursum navigantium ostend- dere solent, Pharos appellant. Hujusmodi turrim Ptolemæus talentis 800. extruxit. Ege- sippus existimat Pharus dici quasi Φαεινός. hinc Statius: Lumina noctivaga tollit pharus amala Luna. 12 Vide l. silicetas. 6. sup. de offic. Præf. quia est ejusdem libri. 13 Seu casu, l. 9. sup. h. t. per incuriam, Paul. ibid. non dolo. l. 11. sup. de periculo. l. 9. §. 5. sup. de rebus auctoritate judicis. Incendium casu admissum uti puniatur, vide apud Angelum, d. §. incendiario. 14 Lata culpa, incauta. Ulp. tit. 12. leg. Mosaisar. Incendium lata culpa admissum quemadmodum puniatur, vide apud Angelum, ibi §. in- cendiario. 15 Quæ & laticia. Ulp. ibid. Haloand. legit, iustoria. 16 Tunc fu- stigari potest. l. 3. §. 1. sup. de officio Præf. vigili. 17 Naufragium a dominis colli- gi ne quidem fucus prohibere possit, l. 1. c. de naufragiis. lib. 11. tit. 5. licet poeta scri- bat, res fisci est ubiqueque natæ. 18 d. l. 1. 19 Consulto, Paul. §. sent. 4. §. ult. adde Ulp. tit. 12. collationis legum Mosaisar. 20 Paul. ibid. Ulp. ibid. Paul. d. tit. 12. 21 Imo igni necatur. l. 9. sup. h. t. 22 Ulp. ibid. 23 L. 9. C. 35. 4. Infr. 4. Paul. §. sent. 4. §. Extr. 36. §. 5. sexto 8. πειρὶ ὄψεως. 60. Ecl. 22. tit. 2. coll. leg. Mosaisar. de actione injuriarum adde Clarum, §. sent. 10. Lolium, tit. 45. Oldend. class. 7. act. 10. Goth. vid. Plazam miscellan. lib. 1. cap. 12. §. 6. Quæ fit atrox injuria, tractat Menochius de arbitr. judic. cas. 263. Mod. 24 L. 9. C. 36. 9. C. Theod. 34. 6. Harm. 9. 25 Libellum famosum, Harmen. ibid. vocat ὀνειδία- σίας, adde de conviciis ex Paul. §. sent. 4. §. 1. 26 Injuria & beneficium contraria. Senec. 5. de benef. 7. 27 Infr. h. t. in pr. τὸ παράνομον. Ecl. ibid. πᾶν ὁ μὴ ἄλλὰ νόμον γίνεσθαι. Theoph. Infr. h. t. 28 Παράνομον. Ecl. ibid. Græci νόμον vocant, Theophil. Infr. de injuriis. Goth. Hinc si quis nihil voce vel verbis respon- deat, sed sublata manu posito ungue pollicis sub digito indice pugnum fecerit, quasi in contumeliam, injuriam tenetur. hic §. 2. vide Ant. Tessaur. decis. 229. Ant. 29 Male in Institutionibus legitur ἐυχάμηα. h. a. bene apud Theophilum ἀδίκημα. & Ecl. ibid. ἐυχάμηα. 30 L. 5. §. 1. sup. ad l. Aquil. 31 ἀδίκημα. Ecl. c. 1. Theoph. Paul. tit. 12. coll. legum Mosaisar. In Institutionibus vocabulum ἀδίκημα. 32 Ecl. ibid. Infr. h. t. 33 Debit addere, & litoris, & libellis, & factis, hinc illa formula agendi apud Paulum, tit. 2. coll. legum Mosaisarum. quod Auli Agerii pugno mala percussa est. Sic apud Fabium, 6. o. 8. colaphum tibi ducam & tormen- tam scribam, quod caput durum habeas. 34 Convicii appellatione comprehen- ditur etiam maledictum. Paul. §. sent. 4. §. 18. 19. Pſalterium, & canticum injurio- rum, §. 15. & 16. carmen, historia, §. 1. Infr. h. t. liber. l. 5. §. 9. infr. h. t. led & variz conviciorum species comprehenduntur, de quibus vid. Clar. §. sent. 10. inter

quas & has refert: tu es bonus homo, id est, cornutus: tu es meretrix; tu mentiris &c. 35 Debuerat ita dividere, aut in corpus, aut extra. Paul. §. sent. 4. §. 1. 36 Di- ginitas ad civilem, fama ad statum naturalem & mores refertur: aliud est dignitatem alicui- jus appetere, aliud famam ledere. 37 Ecl. ibid. dum cædunt. Paul. 2. coll. leg. Mosaisar. verberibus, illatione stupri. Paul. §. sent. 4. §. 1. & §. 5. 38 L. 15. §. 16. J. h. t. Plautus Castus: sequimini me Comites, Comes, ἀκόμης, quo nomine etiam com- prehenditur ἀκόμης. Ecl. ibid. s. 29. Pædagogus, l. 35. sup. de fideicom. li- berr. a quo pædagogia. l. 12. §. 32. sup. de instr. & pædagogiani. Amman. 26. Gallii Pæges. ἀκόμης vero apud Ecclesiasticos eum significat, vel qui Episcopum comitatur, vide Duaren. 1. de sacris 14. vel qui in funere funalia deferrebat ascetris (quæ olim præ- fica) interea piallentibus: decanis (qui olim copiatæ, leccicarii & vespillones) feretrum ferentibus. vid. Cujac. cap. 18. de temporib. de acolythis etiam dicam ad l. 6. C. de Epi- scopis. 39 Ecl. ibid. 21. c. 1. vel prætextata. Paul. 2. coll. leg. Mosaisar. 40 §. 1. Infr. h. t. Paul. §. sent. 4. §. 14. 41 Semetipsum. 42 Cui infra oppo- nit per consequentias. 43 Adde l. 27. §. 3. in fin. sup. de rei vind. 44 l. 18. in fin. l. 41. infr. h. t. §. 2. Infr. h. t. Ecl. 16. c. 1. Paul. §. sent. 4. §. 3. 45 Ecl. eod. Infr. h. t. §. 2. l. 2. C. h. t. Paul. d. §. 3. 46 Ecl. ibid. §. 2. in fin. Infr. h. t. 47 De quo vide l. 1. §. 1. & ult. l. 2. l. 3. sup. de liber. causa. 48 Cadaver defuncti si injuria afficitur, heredi fit injuria, §. 6. infr. h. t. Ecl. ibid. adde l. 8. sup. de religiosis. vid. Nov. 60. l. 27. infr. h. t. Ecl. ibid. c. 1. in fin. 49 l. 3. §. 5. sup. de homine libero. l. 11. sup. si quid in fraudem patroni. vide Bellovifa- num, l. c. 3. n. 37. & seq. Hinc colligitur neminem se torquendum offerre posse priva- to vel judici; de quo vid. Marfil. in praxi criminali. §. expedita. n. 55. 56. 57. maxime quod nemo dominus membrorum suorum sit: & in his, quæ meri sunt imperii nemo possit jurisdictionem prorogare, l. privatorum. C. de jurisdic. & torquere posse sit meri imperii. l. defensores. C. de defens. civit. 50 Adde l. 3. sup. de in jus vocand. l. 4. §. 2. sup. si quis cautionis. Nov. 60. 51 Vide §. 4. sup. h. t. vel monumento. l. 27. infr. h. t. vel offibus, l. 8. adde l. 14. §. 10. sup. de religiosis. 52 l. 30. infr. h. t. 53 l. 18. in fin. infr. h. t. Ecl. ibid. cap. 1. 54 Adde l. 30. in fin. infr. eod. l. 2. C. h. t. Ecl. ibid. cap. 3. 55 §. 2. vers. contra. Infr. h. t. Ecl. ibid. 56 Marito. 57 Si patris in potestate fuit. 58 Uxori seu mulieri. 59 Al. uxoris. 60 Regulæ loco scilicet, quæ tamen exceptiones habet. Ecl. ibid. Goth. Hæc lex canonizata est, cap. 2. causa 15. qu. 1. Anl. 61 Ecl. ibid. Paul. §. sent. 4. §. 2. 62 ἀντίθετος. Ecl. ibid. 63 Vide quæ not. ad l. 2. §. 19. sup. vi bonor. adde Paul. ibid. Goth. Dormientes etiam injuriam facere non dicuntur, Pecc. c. sine culpa. de reg. jur. in 6. l. 1. C. ad l. Corn. de sciscar. Mascard. de probat. conclus. 902. num. 15. sicut nec ebrii, potissimum si injuriaz sint leviores, & post edomitam crapulam penituerint, l. 6. §. 7. vers. per vinum. infr. de re militari. l. un. C. si quis imp. maledix. l. 12. infr. de cassad. reor. Jul. Clar. §. final. qu. 5. n. 12. Anl. 64 Hinc collige, requiri ad adio- nem injuriz utiliter proponendam, ut qui eam intulisse dicitur, impubes non sit. vide Bellovis. l. c. 3. n. 14. 65 Vide l. 5. C. h. t. Paul. §. sent. 14. §. 1. in fin. l. 34. sup. de oblig. vide quæ notavi ad l. 53. sup. de furris. ideoque non tenetur, qui per jo- cum percutit. §. 3. infr. h. t. Quid? injuria ab ebrio facta potestne vindicari? vid. quæ notavi ad l. un. C. si quis Imperatori maledixerit. An ab ignorante vel irato? vid. l. 3. C. h. t. 66 Locus a consequentibus. l. 27. §. 3. sup. de rei vindicat. 67 Pati in- juriam possimus, etiam si eam facere non possimus, & nesciamus nobis fieri. 68 l. 18. §. 3. infr. h. t. 69 l. 15. §. 23. infr. h. t. l. 3. in fin. sup. de oblig. adde l. 5. C. h. t. joeus detegitur ex personarum qualitate, veluti si quid dictum sit a parente, magistro, domino, amico, Lucio, facit l. 16. §. 2. infr. de panis. vide Bellovisianum, l. c. 3. n. 8. 70 Quia fuit se injuriam non facere, & animum injuriaz faciendæ non ha- bere. 71 Occiderit. Hal. 72 Quid, si e contrario putavit se liberum cedere, qui erat servus? vide l. 45. §. 2. sup. ad l. Aquilianam.

Si quis servum percutere volens, alium inuito percusserit.

4. PAULUS lib. 50. ad Edictum.

Si cum servo meo pugnam ducere vellem, in proximo te stantem inuitus percusserim: injuriarum non teneor.

Quibus ex causis datur actio ex Lege Cornelia, & qui ea lege prohibentur judicare. 1. Differentia pulsationis & verberationis. 3. De domo, domicilio & habitatione. 6. De filiofamilias injuriam passio. 8. De iurejurando. 9. De famosis libellis.

5. ULPIANUS lib. 56. ad Edictum.

Lex Cornelia de injuriis competit ei qui injuriam agere volet ob eam rem, quod se pulsatum, verberatumve domumve suam vi introitum esse dicat. Qua lege cavetur, ut non iudicet [qui] ei qui agit, gener, socer, vitricus, privignus, sobrinusve est, propiusve eorum quenquam ea cognatione affinitateve attinget: quive [eorum], ejus, parentive ejus eorum patronus erit. Lex itaque Cornelia ex tribus causis dedit actionem: quod quis pulsatus verberatusve, domusve ejus vi introita sit. Apparet igitur omnem injuriam quæ manu fiat, Lege Cornelia contineri. §. 1. Inter pulsationem & verberationem hoc interest, ut Ofilius scribit: verberare est, cum dolore cadere: pulsare, sine dolore. §. 2. Domum accipere debemus, non proprietatem domus, sed domicilium. Quare si in propria domo quis habitaverit, si in conducto, vel gratis si hospicio receptus, hæc lex locum habebit. §. 3. Quid si quis in villa habitet, vel in hortis? Idem erit probandum. §. 4. Et si dominus fundum locaverit, inque eum impetus factus sit, colonus aget, non dominus. §. 5. Si tamen in fundum alienum qui domino colebatur, introitum sit: Labeo negat esse actionem domino fundi ex Lege Cornelia: quia non possit ubique domicilium habere, hoc est, per omnes villas suas. Ego puto ad omnem habitationem, in qua paterfamilias habitat, pertinere hanc legem: licet ibi quis domicilium non habeat. ponamus enim studiorum causa Romæ agere: Romæ utique domicilium non habet; & tamen dicendum est, si vi domus ejus introita fuerit, Corneliam locum habere. Tantum igitur ad meritoria vel stabula non pertinebit. Cæterum ad hos pertinebit, qui inhabitant non momenti causa: licet ibi domicilium non habeant. §. 6. Illud queritur, an pater filiofamilias injuriam passio, ex Lege Cornelia injuriam agere possit? Et placuit non posse: deque ea re inter omnes constat. sed patri quidem Prætoriam injuriam actio competit, filio vero Legis Corneliæ. §. 7. In Lege Cornelia filiofamilias agere potest ex omni causa, nec cavere debet ratam rem patrem habituram: nam nec alias agentem filium injuriam ad cautionem de rato compellendum, Julianus scribit. §. 8. Hac lege permittitur actori iusjurandum deferre, ut reus juret injuriam se non fecisse: sed Sabinus in adfessorio, etiam Prætores exemplum Legis secuturos ait: & ita res se habet. §. 9. Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiam si alterius nomine ediderit, vel sine nomine, uti de ea re agere liceret; & si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis ex lege esse jubetur.

1 Nam & mihi fuit anibus vacandi rei legitime, id est, punicidi servi, & e contrario anibus injuriam ubi interendæ dicit. Goth. Adde l. 3. §. 1. sup. h. t. l. 34. in princ. 3. de obligat. & act. l. 9. §. 1. seq. C. hoc tit. Jul. Clar. §. injuria. n. 12. Andr. Gall. lib. 2. obs. 106. n. 5. 6. Anf. 2 Sed Aquilia. l. 45. §. 4. sup. ad l. Aquil. 3 C. ut nemo in sua causa. de exceptionibus reculatoris iudicis vide Godefrid. c. 7. Emharis exceptio. nam. de quibus hoc paucis accipe, quatuor scilicet. ex causis eas proponi, ut quædam pertineant, & dirigantur adversus ipsum iudicem, conjunctionem nimis vel actori, vel reo, vel utriusque in inimicus excipientis, amicus, conflaginatus, admittente civili, vel spirituali adversario conjunctionis, si jus potestatis in eum habet, si ejus vasalet, si domesticus, si focus, si ejusdem provincie; si institutus ab eo heres, vel ad Magistratum, & officium iudicandi promotus, si ut amicus, vel Advocatus ei consilium dedit, si suam sententiam palam protulit, si in lite qua de agitur testis fuit, si corruptus ab adversario, si ab ejus sententia appellatum, si de ejus, aut simili, aut suorum causa agitur: hæc, inquam, omnia ethere possunt, ut iudicem recitentur. Aliæ sunt exceptiones, quæ ad ipsam tantum iudicis personam referuntur, ut si sit minor, infamis, ignarus, excommunicatus, servus, incapax delegationis et factæ, aut ab incapace delegatus, si præter officium temere se ingerit, si ab officio impensus, si delegationem executio & vis expiravit, si ius cognitio ab eo ad alium translata aut revocata, si is a quo delegationem habet, mortuus est, si ipse mandatum delegationis non exhibet. Tertium genus exceptionis ratione loci, veluti inhonesti, vel non tui, proponitur. Quartum ratione causæ & incompetentiæ, veluti si ius & causa sit Ecclesiastica: item si mixta, id est, cujus cognitio præventionem iudicis Ecclesiastici vel Laici facta est. si ius ad Laicum iudicem mere pertinet, puta ad ipsos nobiles jurisdictionem habentes, Prætores, seu Præfides provinciarum, (Galli *Lexipontis, Trevisi, Baulis, Seneschauz*); militarium criminum questitores, (Galli *Previsi de Marschawz*): privilegiorum conservatores, libellorum ad Basilicam recuperatores, (Galli, *Requisi de Palas*): Parliamentaria quorum iudices cognoscunt apud Gallos de dominio regio, iure regaliæ, & utroque beneficii Ecclesiastici vacant ad Regem delato, de causis Parium Franciæ, & appellationibus interiorum iudicium, ad Principem ipsum (ut tant gratis, abolitiones, remissiones, indulgentiæ, restitutiones) de quibus vide Saponem, 2. Notar. 4 Vel frater. adde l. 11. inf. de accusat. l. 35. in princ. sup. de procurat. §. 8. inf. h. t. 6. Domus quid sit, vide §. 2. inf. h. t. 7 Quantum ad hanc actionem injuriam attinet, scilicet. Ideoque qui sine gravi impetu suo percussit, verberavit tamen dicitur. Aleianus, 4. de verb. sign. In aliis, Vallæ (6. *Elegantiarum* 47.) concedemus, verberare idem esse, quod verberare, id est, fuisse, baculo, toris, flagello, tercia, arundine, & similius cadere: pulsare vero, gravi manu cadere, nec tam instrumentum longo, quam brevi ac rotundo, ut pugnis & calcibus. 8 Jurisconsultus hic interpretatur verba iuperiora, *domusve ejus vi introita sit*. 9 Id est, non tantum proprietatem &c. 10 Id est, habitationem. §. 8. *verf. domum*. *Inf. cod. l. 1. §. 2. 3. de acatoribus*. l. 1. §. 2. *sup. de agnoscendis liberis*. l. 4. §. 5. *sup. de damnis*. l. 8. in fin. l. 22. §. 2. *inf. ad leg. Jul. de adulteris*. adde l. 203. *inf. de verb. signif.* Goth. Vide Brisson. lib. 3. *sect. cap. 13*. Menoch. de arbit. *judic. cas. 252*. S. L. 11 In conducta. *vulg. Mal. 12* Gratis est alienam domum habitamus, si tamen in ea domo injuria nobis facta erit, injuriam agere æque possumus, ac si in domo propria, vel conducta, vel hospicio injuria facta erit, ut hic. Gratis est nobis habitatio data sit, habitatio tamen est. Sic calumniator esse non debet, qui gratuito calumniatus est. l. 2. §. de calumniator. 13 In hortis veteres habitare solitos dixi ad l. 64. §. 1. §. de donat. inter vir. & uxor. 14 Et male. *verf. ego puto*. 15 Imo potest quis in pluribus locis habere domicilium. l. 6. §. 2. *inf. ad municipalem*. 16 Adde l. 35. §. 1. *ad municipalem*. vide Revardum in l. 123. §. de reg. jur. 17 Nilipost decemium transactum. l. 2. C. de incois. 18 Cur? quia ab his intra unam horam recordimur. 19 l. 39. §. 4. *sup. de procuratoribus*. l. 22. §. 9. *et nilim. sup. ratam rem*. 20 Id est, quia pulsatus, verberatus, aut domus ejus vi introita. 21 d. §. 4. 22 l. 11. §. 1. in fin. §. h. t. 23 An duntaxat adfessor Prætoris, ut vult Accursius? an potius in libro adfessoriorum, arg. l. 12. *sup. de pactis* ultimum est verum. 24 Quæ permittit delicti iuramentum. 25 Secutus. *vulg. Mal.* 26 Epigramma vel epitheton, id est, inscriptionem, *inf. h. t. carmen*. l. 21. §. de testib. Plauterium, canticum. Paul. §. sent. 4. §. 15. *Quædam*. 6. *Harm. 9*. famofum libellum. l. un. C. de famosis libellis. De carminum conditoribus vide Cic. 4. *Inst. Paul. §. sent. 4. §. 6*. Horat. *epist. ad Aug. & l. Satyr. 11. 20*. Gell. l. 1. *Arnob. 4. adversus gentes*. Augustin. 2. de civitate 9. 27 Hinc nota, puniri non tantum auctorem, id est, compositorem, ut interpretet vocant, sed & scripserem libelli famosi, l. 15. §. 7. *inf. h. t. ut & alibi descriptorem libri hæretici*, l. 6. C. de hæreticis. quia & testamenti alieni, §. 7. *Inf. de pub. iudicibus*. contractus prohibiti, l. 14. §. 3. C. de factis. *eccles. Novell. 7. c. 9*. Hinc legimus apud Ammian. 23. Lollianum primæ lanuginis adolescentem Lampadii filium Ex-præfecto confidit, codicem noxiarum artium descripsisse, & primi iudicis sententia in exilium missum, cum ad Cæsarum provocasset, de fumo, ut aiunt, in flammam traditum, capite plexum fuisse. 28 His modis libello injuria inferitur, veluti si quis

§. 10. Eadem pœna ex Senatusconsulto tenetur [etiam] is qui innotam aliquorum prodixerit: item qui emendum vendendumve curaverit. §. 11. Et ei qui indicasset, si liber, si servus sit, pro modo substantiæ accusatæ personæ, affirmatione iudicis, pretium constituitur: servo forsitan & libertate præstanda; quid enim, si publica utilitas ex hoc emergit?

6. PAULUS lib. 55. ad Edictum.

Quod Senatusconsultum necessarium est, cum nomen adjectum non est ejus, in quem factum est. tunc ei quia difficilis probatio est, voluit Senatus publica quæstione rem vindicari. Cæterum si nomen adjectum sit, & jure communi injuriam agi poterit. Nec enim prohibendus est privato agere iudicio, quod ad publicum iudicio præjudicatur: quia ad privatam causam pertinet. Plane si actum sit publico iudicio, denegandum est privatum: similiter ex diverso.

De forma libelli. 1. De præiudicio. 2. Si libertus de patrono, 3. Vel liberi de parente querantur. 4. De forma libelli. 5. De pluribus injuriis. 7. De injuria atroci.

7. ULPIANUS lib. 57. ad Edictum.

Prætor edixit: Qui agit injuriam, certum dicat quid injuria factum sit: quia qui famofam actionem intendit, non debet vagari cum discrimine alienæ existimationis, sed designare, & certum specialiter dicere, quam se injuriam passum contendit. §. 1. Si dicatur homo injuria occisus, nunquid non debeat permittere Prætor, privato iudicio Legi Corneliæ præjudicari? idemque, & si ita quis agere velit, quod tu venenum dedisti hominis occidendi causa? Rectius igitur fecerit, si hujusmodi actionem non dederit. Atquin solemus dicere, ex quibus causis publica sunt iudicia, ex his causis non esse nos prohibendos, quominus & privato agamus. Est hoc verum: sed ubi non principaliter de ea re agitur, quæ habet publicam executionem. Quid ergo de Lege Aquilia dicimus? nam & ea actio principaliter hoc continet, hominem occisum non principaliter: nam ibi principaliter de damno agitur, quod domino datum est; at in actione injuriam de ipsa cæde, vel veneno, ut vindicetur, non ut damnum sarcatur. Quid ergo, si quis idcirco velit injuriam agere, quod gladio caput ejus percussum est? Labeo ait non esse prohibendum, neque enim utique hoc (inquit) intenditur, quod publicam habet animadversionem: quod verum non est. cui enim dubium est, etiam hunc dici posse Cornelia conveniri? §. 2. Præterea illo spectat, dici certum de injuria, quam passus quis sit: ut ex qualitate injuriæ sciamus, an in patronum liberto reddendum sit injuriam iudicium. Etenim meminisse oportebit, liberto adversus patronum non quidem semper, verum interdum injuriam dari iudicium, si atrox sit injuria, quam passus sit, [si sua], [puta] si servilis. cæterum levem coërcitionem utique patrono adversus libertum dabimus: nec patietur eum Prætor querentem, quasi injuriam passus sit, nisi atrocitas eum moverit: nec enim ferre Prætor debet heri servum hodie liberum conquerentem, quod domi-

librum famofum componat, edat, vel literarum consequentia, vel notis describat. suove aut alterius nomine, vel si aliquem incitet ad ea omnia præstanda. Item si quis emat, aut equam vendat, vel proponat, ut hic. & l. 15. §. 6. *inf. h. t. Paul. §. sent. 4. §. 6*. puta inventum. Judemus enim famofum libellum de via reperit discurrere. l. un. C. de famosis libellis. Item si quis inventum in publicum projiciat, ut a quovis legatur: vel si reperi vim & sententiam alteri exponat. 6. *Harmen. §. 29* Intestabilis quis, vide l. 2. *sup. de testib. l. 18. in fin. l. 26. in fin. sup. quæ testamenta*. §. 6. *Inf. de testamentis*. 30 *ἐπιδικασ.* Hal. 31 Adde l. 9. *inf. de extraord. criminib.* 32 Quid si dissonata voce, auctorum, dicamus hoc innui: Eum teneri injuriam non modo, qui ex literarum consequentia libellum famofum concipit, sed & eum, qui notis? in vulgata tamen & Haloandri legitur sine scriptura, vel legendum, simile scriptura. 33 Quid si indicare, vid. l. 197. *inf. de verb. sign.* 34 Judex præmium pecuniarium, quia & libertatis interdum, ex officio constituere potest ei qui reum criminis indicaverit. adde quæ de præmiis constitutus dixi ad l. 2. *inf. de jure fisci*. 35 Interdum præmium a Lege constituitur, ut toto tit. C. quibus ex causa servus pro præmio libertatem vel a Principe. l. un. C. de famosis libellis. 36 Præmium. *vulg. Hal. l. un. in fin. C. de famosis libellis*. 37 Quando crimen in incertam personam commissum est, licet iudici provocare indices & delatores: quia eo casu cuiuslibet de populo accusatio est permissa. Bartol. hic. 38 Atqui convicium incerte personæ factum non vindicatur. l. 15. §. 9. *inf. h. t.* 39 Publico. 40 Ob delictum privatum ad causam pertinentis si quis civiler prius expers fuerit, criminaliter potest experiri poterit. l. 34. *sup. de oblig.* 41 Injuria est delictum privatum. l. un. C. h. t. An & publicum? & si publicum, quæ pœna constituta? vid. l. 37. *in fin. inf. h. t.* 42 Certum quid sit, vide §. 2. *sup. h. t.* 43 Quod addit Paul. 2. *collat. Leg. Mosiacæ & taxationem* ponat non minorum, quam quanti voluminum fuerit; pertinet ad cautionem iudicio sibi. 44 Est enim injuriam actio famofa. Injuria damnatur, etiam civiler est infamis, l. 1. *sup. in his, qui notantur*. l. 2. *sup. de oblig. Paul. §. sent. 4. §. 9. §. 17. §. 18. §. 19*. utrum infamia in actione injuriam evitari possit, vide Gall. 2. *observ. 202. 203*. 45 Nota regulam. 46 Vide in hunc §. *Revard. lib. 2. de præjudic. c. 9*. Cujac. l. 24. *obs. 16*. S. L. 47 Hæc particula solennis fuit in actionibus, ut hic. & *inf. quod gladio caput ejus percussum est*, quod imprudenter egeris, l. 21. *in fin. sup. de negot. quod pauperem fecit*. l. *ultim. si quadr.* quod defunctus mentus est, l. 26. §. 5. *sup. de noxalib.* quod cum ejus magistro gestum erit, l. 1. §. 19. *sup. de exercitor. quod operas servi mei conduxeris*, l. 5. *sup. de exercitor. quod in rem tuam verfum sit*, l. 17. §. 1. *sup. de in rem verfb.* quod iusserit tutor, l. 2. *sup. quod iussit*, quod adversus dictum promissumve sit, l. 47. *sup. de aditio. quod mihi vim feceris*, l. 133. *sup. de verb. obl.* Eadem formula usitata in exceptionibus & stipulationibus erat, qua de re vid. Pithæum 2. *not. Mosiacæ*. 48 Senius est, quædam delicta principaliter habent publicam executionem, ac pœnam, §. 1. *inf. de publicis iudic. l. 1. sup. de privat. delict.* secundario vero civilem ac privatam: quædam et contrario principaliter civilem persecutionem habent, secundario publicam. In illis, si ad vindictam egeris, præiudicium fiet criminali: in his non fiet. l. 23. §. 9. *sup. ad l. Aquil. l. 2. §. 1. sup. vi bon. rap. l. 15. inf. de accusat. l. un. C. quando civis actio crimin.* 49 Sentus est: si quis culpa occidit dicitur, Aquilia conveniri poterit: in qua principaliter agitur de damno; non principaliter vero de homine occiso. 50 Si quis injuriose occisus sit, actione injuriam utendum erit, in qua non agitur principaliter de damno faciendum, sed de ipsa cæde vindicanda. 51 Gladio per injuriam ab aliquo percussus, Lege Cornelia adversarium principaliter potest convenire. Ulpian. hic. cuius sententia adversus Labeonem obtinuit. 52 l. 6. C. h. t. 53 l. 6. C. h. t. l. 10. §. 12. *de in jus voc.* 54 d. l. 6. d. §. 12. secus si non atrox: licet enim patronus mediocre castigare libertos. 60. *Ecl. 2. l. 6. §. 12*. 55 Servilis injuria, id est, atrox injuria, dixi ad l. 12. *de jure fisci*. 56 d. c. 9. 57 Species proverbii est. Sic Eirene apud Eutropium lib. 23. *in fin.* Nicephorum invadentem imperium alloquitur, qui heri quasi servus perimus fuerat, hodie tolerat & seditionis tyrannus, ac impudens habetur. & Donatus in illud Terentii Hæcyræ act. 3. *scen. 5*. heri Philumenam ad se accersit iussit, breve tempus significari observavit ut & Luc. 13. *ἐπιμαζον τὸ ἀγρίον*, id est, breve temporis intervallum. Theophylact. v. Forn. 2. *sect. 17*. Aristophan. *ὁ νῦν μὲν ἀδελφὸς αἰγίων καὶ πατὴρ μέγας*. Cedren. *χθὲς δὲ δὸλον ἐπίμαζον, σήμερον δὲ τὴν αἰγίον*. Aridid. *ὁ χθὲς σκαυτοῦς σκαυτοῦς ἀπλῆται*. Nazianzen. in *Apologético de fuga*. *χθὲς ἠερτοῦλος καὶ σκαυτοῦς ἰερέτης χθὲς τῶν ἀγίων ἔξω, καὶ σκαυτοῦς σκαυτοῦς*. vide *Novell. 6. §. 137. c. 2*. Cicero nem §. *Verina*. Jam pridem improbus, repente Cornelius. 58 Heri servus, hesternus servus dicitur a Perlio. 59 Sic hodie, in l. 17. §. 1. *sup. de fact. l. 6. §. 1. sup. de hic, qui notantur* nunc primum & pridie, l. 10. *in fin. sup. de fideicom. libert.* Sumitur pro nuper admodum. vid. *Forner. ibid.* interdum hodie significat idem quod post hanc Legem sive Senatusconsultum. l. 1. §. 5. *sup. si quis plus quam per legem*. l. 63. *sup. ad d. Trebell.* vid. Cujac. 8. *obs. 5*.

huc ei convicium dixerit, vel quod leviter pulsaverit, [vel emendaverit]. Sed si flagris, si verberibus, [si] vulneravit non mediocriter, æquissimum erit Prætorem ei subvenire.

§. 3. Sed & si quis ex liberis, qui non sunt in potestate, cum parente velit experiri, non temere injuriarum actio danda est, nisi atrocitas fuerit: certe his, qui sunt in potestate, [prorsus] nec competit, etiam si atrox fuerit. §. 4. Quod autem Prætor ait, Quid injuria factum sit, certum dicat, quemadmodum accipiendum sit? certum eum dicere Labeo ait, qui dicat nomen injuriæ, neque sub alternatione, puta illud, aut illud, sed illam injuriam se passum.

§. 5. Si mihi plures injurias feceris, puta turba & cœtu facto domum alicujus introeas, & hoc facto efficiatur ut simul & convicium patiar, & verberer: an possim separatim tecum experiri de singulis injuriis, queritur? & Marcellus secundum Neratii sententiam hoc probat, cogendum injurias, quas simul passus est, conjungere. §. 6. Possit hodie de domini injuria, sed & de atroci civiliter agi, Imperator noster rescripsit. §. 7. Atrocem injuriam quasi contumeliosam & majorem accipimus. §. 8. Atrocem autem injuriam, aut persona, aut tempore, aut cum magistratu, cum parenti, patrono fiat. Tempore, si ludis, & in conspectu. nam Prætoris in conspectu, an in solitudine injuria facta sit, multum interesse ait: quia atrocior est, quæ in conspectu fiat. † Re atrocem injuriam haberi Labeo ait, [ut] puta si vulnus illatum, vel os alicui percussum.

8. PAULUS lib. 55. ad Edictum.

Vulneris magnitudo atrocitatem facit, & nonnunquam locus vulneris, veluti oculo percusso.

De pudicitia attentata.

9. ULPIANUS lib. 57. ad Edictum.

Sed est quæstio, quod dicimus re injuriam atrocem fieri, utrum si corpori inferatur, atrox sit? an & si non corpori, ut puta vestimentis scissis, comite abducto, vel convicio dicto? Et ait Pomponius, etiam sine pulsatione posse dici atrocem injuriam, persona atrocitatem faciente. §. 1. Sed & si in theatro, vel in foro cædit, & vulnerat, quamquam non atrociter, atrocem injuriam facit.

§. 2. Parvi autem refert, utrum patrifamilias, an filiofamilias injuria facta sit: nam & hæc atrox æstimabitur. §. 3. Si atrocem injuriam servus fecerit, si quidem dominus præfens sit, potest agi de eo: quod si absuerit, Præsidi offerendus est, qui eum flagris rumpat. §. 4. Si quis tam foeminam, quam masculum, sive ingenuos, sive libertinos, impudicos facere adtentavit: injuriarum tenebitur.

† Sed & si servi pudicitia adtentata sit, injuriarum locum habet.

10. PAULUS lib. 55. ad Edictum.

Adtentari pudicitia dicitur, cum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat.

De eo, qui percussit, vel dolo fecit, vel curavit, ut quis percuteretur.

- 1. De bono & æquo. De dissimulatione. De pacto, transactione, juramento. 2. Per quos agi potest. 3. Si quis per alium injuriam fecerit. 7. Si de patrono libertus queratur, 8. Vel filius, vel uxor liberti. 9. De status controversia.

11. ULPIANUS lib. 57. ad Edictum.

Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, hoc est, qui percussit: verum ille quoque continetur, qui dolo fecit;

vel qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur. §. 1. Injuriarum actio ex bono & æquo est. † Et dissimulatione aboletur. si quis enim injuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non revocaverit: postea ex poenitentia remissam injuriam non poterit recolare. Secundum hæc ergo æquitas actionis omnem metum ejus abolere videtur, ubicunque contra æquum quis venit. † Proinde & si pactum de injuria intercessit, & si transactum, & si jusjurandum exactum erit: actio injuriarum non tenebit.

§. 2. Agere quis injuriarum, & per se & per alium potest utputa procuratorem, tutorem, ceterosque qui pro aliis solent intervenire.

§. 3. Si mandatu meo facta sit alicui injuria, plerique ajunt, tam me, qui mandavi, quam eum qui suscepit, injuriarum teneri.

§. 4. Proculus recte ait, si in hoc te conduxerim, ut injuriam facias; cum utroque nostrum, injuriarum agi posse, quia mea opera facta sit injuria. §. 5. Idemque ait, & si filio meo mandavero, ut tibi injuriam faciat. §. 6. Atilicinus autem ait, & si persuaserim alicui alias nolenti, ut mihi ad injuriam faciendam obediret: posse injuriarum mecum agi. §. 7. Quanquam adversus patronum liberto injuriarum actio non datur, verum marito libertæ nomine cum patrono actio competit: maritus enim, uxore sua injuriam passa, suo nomine injuriarum agere videtur: quod & Marcellus admittit. Ego autem apud eum notavi, non de omni injuria hoc esse dicendum, me putare: levis enim coërcitio etiam in nuptam, vel convicii non impudici dictio cur patrono denegatur? Si autem conliberto nupta esset, diceremus omnino injuriarum marito adversus patronum cessare actionem: [&] ita multi sentiunt, † Ex quibus apparet, libertos nostros non tantum eas injurias adversus nos injuriarum actione exequi non posse, quæcunque sunt ipsis: sed ne eas quidem quæ eis sunt quos eorum interest injuriam non pati.

§. 8. Plane si forte filius liberti vel uxor velint injuriarum experiri, quia patri maritove non datur, denegandum non erit: quia suo nomine experiuntur. §. 9. Ei qui servus dicitur, seque adferit in libertatem, injuriarum actionem adversus dicentem se dominum competere, nulla dubitatio est. & hoc verum est, sive ex libertate in servitutem petatur, sive ex servitute in libertatem proclamet: nam hoc jure indistincte utimur.

12. GAJUS lib. 22. ad Edictum provinciale.

SI quis de libertate aliquem in servitutem petat, quem sciat liberum esse, neque id propter evictionem, ut eam sibi conservet, faciat: injuriarum actione tenetur.

- De successione. 1. De juris executione. 2. De Prætoris præcepto. 3. De interpellatione ad tribunal. 4. De prohibente quominus quid in honorem alicujus fiat. 5. De muneribus & honoribus injunctis. De sententia. 6. De his qua jure potestatis a magistratu fiunt. 7. De prohibito aliquid facere.

13. ULPIANUS lib. 57. ad Edictum.

Injuriarum actio neque heredi neque in heredem datur. † Idem est, & si in servum meum injuria facta sit: nam nec hic heredi meo injuriarum actio datur. Semel autem lite contestata, hanc actionem etiam ad successores pertinet.

§. 1. Is qui jure publico utitur, non videtur injuriæ faciendæ causa hoc facere: juris enim executio non habet injuriam.

§. 2. Si quis quod decreto Prætoris non obtemperavit, ductus sit: non est in ea causa, ut agat injuriarum, propter Prætoris præceptum.

† Atroces sunt istæ injuriæ. 2 Non mediocriter. Mediocritas in servis emendandis servanda. C. de emendat. servor. 3 Vide l. 8. in fin. infr. de accusationib. vide l. unic. C. de emendat. propinquor. 4 l. 2. supr. de obsequiis. 5 Hodie competere puto ob atrocem injuriam, l. 6. C. de spectacul. lib. 11. tit. 40. 6 In pr. supr. h. t. 7 Certum delictum dicit, qui injuriam fuit nomine non sub alternatione demonstrat. Paul. tit. 2. collationis Legum Mosaisarum. certum est quod nomine demonstratur: alias certum an incertum dicitur, cognitio ipsius Prætoris est. Paul. ibid. 8 Alternatio incerta est: ita in maleficiis libellis incertum non admittitur. Paul. 2. Collationis Legum Mosaisarum. 9 Cui simul sit convitium, & verbera infliguntur, is plures injurias pati intelligitur. 10 Sensus est: Agens plurium injuriarum nomine, ita eas complecti debet, ut omnes accepisse cogatur probare. Paul. d. tit. 2. 11 l. 27. in fin. infr. h. t. Goth. Vid. Cujac. lib. 9. obs. 16. Revard. lib. 1. variat. c. 9. S. L. 12 Nov. 117. c. 14. 13 §. 9. infr. eod. Paul. §. 4. §. 10. 14 Puta interdum, d. §. 10. quum esses in sacerdotio, & dignitatis habitum ac ornamenta proferres. l. 4. C. h. t. l. 13. §. 4. infr. de remilit. 15 Adde, aut qualitate aut loco. l. 8. infr. h. t. 16 Id est, factio. §. 9. infr. eod. Ulp. tit. 2. collat. Leg. Mosaisar. 17 Id est, æstimari arbitrio Prætoris. Ulp. d. tit. 2. 18 Ut magistratus, parens, patronus, & hic Senator, eques, decurio, vel alius spectatæ autoritatis vir. Paul. §. sentent. 4. §. 10. adde quæ notavi ad l. 42. infr. h. t. 19 Parenti a filio fit injuria, si filius patri maledicat, vel eum verberet: utroque casu morte mori debet. Exod. 21. can. ceterum. 20. diffinit. 86. 20 Quod & locus dicitur. §. 9. infr. h. t. 21 Theatro, §. 9. infr. eod. in publico, Paul. §. sent. 4. §. 10. παρὰ τὸν ὄρθρον. 60. Eclog. 21. c. 11. Quint. l. 6. infr. 1. Atrocitas crescit, si injuria illata sit in theatro, in templo, in concione. 22 Num in populi Romani conspectu, an in solitudine? Cujac. ad §. Paul. sent. 4. §. 9. obs. 16. vid. Forner. l. select. 21. hiac colligit Bellovisianus l. c. 4. præsentia personarum injuriam minorem vel majorem reddi. 23 Id est, factio. §. 9. infr. h. t. 24 §. 4. §. 10. id est, facies. Eclog. 21. c. 11. mala. l. 11. infr. h. t. 25 Adde l. 27. §. 17. supr. ad l. Aquil. §. 9. infr. de injur. 26 d. §. 9. §. d. c. 11. Barbz injuriosam vellitionem hic adde. de qua vid. 2. Feud. 27. vers. si quis aliquem cepit. 27 Vestimentis injuria facta, censetur facta personæ. Per vestimenta fit injuria si scindantur, ut hic, & l. 1. §. 6. supr. de his qui effuderint. 60. Eclog. 21. c. 11. si sacerdoti dignitatis habitum, & ornamenta gerenti injuria fiat, l. 4. C. h. t. adde l. 15. §. 39. infr. h. t. si veste fordida rei nomine in publico quis utatur, l. 39. infr. h. t. si quis nimis vel hiltro in scena vestitu moniali, l. 4. C. de epis. aud. vel monachi utatur, Nov. 123. c. 44. aut ea veste quæ sibi Principi ejusve domui dedicata est, l. 4. C. de vestib. holoberis. lib. 11. tit. 8. si quis vestem alicujus sivo corrupto perdidit, vid. l. 1. infr. de extr. crim. 28 Vide l. 1. §. 2. supr. h. t. 29 l. 1. §. 1. supr. h. t. Convitium est insigne, quoties quis servum eum, qui fit liber, l. 9. C. h. t. debitor eum, qui non fit debitor, appellat, l. 15. §. 3. infr. h. t. si quis aliquem argam (id est, cuculum) appellaverit, vid. lib. 1. Legum Langobardicar. tit. de conv. §. 2. in ill. Salic. si quis aliquem appellaverit fallaciter, meretricem, tit. 3. de convit. §. 2. concacatum, vulpeculam, §. 3. ibid. leporem, §. 4. ibid. delatorem, §. 5. ibid. scuti projectorem, §. 5. ibid. Idem sentiendum si quis alteri dicat, tu mentiris, vid. l. 29. infr. h. t. his adde Bellovisian. l. c. 3. n. 31. Clarum §. sent. 4. §. 10. in pr. Non prætereundum est quod Bossius refert, illa verba, verum non dicis, apud Italos non idem significare, quod tu mentiris. c. 45. n. 7. Si ita est, non verum quis dicere poterit, & tamen non mentiri. 30 Et e contrario patiente. l. 17. §. 3. infr. h. t. 31 l. 6. in fin. supr. h. t. 32 Atrocem injuriam interdum non facit vulnus, sed locus. 33 Flagellus. l. 17. §. 2. infr. h. t. Paul. §. sent. 4. §. 20. 34 Verberet. l. 17. §. 3. infr. h. t. 35 Paul. ibid. §. 14. hoc ut fiat, vid. l. 10. l. 15. §. 22. infr. h. t. Goth. Hic §. cum l. 10. §. 11. infr. h. t. relatus est in c. 12. de patient. diffinit. 1. Anf. 36 Ser-mone vel blanditiis. l. 15. §. 20. §. 21. §. 22. infr. h. t. 37 l. 15. §. 8. l. 17. §. 1. infr. h. t. 38 Non tantum fit injuria per injuriantem, sed & per alios. l. 15. §. 8. §. 33. infr. h. t. Anf. 39 l. 7. in fin. supr. h. t. vid. Paul. 2. collat. ll. Mosaisar.

huc adde orationem Demosthenis adversus Midiam. 40 l. 4. supr. h. t. 41 Sic actio sepulchri violati in æquum & bonum concepta dicitur, l. 10. infr. de sepulchr. alias injuria est ex delicto. l. 4. supr. de obl. Infr. de obl. qua ex delicto. 42 §. ult. Difi. hic. Injuria dissimulatione tollitur. Quid, si Titius accepta injuria a Sempronio, eum in jus vocaverit, & ab eo libello, eave in jus vocatione, ei convitatus fuerit: an quasi dissimulatione extincta videbitur injuria actio, ut ne institutam ante injuriæ actionem postea exequi Titius possit? si non casu fortuito (ut epulis nuptialibus plerumque fieri adsolet) convitatus fuerit, sed consulto consilio, dicendum est, remissam quasi dissimulatione intelligi: si casu, non censeri remissam, nisi sequentibus verbis, vel pactis. Vide Capellam Thololanum decis. 233. ubi Aufferius notat, injuriam remitti salutatione, epulis, osculo. 43 Id est, intra annum, annuo enim tempore, l. 17. §. 6. in fin. infr. h. t. & spatio, injuriarum actio præscribitur, l. 5. C. h. t. quæ anno præscribantur, vide apud Cujac. 20. de præscript. 44 Non revocat ad animum injuriam, qui ejus nomine actionem nullam proponit. Is tacite silentio annuo remittit actionem injuriarum, qui factio ipso remittit: puta si cum adversario sciens convitatus fuerit, saltarit, vide Bellovisianum l. c. 3. n. 86. aut cum eodem pristina familiaritate usus fuerit. 45 Omnia scilicet. 46 Contra æquum venit, qui remissam injuriam conatur rescuscitare. adde l. 26. supr. de SC. Silianiano. 47 Etiam nudum. l. 17. §. 6. infr. h. t. l. 17. §. 1. supr. de pactis. 48 Facit lex 18. C. de transact. 49 l. 3. §. 1. l. 30. §. 3. l. 34. supr. de jurisjur. 50 Civiliter scilicet. An & criminaliter injuriarum agere per procuratorem possunt? Minime: nisi actor sit illustris. 51 §. 10. infr. h. t. l. 42. §. 1. supr. de procuratorib. Imo per alium non potest: Paul. §. sent. 4. §. 12. solve: Civili actione injuriarum potest: criminali non potest. vid. Cujac. d. §. 12. 52 l. 17. §. 10. infr. h. t. 53 Ex hoc & §. 4. §. 6. collige, mandantem, conductorem, suaforem injuriæ faciendæ teneri. 54 l. 1. §. 13. supr. de vi & vi. Mandantes & consentientes pari pœna sunt puniendi, mandans ex delicto tenetur, l. 7. in fin. supr. de jurisdict. de quo vide Bartol. hic. Bellovisian. 3. præf. 27. Clar. §. sent. §. ult. qu. 89. Goth. De mandante delictum Menoch. de arbit. jud. cas. 352. §. seq. Bened. Capra in reg. conclus. 80. Berojus quest. 10. Mod. 55 Auxilium præstat delinquenti, de pœna auxiliatoris vid. Clar. §. sent. §. ult. qu. 9. 56 l. 7. §. 4. supr. arbor. furt. 57 De pena ejus qui consilium dat delinquenti, vide hic. Bartol. & Clar. §. sent. §. ult. qu. 1. 58 Mea igitur causa mandatum delinquenti hic dedi, non mandatarii causa: quod tamen Bartolus hic putavit, persuasorem a mandatore distinguens. 59 Imo mandatarium experiri non potest: nam rei turpis nullum est mandatum nullaque obligatio. l. si remunerandis. 6. §. rei turpis. 3. supr. mandati. l. si a vco. 70. supr. de fidejussor. An nullus est contractus inter mandantem, & mandatarium? est vero inter eum cui inferenda est injuria, & inter ipsum mandantem, ut putat Bartolus? sane, vel etiam mandatarium in mandantem actionem injuriarum esse videri potest: quod mandator mandatarium sui similem, hoc est, improbum putaverit; quod denique eo abuti ad injuriam inferendam atque ita corrumperet voluerit. 60 l. 2. supr. de obseq. 61 §. 2. infr. h. t. 62 Injuriarum uxori illatam maritus etiam suo nomine vindicare, eaque ex causa agere potest. 63 De conditione ex Lege uxoris competente adversus severitatem maritum, vid. Nov. 117. cap. 14. 64 Coercere leviter libertam suam etiam nuptam patronus potest: nec potest eo nomine injuriarum agere maritus libertæ. 65 Adde l. 7. §. 2. supr. h. t. 66 l. 12. infr. h. t. adde l. 9. l. 10. C. h. t. 67 l. 26. supr. de liberali. 68 l. 15. §. 14. infr. h. t. l. 32. supr. ad leg. Falcid. l. 1. §. 1. in fin. supr. de privatis delictis. 69 l. 1. C. ex delictis de junct. l. ult. in fin. C. de revocandis donat. 60. Eclog. 21. c. 18. 70 l. 28. infr. h. t. 71 Etiam adversus vulg. 72 Finge judicem multare contumacem, vel pignus capere, vel includere litigantem: vel pone privatum vocare in jus adversarium suum. adde §. 6. infr. h. t. 73 Qui id facit, quod jure permittitur, injuriam facere non censetur. §. 6. infr. h. t. l. 116. §. 1. infr. de reg. jur. 74 Qui Prætoris præceptum exequitur, condemnato non facit injuriam, nisi modum excedat: hinc illud, Prætoris & majoris præceptum excusat. l. 4. supr. de aqua & aqua pluvia. vid. c. 24. de regu. jur. in 6.

§. 3. Si quis per injuriam ad tribunal alicujus me interpellaverit vexandi mei causa, potero injuriarum experiri. §. 4. Si quis de honoribus decernendis alicujus passus non sit decerni, utputa imaginem alicui, vel quid aliud tale: an injuriarum teneatur? & ait Labeo, non teneri: quamvis hoc contumeliæ causa faciet. etenim multum interest [inquit] contumeliæ causa quid fiat: an vero fieri quid in honorem alicujus quis non patitur. §. 5. Idem Labeo scribit, si cum alium contingeret legatio, alii hoc onus Dnumvir indixerit, non posse agi injuriarum ob laborem injunctum: aliud enim esse, laborem injungere, aliud injuriam facere. idem ergo erit probandum & in cæteris muneribus atque honoribus, quæ per injuriam injunguntur. Ergo si quis per injuriam sententiam dixerit, idem erit probandum. §. 6. Quæ jure potestatis a magistratu fiunt, ad injuriarum actionem non pertinent. §. 7. Si quis me prohibeat in mari piscari, vel everriculum, quod Græce *καυρήν* dicitur, ducere: an injuriarum judicio possim eum convenire? Sunt qui putent injuriarum me posse agere: & ita Pomponius. & plerique, esse huic similem eum, qui in publicum lavare, vel in cavea publica sedere, vel in quo alio loco agere, federe, conversari non patitur: aut si quis re mea uti me non permittat: nam & hic injuriarum conveniri potest. Conductorum autem veteres interdictionem dederunt, si forte publice hoc conduxit: nam vis ei prohibenda est, quominus conductione sua fruatur. Si quem tamen ante aedes meas, vel ante Prætorium meum piscari, prohibeam: quid dicendum est? me injuriarum judicio teneri, an non? Et quidem mare commune omnium est, & litora, sicuti aer: & est sæpissime rescriptum, non posse quem piscari prohiberi; sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest. Usurpatum tamen & hoc est, tametsi nullo jure, ut quis prohiberi possit ante aedes meas, vel Prætorium meum piscari: quare si quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi potest. † In lacu tamen qui mei domini est, utique piscari aliquem prohibere possum.

14. PAULUS lib. 13. ad Edictum.

Sane si maris proprium jus ad aliquem pertineat, uti possidetis Interdictum ei competit, si prohibeatur jus suum exercere: quoniam ad privatam jam causam pertinet, non ad publicam hæc res: utpote cum de jure fruendo agatur, quod ex privata causa contingat, non ex publica. ad privatas enim causas accommodata interdictione sunt, non ad publicas.

De mente alienata. 1. De eo, qui territus est quasi vapulaturus. 2. Edictum de convicio, 3. Et ejus interpretatio. 15. De eo, qui seminam appellavit, vel affectatus est, vel comitem ei abduxit, & de turpibus verbis. 24. De sponso. 25. Edictum, ne quid insanandi causa fiat, 26. Et ejus interpretatio. 29. De libello dato Principi vel alii. 30. De eventu sententia vendito. 31. De bonis occupatis. 32. De pignore proscripto. 33. De non debitore quasi debitore appellato. 34. Edictum, de servo injuriam passo, 35. Et ejus interpretatio.

15. ULPIANUS lib. 77. ad Edictum.

Item apud Labeonem queritur, si quis mentem alicujus medicamento, aliove quo alienaverit, an injuriarum actio locum haberet?

1 Si quis non debitorem traxerit ad judicium, sufficienter de injuria tenetur, ut ex eo facto agi possit. l. 15. §. 29. l. 19. in fr. h. t. l. 1. §. 1. in fr. h. t. l. 72. sup. de furto. l. 1. §. 1. C. de jurisd. 2. Honorem alteri decerni qui non patitur, non est ei injurius, ut hic. Id eadem Cato dedecori non duxit interrogatus enim, quamobrem inter multos nobiles statum non haberet. Malo, inquit, bonos ambigere, quamobrem id non mererem, quam, quod gravius est, cur impetraverim. Ammianus l. 4. 3. Facit l. 71. §. 1. sup. de cond. & demonstr. l. 6. sup. qua in fr. udem. 4. Locatio, vulg. Hal. Locati verbo Accursum intelligit onus locandi stationes publicas. Si nihil ex Florentina editione immutamus, legationis verbo intelligere possumus legationem ad census recipiendos, cuius meminit l. 1. §. 2. l. 18. §. 12. in fr. de munerib. 5. Dnumvir quasi Consul erat municipii sui. 6. Aliud est laborem injungere, aliud injuriam facere. 7. Potestatis jure quæ sunt animo corrigendi, jure fieri presumuntur. l. 15. §. 38. in fr. eod. adde §. 1. sup. h. t. 8. Nili in eis magistratus excedat officium. vid. l. 32. in fr. h. t. 9. Piscari in mari cuique licet: ideoque in eo piscari a nemine prohiberi possumus, l. 2. §. 9. sup. ne quis in loco publico. l. 11. C. de servitutib. hoc tamen restringit, ut in fr. eod. in fr. l. 14. in fr. h. t. & Nov. Leon. 56. §. 1. 7. sup. de divers. tempor. 10. In publico, vulg. in publico balneo. d. §. 9. 11. l. 24. in fr. h. t. l. 8. §. 5. sup. si servit. vindicetur. l. 25. sup. de alt. empt. l. 11. sup. de vi & vi. l. 3. §. 2. sup. ut possidet. l. 9. C. de Judic. 12. Vid. l. 1. sup. de loco publico fruendo. 13. De Prætorio & prothoro, vide quæ dicam ad Nov. Leon. 56. 14. §. 1. in fr. de rer. divis. l. 13. sup. comm. prad. 15. l. 16. sup. de ferros. prad. ruffic. l. 3. §. 1. l. 5. §. 3. sup. de acquir. rer. §. 14. in fr. de rer. divis. 16. Consuetudine sc. de usurpandis voce dixi ad Feud. 14. adde 35. Synops. 6. c. 3. 17. Quod detinetur a Leone Nov. 56. 18. Utique jura Romano. quod tamen negat Cuj. 3. obs. 2. 19. Vid. Nov. Leon. 56. l. 15. sup. comm. prad. 20. Veneti eo jure dicunt se longa consuetudine jurisdictionem in suo mari adquisivisse. 21. l. 8. §. 5. in fr. h. t. §. 1. §. 6. sup. ut possidet. 22. Piscandi, d. §. 6. ut & magis, inferendi, fodiendi, arandi, ædificandi & similia. l. 11. sup. de vi & vi. 23. Imo, & ad publicas, sup. de locis & itinerib. publicis. sup. de via publica. sup. ne quis in loco vel itinere publico. sup. de loco publico fruendo. sup. ut in summe publico navigare liceat. 24. Puta poculo amatorio. l. 38. §. 5. in fr. de panis. adde l. 6. C. de maleficis. & mathematicis. Nov. Leon. 65. Hinc Juvenal. Satyr. 6. Hic magis affert cantus, hic Thesalia vendit Philtrea, quibus valeant mentem vexare mariti &c. quæ ibid. vide. 25. 60. Eclog. 21. c. 25. Goth. vid. Cujac. lib. 15. obs. 25. Viv. lib. 1. decis. 161. Andr. Gail. lib. 2. observat. 99. arg. l. 18. in fr. de penis. Jul. Clar. §. final. quest. 91. Tessaur. decis. 229. Anf. 26. Convicia facere contra bonos mores, non licet. Senec. 10. declam. 1. adversus bonos mores injuria inferitur, quotiens factum non lege, sed arbitrio judicis estimatur & vindicatur. Paulus §. sent. 4. §. 6. 7. 8. & 13. 27. Paul. §. sent. 4. §. 19. 28. De lingue vitio vide epistolam Jacobi cap. 3. & Erasmi libellum de lingua. Convitiator, mendax, detractor, exosus bonis, Psalm. 100. abominatio hominum, Proverbior. 14. Deo odibilis, 2. Corinth. 12. Idem fuit turpissimus apud Persas, Herod. 1. Convicium Græci *ὄχλασμός* & *στυγία*. Cujac. 4. observat. 6. 29. 60. Eclog. 17. ex tit. l. 1. c. 15. vide in hunc locum Robertum 2. sent. 7. 30. Idem Festus tradit. 31. Adde l. 38. in fr. h. t. 32. Mores civitatis cuique boni præsumuntur, adversus bonos mores peccat, qui adversus mores civitatis in qua vivit, commisit. 33. l. 5. sup. ne quis eum. l. 4. §. 4. sup. vi bonos. rapt. 34. Statio est locus in quem quis muneris sui causa se sistit. l. 7. §. 13. sup. quib. ex caus. in poss. Gell. 13. c. 13. refert Romæ fuisse stationes jus dicentium & respondentium: Est igitur statio locus in quem quis frequenter convenire solet audiendi, vel contabulandi, vel residendi causa. adde & orandi: quo sensu Tertull. in libr. de oratione. & Ammian. lib. 29. in fr. Stationis nomine intelligitur loca in quibus Christiani statas die dominico Dominum orabant; nec enim tunc temporis Deum de geniculis adorabant. Eadem ratione stationarii dicuntur in l. 6. C. de dignit. qui mercium vitularum apothecas secum deferentes certis in locis aliquandiu consistunt emptorem operientes. Eodem modo stationes tabellionum. Nov. 44. c. 2. & stationes hinc, l. 1. C. de compensat. l. 1. C. de hinc. rem. portus etiam statio dicitur. l. 59. in fr. de verb. sign. vide Cujac. 2. observat. nit. 35. Taberna hic stationi (de qua dixi ad l. 7. §. 12. §. 13. sup. quib. ex caus. in poss.) adiungitur. Erant autem in foro complures, §. Vitruv. l. Liv. 26. 6. Quint. 4. veteres & novæ. sub veteribus erant

& ait, injuriarum adversus eum agi posse. §. 1. Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levata, & sæpe terribus quasi vapulaturus, non tamen percussit: utili injuriarum actione tenetur. §. 2. Ait Prætor: Quæ adversus bonos mores convicium cui fecisse, cujusve opera factum esse dicetur, quo adversus bonos mores convicium fieret: in eum judicium dabo. §. 3. Convicium injuriam esse, Labeo ait. §. 4. Convicium autem dicitur, vel a concitatione, vel a conventu, hoc est a collatione vocum: cum enim in unum complures voces conferuntur, convicium appellatur, quasi convocium. §. 5. Sed quod adjicitur a Præatore, Adversus bonos mores, offendit, non omnem in unum collatam vociferationem Præatore notare, sed eam quæ bonis moribus improbat, quæque ad infamiam vel injuriam alicujus spectaret. §. 6. Idem ait, Adversus bonos mores, sic accipiendum, non ejus qui fecit, sed generaliter accipiendum adversus bonos mores hujus civitatis. §. 7. Convicium non tantum præfenti, verum abfenti quoque fieri posse Labeo scribit. Proinde si quis ad domum tuam venerit te absente, convicium factum esse dicitur. † Idem etiam ad stationem vel tabernam ventum sit, probari oportere. §. 8. Fecisse convicium non tantum is videtur qui vociferatus est: verum is quoque qui concitavit ad vociferationem alios, vel qui summisit ut vociferentur. §. 9. Cui non sine causa adjectum est: nam si incertæ personæ convicium fiat, nulla executio est. §. 10. Si curaverit quis convicium alicui fieri, non tamen factum sit: non tenebitur. §. 11. Ex his apparet non omne maledictum convicium esse: sed id solum quod cum vociferatione dictum est. §. 12. Sive unus, sive plures dixerint, quod in cœtu dictum est, convicium est: quod autem non in cœtu nec vociferatione dicitur, convicium non proprie dicitur, sed infamandi causa dictum. §. 13. Si quis Astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset qui non erat: injuriarum cum eo agi non potest, sed Constitutiones eos tenent. §. 14. Injuriarum actio, quæ ex convicio nascitur, in heredem non est reddenda: sed nec heredi. §. 15. Si quis virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas, minus peccare videtur: multo minus si meretricia veste fœminæ, non matrumfamiliarum vestita fuissent. Si igitur non matronali habitu fœmina fuerit, & quis eam appellavit, vel ei comitem abduxit, injuriarum tenetur. §. 16. Comitium accipere debemus eum qui comitetur & sequatur: & (ut ait Labeo) sive liberum, sive servum, sive masculum, sive fœminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cujusque causa, ut sequeretur destinatus in publico privatove abductus fuerit. Inter comites utique & pædagogus erunt. §. 17. Abduxisse videtur, (ut Labeo ait) non qui abducere comitem cepit, sed qui perfecit ut comes cum eo non esset. §. 18. Abduxisse autem non tantum is videtur, qui per vim abduxit: verum is quoque qui persuasit comiti ut eam desereret. §. 19. Tenetur hoc Edicto non tantum qui comitem abduxit, verum etiam si quis eorum quem appellavisset, adfectatus est. §. 20. Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam adtentare: hoc enim non est convicium [facere], sed adversus bonos mores adtentare. §. 21. Qui turpibus [verbis] utitur, non tentat pudicitiam: sed injuriarum tenetur. §. 22. Aliud est appellare, aliud adfectari. appellat enim qui sermone pudicitiam adtentat: adfectatur qui tacitus frequenter sequitur; assiduo enim fre-

argentarii. Plaut. in Curcul. 35. Plin. 4. Novarum fit mentio apud Varron. §. de lingua. Livium 2. 25. 30. Plin. 40. Hinc argentariarum tabernarum in foro. l. 32. sup. de contr. emptio. Hinc foro edere dicebantur idem argentarii, l. 7. §. 2. sup. de positi. l. ultim. sup. de curatore bonis dando. In foro quoque varæ negotiationes fuerunt. l. 23. sup. de instructo. 36. Vide l. 6. sup. h. t. 37. Vide l. 11. sup. h. t. 38. Hinc Juvenalis Satyr. 16. Quidquid Dixerit Astrologus, credent a fonte relatum Ammonis, & post Divinitus responsa dabit Phryx augur, & inde Conductum dabit astrorum munditia peritus. Et Satyr. 3: Matus astrorum ignora, sumus promittere patris Nec volo, nec possum. Astrologis videntur adlines fuisse Aretalogi, homines mendaces, de quibus videndus est Snetonius in August. c. 74. & Juvenalis Satyr. 15. in princ. Galli, discors de bonæ adventure. Goth. vide Brisson. lib. 1. select. cap. 4. Revard. lib. 2. varior. cap. 17. Cujac. lib. 3. observ. c. 18. S. l. 39. l. 13. in princ. sup. h. t. 40. Appellare hic significat pudicitiam sermone adtentare. §. 20. in fr. h. t. 60. Eclog. 21. c. 29. 41. Quid, si quis masculum muliebrem vestem gerentem? vide Senec. controvers. 6. 42. Qualis quique extrinsecus videtur, talis judicari potest, l. 50. sup. locati. hinc colligit, matronam ancillari veste, vel meretricia indutam, sibi imputare debere, si ut ancilla, vel meretrix impudice adtentat. l. 21. sup. quod metus caus. 43. Quintilianus 7. c. 3. Justi erroris excusatione crimen potest deprecari, qui in Ispaniam cum aliena uxore fuerit deprehensus. 44. Tertullianus in libr. de cultu. refert, Romanis legibus impudicas mulieres a matronis ornamentis distinctas. Idem c. 6. Apologeticis, conseruitur inter matronas atque prostibula nullum esse discrimen in habitu, adde eundem in lib. de Pallis. l. 2. C. de episcop. aud. Meretricia vestis apud Spartanos, Clemens 4. paedagog. & apud Athenienses Florida erat, Suidas in verbo *εραξία*: apud Thucos varia. Suidas in Zaleuco. Mulieres impudicæ apud Romanos flavo crine, veste variegata, eaque subductiore a cæteris mulieribus discrimabantur. Hieronymus adversus Helvidium. Thamar quoque a Juda pro meretrice ex habitu judicata est, Genes. 38. vers. 14. ex habitu, inquam, leuthuristio, aut pallio ac ornato, quod apud septuaginta indicat ista verba, *καὶ ἐκκαλωπίστρα*, non ex velata facie. Nam velamentum pudoris signum erat, Genes. 24. vers. 65. quod etiam significat Tertullianus de loc. Thamar, inquit, quia se expinxerat & ornaverat, idcirco Jude suspitioni visa est quæstio federe. Inde notant interpretes, statutorum originem sumptam, quibus disponitur ut hujusmodi mulieres certo quodam genere vestis ab aliis distinguantur. Ut ad Romanos revertar, matronæ a meretricibus discernabantur stola & palla. Nonius c. 14. Ulpianus in l. 23. §. 2. vers. muliebria. sup. de auro. 6. Valerius 11. Vitruvius 1. Festus. Martialis 1. Rola, inquam, id est, oblonga & ad talos demissa veste. Horatius 1. ferm. 2. C. ibi Acron. Nam virilis toga prioribus oris, intra genia paululum, posterioribus ad medios usque poplites perveniebat. 11. Quintilianus ultim. ubi monet oratori cavendum ne veste longiore utatur, quoniam sit mulieris longa veste uti, vitis etiam crines suos honestæ mulieres coercerant, contra quam meretricis. Servius 7. Aeneid. Ovidius 1. de arte. duobus locis. C. 3. de Ponto. 1. Tibull. 6. lisdor. 9. cap. 25. meretricia vestis signum fuisse, ait, pallium lineum, quo matronæ in adulterio deprehente induebantur. Nam adulterii damnata, stola deposita, togam induerat: unde toga pro ornamento meretricis, togata pro meretrice. Hæc Acronus apud Horatium, ferm. 2. Juvenalis Satyr. 2. Martialis 1. & 10. Epigramm. & matronis togatæ opponitur. Matronis permittatur fellis & leucis vehi, ad non meretricibus. Snetonius in Domitiano. Dionys. 48. Seneca de remed. fortuit. Apul. 11. de Affio. Hinc frequens usus leucicariorum Romæ. l. 59. sup. de legat. 3. adde Brissonium l. select. 4. 45. Non matrumfamilias. vulgat. 46. Matronam a matretfamilias nihil distare, hinc collige. vide Cujacium 3. observat. 18. 47. Vide §. 15. in fr. h. t. 48. De quo vide l. 1. §. 2. sup. h. t. 49. d. §. 2. 50. Ceptum delictum interdum non habetur pro perfecto. 51. Conatus punitur, cum injuria effectum non habet. facit l. 1. in fr. sup. quod quisque juris. l. 4. §. 2. sup. ne quis eum, qui in jus. 52. l. 11. §. 6. sup. h. t. 53. Vide §. 22. in fr. h. t. 54. 60. Eclog. 21. c. 25. 55. Etiam si protestatio præcesserit: veluti (tu mentiris, salvo honore) Coras. miscellanæ. 24. num. 4. Guid. Pap. decisio. 465. Gail. lib. 2. observat. 101. num. 11. Anf. 56. Adfectari & appellare differunt. Appellatio fit nudis verbis. Adfectatio fit etiam ipso corpore, & sequendo tantum. adde §. 19. sup. h. t. Festus in adfectato. 57. §. 1. in fr. h. t. 59. Assidua enim, vulg.

quentia quasi præbet nonnullam infamiam. §. 23. Meminisse autem oportebit, non omnem qui adfectatus est, nec omnem qui appellavit, hoc Edicto conveniri posse: neque enim si quis colludendi, si quis officii honeste faciendi gratia id facit, statim in Edictum incidit: sed qui contra bonos mores hoc facit. §. 24. Sponsum quoque ad injuriarum actionem admittendum puto: etenim spectat ad contumeliam ejus injuria quæcunque sponse ejus fiat. §. 25. Ait Prætor: Ne quid infamandi causa fiat: si quis adversus ea fecerit, prout quæque res erit, animadvertam. §. 26. Hoc Edictum supervacuum esse Labeo ait, quippe cum ex generali [clausula] injuriarum agere possimus: sed videtur & ipsi Labeoni, & ita se habet, Prætorum eandem causam secutum, voluisse etiam specialiter de ea re loqui: ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta.

§. 27. Generaliter vetuit Prætor quid ad infamiam alicujus fieri. Proinde quodcunque quis fecerit vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum. † Hæc autem fere sunt quæ ad infamiam alicujus fiunt. ut puta ad invidiam alicujus veste lugubri utitur, aut squalida: aut si barbam demittat: vel capillos submittat, aut si carmen conscribat, vel proponat, vel cantet aliquid quod pudorem alicujus lædat. §. 28. Quod ait Prætor: Si quis adversus ea fecerit, prout quæque res erit, animadvertam: sic intelligendum est, ut plenior esset Prætoris animadvertio: id est, & quodcunque eum moverit, vel in persona ejus qui agit injuriarum actionem, vel ejus adversus quem agitur, vel etiam in re ipsa, in qualitate injuriæ, audiat eum qui agit.

§. 29. Si quis libello dato vel Principi vel alicui famam alienam infectatus fuerit, injuriarum erit agendum, Papinianus ait. §. 30. Idem ait, eum qui eventum sententiæ (velut daturus pecuniam) vendidit, fustibus a Præside ob hoc castigatum, injuriarum damnatum videri: utique autem apparet hunc, injuriam ei fecisse, cujus sententiam vendidit. §. 31. Si quis bona alicujus, vel rem unam per injuriam occupaverit: injuriarum actione tenetur. §. 32. Item si quis pignus proscripterit, venditurus, tanquam a me acceperit, infamandi mei causa. Servius ait injuriarum agi posse. §. 33. Si quis non debitorem quasi debitorem appellaverit injuriæ faciendæ causa, injuriarum tenetur. §. 34. Prætor ait: Qui servum alienum adversus bonos mores verberavisse, deve eo, injussu domini, questionem habuisse dicitur, in eum judicium dabo: item si quid aliud factum esse dicitur, causa cognita, judicium dabo. §. 35. Si quis sic fecit injuriam servo, ut domino faceret, video dominum injuriarum agere posse suo nomine: si vero non ad fuggillationem domini id fecit, ipsi servo facta injuria, inulta a Prætoribus relinqui non debuit: maxime si verberibus, vel quæstione fieret: hanc enim & servum sentire palam est.

§. 36. Si communem quis servum verberaverit, utique hac actione non tenebitur, cum jure domini id fecerit. §. 37. Nec si fructuarius id fecerit, dominus cum eo agit: vel si proprietarius fecerit, fructuarius eum conveniet. §. 38. Adjicitur, Adversus bonos mores: ut non omnis omnino qui verberavit, sed qui adversus bonos mores verberavit, teneatur: cæterum si quis corrigendi animo, aut si [quis] emendandi, non tenetur. §. 39. Unde quærit Labeo, si magistratus municipalis servum meum loris ruperit: an possim cum eo experiri, quasi adversus bonos mores verberaverit? Et ait, judicem debere inquirere, quid facientem servum meum verberaverit: nam si honorem, ornamentaque petulanter adtentantem cæciderit, absolvendum eum. §. 40. Verberasse dicitur abusive: & qui pugnis cæciderit.

§. 41. Quæstionem intelligere debemus tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem. Nuda ergo interrogatio, vel levis teritio non pertinet ad hoc Edictum. † Quæstionis verbo etiam ea, quam malam mansionem dicunt, continebitur. Cum igitur per vim, & tormenta, habita quæstio est, tunc quæstio intelligitur. §. 42. Sed & si jussu domini quis quæstionem habeat, modum tamen excefferit: teneri eum debere, Labeo ait. §. 43. Prætor ait: Si quid aliud factum esse dicitur, causa cognita judicium dabo. proinde si quidem verberatus sit servus, vel tormentis de eo quæstio habita [est:] sine causæ cognitione judicium in eum competit: si vero aliam injuriam passus sit, non aliter competit quam [si] causa cognita. §. 44. Itaque Prætor non ex omni causa injuriarum judicium servi nomine promittet. nam si leviter percussus sit, vel maledictum ei leviter, non dabit actionem.

at si infamatus sit vel facto aliquo, vel carmine scripto, putò causæ cognitionem Prætoris porrigendam & ad servi qualitatem: etenim multum interest, qualis servus sit, bonæ frugi, ordinarius, dispensator; an vero vulgaris vel mediastinus, an qualifqualis: & quid, si compeditus, vel male notus, vel notæ extremæ? habebit igitur Prætor rationem tam injuriæ quæ admittitur, quam personæ servi, in quem admittitur: & sic aut permittet, aut denegabit actionem. §. 45. Interdum injuria servo facta ad dominum redundat, interdum non: nam si pro libero se gerentem, aut cum alterius potius quam meum existimat quis, non cæsurus eum, si meum scisset: non posse eum, quasi [mih] injuriam fecerit, sic conveniri, Mela scribit. §. 46. Si quis servo verberato injuriarum egerit, deinde postea damni injuriæ agat: Labeo scribit, eandem rem non esse: quia altera actio ad damnum pertinet culpa datum, altera ad contumeliam. §. 47. Si usufructum in servo habeam, tu proprietatem, isque verberatus sit, vel quæstio de eo habita: injuriarum actio magis proprietario quam mihi competit. † Idemque probatur, & si servum meum, quem bona fide possidebam, cæcideris: domino enim magis competit injuriarum actio. §. 48. Item si liberum hominem, qui mihi bona fide serviebat, quis cæciderit, distinguendum est: ut, si in contumeliam [meam] pulsatus sit, competat mihi injuriarum actio. † Idem ergo & si in servo alieno bona fide mihi servienti: ut totiens admittamus injuriarum actionem, quotiens in meam contumeliam injuria ei facta sit: nam ipsius quidem servi nomine, domino dabimus injuriarum actionem. † Si autem me tangat & pulsat: injuriarum mihi quoque est. † Ergo & in fructuario idem distingui potest.

§. 49. Si servum complurium cæcidero, competere injuriarum actionem omnibus, plus quam manifestum est.

16. PAULUS lib. 45. ad Sabinum. Sed non esse æquum, pro majore parte, quam pro qua dominus est, damnationem fieri, Pedius ait: & ideo officio judicis portiones æstimandæ erunt.

3. De servo injuriam faciente. 10. Edictum de filiofamilias, 11. Et ejus interpretatio.

17. ULPIANUS lib. 57. ad Edictum.

Sed si unius permisso id fecero, si quidem solius ejus esse putavi, nulli competit injuriarum actio: plane si scivi plurium, ei quidem qui permisit, non competit injuriarum actio, cæteris competit. §. 1. Si jussu tutoris aut procuratoris vel curatoris, quæstio habita sit, consequens erit dicere, cessare injuriarum actionem. §. 2. Servus meus opera vel querela tua, flagellis cæsus est a Magistratu nostro. Mela putat dandam mihi injuriam adversus te, in quantum ob eam rem æquum judici videbitur; & si servus decesserit, dominum ejus agere posse, Labeo ait, quia de damno quod per injuriam factum est, agatur: & ita Trebatio placuit. §. 3. Quædam injuriæ a liberis hominibus factæ levis nonnullius momenti videntur: enimvero a servis, graves sunt: crescit enim contumelia ex persona ejus, qui contumeliam fecit. §. 4. Cum servus injuriam facit, maleficium eum admittit palam est. Merito igitur, sicuti ex cæteris delictis, ita & ex hoc injuriarum noxalis actio datur. Sed in arbitrio domini est, an velit eum verberandum exhibere, ut ita satisfaciat ei, qui injuriam passus est. neque erit necesse domino utique eum verberandum præstare: sed dabitur ei facultas præstare ei servum verberandum; aut si de eo verberibus fatis non fiat, noxæ dedendum, vel litis æstimationem sufferendam.

§. 5. Ait Prætor, arbitrato judicis: utique quasi viri boni, ut ille modum verberum imponat. §. 6. Si ante judicem dominus verberandum servum exhibuerit, ut fatis verberibus ei fieret, & erit factum arbitrato alicujus, postea actor agere injuriarum preleverat: non est audiendus. qui enim accepit factis actionem, injuriam suam remisit. Nam & si nuda voluntate injuriam remisit, indubitate dicendum est, extingui injuriarum actionem, non minus, quam si tempore abolita fuerit injuria. §. 7. Si jussu domini servus injuriam fecerit, utique dominus conveniri poterit etiam suo nomine. Sed si proponatur servus manumissus, placet Labeoni dandam in eum actionem: quia & noxa caput sequitur, nec in omnia servus domino parere debet. cæterum,

1 De joco vide quæ notavi ad l. 3. §. 2. supr. de obligat. 2 Adde l. 16. §. 2. infr. de panis. 3 Vide quæ notavi ad l. 1. supr. de sponsalibus. 4 Supra dixit de convicio: nunc de his quæ infamandi causa dicuntur: quæ duo inter se distinguuntur. §. 12. supr. h. t. 5 l. 1. §. 2. supr. de Publican. 6 Puta si quis ad invidiam vulg. 7 l. 39. infr. h. t. Hinc illud Senecæ 10. declam. 1. Sordidatus es, non queror; sed si sordes tuæ invidiam mihi concitant, queror. 8 Barba demissa ad aliquem invidiæ causa venire. 7. Seneca. Cur non lequeris? barba demissa sordidatus venio: non desinam inquirere patris percussorem. vid. Senec. 10. declam. 1. & Sueton. in August. Adeo confertatus fuit, ut barba capilloque submitto, caput interdum foribus illuderet, vociferans, Quintili Vare, legiones redde. & Ovid. Aspice demissos lugentis more capillos. vid. 3. Gell. 4. Cicer. 2. Verrina. Livium, 2. Cuius. 6. obfero. 5. hinc lex 39. infr. h. t. vestem sordidam rei nomine in publico habere, capillumque submittere nulli licet, nisi &c. Hinc etiam colligunt, gestu injuriam fieri. 9 l. 39. infr. h. t. id est, si non tondent. Barba majore uti & capillo, Romanis summo decori fuit. Græci ad hanc legem. 10 Adde Paul. §. sent. 4. §. 5. de Carivariorum & Corybantum saltatione viduæ nuptiis, ad contumeliam secundarum nuptiarum, vide Petr. Gregor. 38. Syntagm. c. 45. 11 l. 5. §. 10. supr. h. t. 12 Quæque res, vulg. Hal. 13 l. 4. in fin. supr. de incendio. Goth. Estimatio injuriæ crescit ratione personæ. hic. & l. 28. §. 5. infr. de panis. ratione loci, temporis. §. atroc. Infr. de injur. l. 21. infr. h. t. Anf. 14 Puta infamiam, cui non fit injuria. l. 2. c. ut intra certum. 15 Non audiat. vulg. Hal. injuria est, sine causâ citari. 16 Vid. quæ scripti ad tit. C. Quando libellus Principi datus. 17 Latuus, vulg. Hal. & male bene daturus sit, ut Florent. exhibet, & Græci, ὡσαύτως μέλλω παρῆχεν τῷ ἀρχοντὶ χρεµατα. adde l. 10. C. de accusat. & ita non quocunque modo quis venditans litigatorum sententiam judicis, injuriam iudici fecisse videtur, sed si tanquam daturus iudici pecuniam hoc faciat. Eam hoc causam Imperator Alexander fumo necari jussit venditorem intercessionem: Fumo pereat, inquit, qui vendidit. vid. Cujac. 20. obs. 9. Dnar. 1. disp. 25. 18 Adde l. 2. §. 2. supr. vi bon. rapt. 19 Proscribit pignus, qui in publico scriptum proponit, l. 11. §. 3. §. 4. supr. de infistoria. l. 47. supr. de pecul. l. nit. C. de fide & jure hosp. Tibullus 2. Eclog. 4. Illius est nobis lege colendus amor: Quæntiam sedes subeat si vendere avitas, Ite sub imperium sub titulumque lares. Et Ovidius: Sub titulum nostrum misit avata lares, id est, venales ades inscripuit, ut loquitur Plautus in Trinummus. Mos enim fuit veteribus libello proponere ades proferribas. Cic. 3. offic. ades proscriptis, vendidit, & post: si tu cum ades proscriptas, tabulam tanquam plagam pennis? adde l. 13. §. 6. supr. de act. empt. adde Cic. orat. pro Quintus. & 12. ad Attic. Flin. 7. epist. ad Fab. Pendente etiam ex ædibus tabula proferribatur futura locatio. Terent. Heaut. Cic. ad Attic. adde Brisson. 3. select. 8. adde quæ scripti l. 22. §. 2. supr. quæd vi. 20 l. 20. infr. h. t. 21 Huc pertinet lex quædam Atheniennum relata a Demosthene in orat. adversus Midii. Ibi, ἐὰν τις ὑβρίσῃ τινά. 22 l. 5. in fin. supr. ad l. Aquil. 23 Mores boni qui dicantur, vid. §. 5. supr. h. t. & 38. infr. h. t.

24 §. 38. infr. h. t. 25 §. 45. infr. h. t. 26 Atqui nulla servo fit injuria. §. 3. infr. h. t. 27 Quæstionibus adfecterit, Hal. adfegerit. vulg. 28 Eodem modo vindicari etiam hodie posse injuriam factam famulo, vel procuratori, est liberos sine personæ, Schneidwinus refert ad §. quod si usufr. 5. Infr. de injur. 29 l. 51. in fin. supr. pro socio. 30 Præsumi nunquam causam delicti, hinc colligit Alciat. 3. præsumpt. 1. & 24. 31 l. 5. supr. ad l. Aquil. 32 Castigationem permissionem fuisse Magistratibus municipalibus, hinc constat adde l. 17. §. 1. infr. h. t. l. 12. supr. de jurisd. l. 17. supr. ad l. Aquil. Nov. 15. c. 6. 33 Lorati inde dicit vide l. 9. §. 3. supr. h. t. vide quæ scripti ad l. 12. infr. de jure fisci. 34 l. 13. §. 6. supr. h. t. 35 l. 9. supr. h. t. l. 4. C. h. t. 36 Et eruenda crimina, & erudendos socios ac participes fraudis & sceleris. l. 23. §. 4. supr. ad l. Aquil. l. 1. infr. de questionib. 37 Mala mansio quæstionis species. vid. quæ de mala mansione not. ad l. 7. supr. de post. Græci ita vertunt, τὸ ἐμβλαθεῖν τὴν πόδας ἐύλω. 60. Eclog. 21. c. 32. 38 Modus in quæstione servandus est. 39 §. 3. infr. h. t. l. 5. in fin. supr. ad l. Aquil. adde l. 4. supr. de in integr. l. 9. in fin. supr. de dolo. l. 1. §. 8. supr. de edil. 40 Ordinarius servus est, qui certum aliquod ministerium & officium in familia exercet: alias ordinarius vicarius opponitur. l. 5. §. 1. supr. de tribut. l. 17. 18. 19. supr. de pecul. Ordinarium appellamus, τὸν πρῶτον εἰκῆτην, τὸν δὲ τῷ εἰκῆτῳ εἰκῆτην vicarium. 41 Dispensator, διακρητής, erat vel omnium, vel quorundam tantum bonorum, de quo vide Theoph. §. 7. Infr. h. t. 42 Mediastinus servus, qui nulli certo ministerio deservit: alias opponitur artificii, in l. ult. supr. de operis servor. Mediastini dicebantur vilissimi balnearum & ædium, qui in mediis ædibus ad omnia officia præsto erant; ἀτελέστατον vocat Theoph. d. loco. 43 Sive ordinarius sive vicarius. l. 5. §. ultimum, supr. de pecun. constit. 44 Compediti servi, ἐν δεσμοῖς, Theoph. d. §. 7. plerumque ita compediti servi in publico spectabantur. 45 l. 45. §. 2. supr. ad l. Aquil. 46 Vid. l. 18. §. 3. infr. h. t. 47 Adde l. 12. l. 13. l. 14. supr. de except. rei jud. l. 2. §. 3. supr. de privatis delictis. 48 Id est, injuriam. l. 2. §. 2. supr. de collat. Goth. Adde l. 33. supr. de obl. & act. Anf. 49 §. 5. Infr. h. t. 50 §. 6. Infr. h. t. 51 d. §. 6. 52 §. 4. Infr. h. t. 53 Quia non fit injuria volenti. l. 1. §. 5. supr. h. t. 54 Vid. l. 9. §. 3. supr. h. t. 55 Adde l. 15. §. 38. supr. h. t. an a Prætoribus? negat Cujacius in l. quod si minor. 24. §. Scævola. 2. in verb. si servus, supr. de minorib. 56 l. 2. §. 3. supr. de privat. delictis. 57 Leves & nullius momenti. vulgat. Hal. 60. Eclog. 21. c. 32. in fin. 58 Injuria crescit ex persona inferentis. vulgat. Hal. 60. secundum. Infr. h. t. 59 §. 4. Infr. de noxalib. 60 Nota tria remedia dominis competere, facultatem præstandi servi, verberandi, noxæ dedendi, & æstimationis litis. l. ult. infr. h. t. 60. Eclog. 21. c. 22. in fin. 61 l. 137. §. 2. §. de verb. oblig. 62 60 Eclog. 21. c. 33. 63 Reprobare seu retractare nemo jure possit, quod semel ipse probaverit. 64 Vel cum quo his conventionem vel transactionem decisa est. l. 11. §. 1. supr. h. t. 65 Satisfactio tollit injuriam actio. 66 d. §. 1. 67 Id est, annuo. vid. l. 4. §. h. t. 68 Vid. l. 1. in fin. supr. de privatis delictis. 69 Vid. l. 11. §. 7. supr. quod vi. 60. Eclog. 21. c. 33.

& si occiderit iussu domini, Cornelia eum eximemus. §. 8. Plane si defendendi domini gratia aliquid fecerit, rationem ei constare apparet: inque eam rem adversus agentem exceptio obijcienda erit. §. 9. Si servus in quo ususfructus meus est, injuriam mihi fecerit: adversus dominum noxali iudicio experiri potero. neque deo deterioris conditionis ob hoc esse, quod ususfructum in eo habeo, quam si non haberem. Aliter atque si servus communis esset: tunc enim non daremus socio actionem, ea propter, quia & ipse injuriarum actione teneatur. §. 10. Ait Prætor: Si ei qui in alterius potestate erit, injuria facta esse dicatur: & neque is, cujus in potestate est, præsens erit, neque procurator quisquam existat, qui eo nomine agat, causa cognita, ipsi qui injuriam accepisse dicitur, iudicium dabo. §. 11. Filiofamilias injuriam passus, si præsens sit pater, agere tamen non possit propter furorē, vel quem alium casum dementiæ, puto competere injuriarum actionem: nam & hic pater ejus absentis loco est. §. 12. Plane si præsens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atque donat injuriam: magis est, ut filio actio non detur. nam & cum abest, idcirco datur filio actio, quia verisimile est patrem, si præsens fuisset, acturum fuisse. §. 13. Interdum tamen putamus, etsi pater remittat, injuriarum actionem filio dandam: ut puta si patris persona vilis abjectaque sit, filii honesta: neque enim debet pater vilissimus filii sui contumeliam ad suam utilitatem metiri. ponamus esse eum patrem, cui jure meritoque curator a Prætorē constitueretur. §. 14. Sed si pater, lite contestata, coeperit abesse; vel etiam negligere executionem pater vilis: dicendum est causa cognita translationem filio competere. † Idem & si emancipatus filius esse proponatur. §. 15. Procuratorem patris prætulit Prætor ipsis personis, quæ injuriam passæ sunt. Si tamen procurator, aut negligat, aut colludat, aut non sufficiat adversus personas, quæ injuriam fecerunt: ipsi potius qui passus est injuriam, actio injuriarum competit. §. 16. Procuratorem autem accipere debemus, non utique eum, cui specialiter mandata est procuratio actionis injuriarum: verum sufficit eum esse, cui omnium rerum administratio mandata est. §. 17. Quod autem ait Prætor, causa cognita [ipsi qui injuriam accepisse dicitur, iudicium permitti]: ita accipiendum est, ut in cognitione causæ hoc verferetur, quam longe pater abest, & quando superventurus; & nunquid is, qui injuriarum actionem vult movere, [legnitior] vel inutilis admodum, qui non sufficiat ad rei alicujus administrationem, ac per hoc nec ad actionem. §. 18. Quod deinde ait, qui injuriam accepit, interdum ita accipiendum est, ut patri ejus competat actio: ut puta nepoti facta injuria est, pater præsens est, avus abest: scribit Julianus, patri potius dandam injuriarum actionem, quam ipsi nepoti; ad cujus, inquit, officium pertinet etiam vivente avo, filium suum in omnibus tueri. §. 19. Idem Julianus scribit, filium non tantum ipsum agere debere, verum procuratorem dare posse: alioquin, inquit, nisi ei permiserimus procuratorem dare, futurum est, ut si valetudine impediatur, neque sit, qui injuriarum actionem exequatur, impediatur actio. §. 20. Idem ait, & si nepoti facta sit injuria, & nemo sit qui avi nomine agat, permittendum esse patri experiri, & is procuratorem dabit: omnibus enim qui suo nomine actionem habent, procuratoris dandi esse potestatem; intelligi autem filium, inquit, familias suo nomine agere, cum patre cessante Prætor ei agere permittat. §. 21. Si filiofamilias injuriarum egerit, patri actio non competit. §. 22. Idem ait, filiofamilias injuriarum nomine actionem dari, quotiens nemo est qui patris nomine experiat, & hoc casu quasi patremfamilias constitui. quare si emancipatus sit, si ex parte heres scriptus fuerit, vel etiam exheredatus, si ex paterna hereditate abstinerit, executionem litis ei dandam; esse enim per absurdum, quem Prætor manente patria potestate ad actionem admittendum probaverit, ei patrifamilias (facto) ultionem injuriarum suarum eripi, & transferri ad patrem, qui eum quantum in ipso est, omiserit; aut (quod esse indignius) ad heredes patris, ad quos non pertinere injuriam filiofamilias factam proculdubio est.

De nocente infamato. 1. Si servus servo injuriam fecerit. 2. De nupta injuriam passa. 3. De errore.

18. PAULUS lib. 45. ad Edictum.

EUM qui nocentem infamavit, non esse bonum æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium nota esse, & oportere & expedire. §. 1. Si servus servo fecerit injuriam, perinde agendum quasi si domino fecisset. §. 2. Si nupta filiofamilias injuriam acce-

1 d. §. 3. 2 Id est, proprietarium. Domini appellatione proprietarium proprie intelligi, hinc collige. 3 l. 8. sup. de noxal. 4 l. 15. §. 36. sup. h. t. 5 Ut filiofamil. §. 11. inf. h. t. 6 §. 1. sup. §. 12. inf. h. t. 7 §. 15. inf. h. t. 8 §. 17. inf. h. t. 9 §. 18. inf. h. t. 10 l. 12. §. 10. sup. filio. 11 l. 9. sup. de oblig. 12 Furiosus habetur pro absente. l. 2. §. 3. sup. de iure codicill. 13 Imo non est. l. 2. §. 1. sup. de procur. 14 Pater filio factam injuriam remittere potest. l. 5. in fin. inf. ad l. Jul. de vi publica. 15 l. 9. sup. de obl. & l. 30. in fin. l. 31. inf. h. t. 16 Patrem, si vilis persona sit, non posse filio substituere pupillariter, quam ei honorum filii administratio spectat & mortura autoratur, hinc colligit Bart. num. 34. 17 Hanc lectionem probat Faber l. de m. 10. Haloander legit visitatem. 18 Translatio iudicij quid, vide l. 3. §. 7. sup. quib. mod. pign. 19 Ita ut ex hisdem instrumentis procedatur. Bart. hic. num. 5. 20 l. 22. §. 5. sup. filio. vitia hæc procuratoris sunt, negligencia, collusio, insufficientia. 21 Procurator versus intelligitur, cui specialiter, vel omnium in genere negotiorum administratio data est. l. 12. sup. de solut. 22 Segnior. vulg. Hal. 23 Admodum sit vulg. Hal. 24 §. 10. in fin. sup. h. t. 25 Competat. vulg. Hal. 26 §. 20. inf. h. t. 27 Verumetiam. Hal. 28 l. 11. §. 2. sup. h. t. 29 Procuratoris officium necessarium esse hinc colligitur. adde l. 1. sup. de procur. 30 §. 18. sup. h. t. 31 §. 10. sup. h. t. 32 §. 11. sup. h. t. 33 Infamare possum nocentem etiam non conviciantem, si modo diffamatio mea vera sit: idque ex communi opinione probat Clarus, §. sent. 10. Gail. 2. obs. 99. & multo magis conviciantem diffamare possum. Hoc enim permitti putant interpretes. si modo id fiat in convicianti, & modus adhibeatur: volunt enim permitti injuriam verbalemente verbis repellere. l. 25. sup. de proc. l. 45. §. 4. sup. ad l. Aquil. vide Gail. 2. obs. 100. Est enim famæ ut & vitæ habenda ratio. l. Julian. 25. sup. si quis amiss. caus. testam. l. in servorum. 10. in fin. inf. de panis. & honor famæque hominis iustem legibus vitantur, l. isti. §. 8. sup. quod metus. l. infra. §. 9. sup. de maximo. v. d. Quid enim salvis infamia nominis? ut Juvenalis scribit, Satyr. 1. Ob injuriam retaliendam duellum hinc permitti notant, Gail. ibid. sed a verbalem injuriam illationem revertantur. Possunt enim querere, quemadmodum & quotenus reponere verbis injuriam liceat? Boffius, tit. 48. practice. num. 7. verba in mentem, eo casu loco negationis accipi ait; non convici: de quo vide Corral. §. miscel. 24. alias negat conviciatio alio convicio repellendum: idque innui videri l. 5. C. h. t. & Glolla in verbo utitur. C. de peñulando. Bellov. l. cap. 3. num. 17. Si ita est, compensatione non tollitur injuriarum actio, nisi quis prior coeperit, non con-

perit, & vir 37 & pater injuriarum agant, Pomponius recte putat tanti patri condemnandum esse reum, quanti condemnaretur si ea vidua esset; viro tanti, quanti condemnaretur si ea in nullius potestate esset: quod sua cujusque injuria propriam æstimationem haberet. & ideo si nupta in nullius potestate sit, non ideo minus eam injuriarum agere posse, quod & vir [in] suo nomine agat. §. 3. Si injuria mihi fiat ab eo cui sim ignotus 38; aut si quis putet me Lucium Titium esse, quum 39 sim Caius Seius: prævalet quod principale est, injuriam eum mihi facere velle. nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quam sum, & ideo injuriarum 40 habeo. §. 4. [At] cum aliquis filiumfamilias, patremfamilias putat, non potest videri injuriam patri facere, non magis quam viro, si mulierem viduam esse credat. quia neque in personam eorum confertur injuria, nec transferri per personæ putationem 41 ex persona filiorum ad eos potest: cum affectus injuriam facientis in hunc, tanquam in patremfamilias consistat. §. 5. Quod si scisset filiumfamilias esse, tamen si nescisset cujus filius esset: dicerem, inquit, patrem suo nomine injuriarum agere posse: nec minus virum, si ille nuptam esse sciret; nam qui hæc non ignorat, cuicumque patri, cuicumque marito, per 42 filium, per uxorem 42 vult facere injuriam.

De fidejussoribus ejus, qui paratus est solvere, interpellatis.

19. GAJUS lib. 22. ad Edictum provinciale.

SI creditor meus cui paratus sum solvere, in injuriam meam fidejussores meos interpellaverit 44: injuriarum tenetur.

De domo debitoris signata.

20. MODESTINUS lib. 12. Responforum.

SI injuriæ faciendæ gratia Seia domum absentis debitoris 45 signasset 46 sine 47 auctoritate ejus, qui concedendi jus, potestatemve habuit, injuriarum actionem intendi posse respondit.

Ad quod tempus æstimatio refertur.

21. JAVOLENUS lib. 9. Epistolarum.

Injuriarum 48 æstimatio 49 non ad id tempus quo judicatur, sed ad id quo facta est, referri debet.

De libero apprehenso pro fugitivo.

22. ULPIANUS lib. 1. ad Edictum Prætoris.

SI liber pro fugitivo apprehensus erit, injuriarum cum eo agit.

De introitu in domum alienam.

23. PAULUS lib. 4. ad Edictum.

Qui in domum alienam 50 invito domino introiret, quamvis in jus vocati, actionem injuriarum in eum competere, Oflius ait.

De prohibito servum distrabere.

24. ULPIANUS lib. 15. ad Edictum Prætoris.

SI quis proprium 51 servum distrabere prohibetur a quolibet, injuriarum experiri potest.

De ancilla.

25. IDEM lib. 18. ad Edictum.

SI stuprum serva passa sit, injuriarum 52 actio dabitur: aut si celavit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecit, etiam furti: vel si virginem immaturam 53 stupraverit, etiam Legis Aquiliæ 54 actionem competere [quidam] putant.

De servo & filio.

26. PAULUS lib. 19. ad Edictum.

SI quis servum meum vel filium ludibrio habeat, licet consentientem 55, tamen ego injuriam videor accipere: veluti si in popinam duxerit illum, si aleam 56 luserit. Sed hoc utcumque tunc locum habere potest, quotiens ille qui suadet, animum 57 injuriæ faciendæ habet. Atquin potest malum consilium dare, & qui dominum ignoret, & ideo incipit servi 58 corrupti actio necessaria esse.

De statua defuncti casa.

27. IDEM lib. 27. ad Edictum.

SI statua patris tui in monumento 59 posita faxis casa est: sepulchri violati agi non posse, injuriarum posse, Labeo scribit.

stabit. vide Bellov. l. c. 3. n. 18. 20. 21. Quid? licetne injuriam pugno vel tali acta repellere? Dixeri eo casu culpam esse tutelam: modum enim excedere. Id tamen displicere videtur Salomonio, in l. ut vim. 3. sup. de just. Et sane, præsertim si injuria illata sit a vili homine & ignobili. Moveret, quod honoris quam rerum & vitæ iactura sit major: In cujusmodi rebus tamen constat licitum esse percutere, l. l. C. unde vi. sed ea res arbitrio judicis definienda est. vide Gail. ex loco. 34 Cur ita? Nulla est contumelia, quam facit dignis. Cic. 3. Philipp. 35 l. un. in medio. C. de famulatu libellit. & est ignoscendum ei qui non sponte accusat. l. 14. §. ult. sup. de bonis libert. 36 Filiofamilias. vulg. Hal. 37 l. 1. in fin. sup. h. t. 38 Id quum accidit, actio injuriarum nascitur, nec prodest exceptio ignorantie. l. 3. §. 2. in fin. l. 15. §. 45. sup. h. t. 39 Vide Zaf. 2. intell. 17. 40 Injuriarum actionem. vulg. Hal. 41 Transferri putatio. vulg. Hal. 42 l. 1. §. 3. sup. h. t. adde Paul. §. sent. 4. §. 3. 43 d. §. 3. sup. h. t. l. 2. C. h. t. §. 2. Infit. h. t. 44 Facit l. 13. §. 3. l. 15. §. 25. sup. h. t. l. 5. in fin. sup. qui satisdare. 45 Adde l. 15. §. 35. sup. h. t. §. 1. Infit. h. t. 46 Vide quæ notavi in l. penult. sup. in quib. caus. pign. Goth. Adde l. 1. §. 2. l. 15. §. 31. & seqq. Sic duorum digitorum elevatio cornutum designat: unde qui id facit, puniunt. vide Govean. var. lib. l. c. 11. n. 2. 47 Secus fuerit, si ades debitoris lignaverit iudicis auctoritate. 48 Hic non agitur de æstimatione injuriarum ex Lex. 12. Tabul. cujus meminit Gell. 20. noñium l. sed de arbitraria, cujus meminit etiam l. 37. in fin. sup. h. t. 49 Æstimatio injuriæ a quo sit? utique ab auctore. Is enim in libello injuriam æstimare debet, & postea jurare, si opus sit: nec enim id necesse est. Clarus, §. sent. §. injur. 10. æstimationem deinde iudex auget vel minuit. l. 37. in fin. J. cod. §. 1. Infit. h. t. & sic pena injuriæ est arbitraria. d. §. 1. Quid? ergo eo ipso quod arbitraria est, potestne iudex poenam mortis statvere? quidam ajunt, quidam negant. posteriorem sententiam, ut communiter accipit Clarus, §. sent. §. ult. §. 83. nisi qualitas delicti aliud suadeat. 50 Vide l. 18. sup. de in jus vocand. 51 l. 15. §. ult. sup. h. t. 52 Non adulterii. l. 6. sup. ad leg. Jul. de adult. 53 Immatura virgo nondum viripotens. l. 18. §. 3. inf. de pan. 54 l. 27. §. 4. sup. ad l. Aquil. 55 Volenti & consentienti servo facta injuria ad dominum eius tamen pertinet. l. 1. §. 4. sup. h. t. 56 Si alea. Hal. vid. tit. de aleatorib. Alea corrupti servi species. 57 Animus injuriam distinguunt. 58 Corrupti servi actione tenentur, qui servo alieno malum dat consilium. 59 l. 1. §. 4. sup. h. t. adde l. 27. j. h. t. l. 2. J. de sepulchro.

An hac actio fit in bonis nostris.

28. ULPIANUS lib. 34. ad Sabinum.

Injuriarum actio in bonis nostris non computatur, antequam ¹ litem contestemur.

De seruo manumisso vel alienato.

29. PAULUS lib. 10. ad Sabinum.

Si servum cuius nomine injuriarum actio tibi competit, manumiferis aut alienaveris ²: superest tibi injuriarum actio.

1. De filio injuriam passo.

30. ULPIANUS lib. 42. ad Sabinum.

Servo autem manumisso ³ non competere actionem ob injuriam, quam in servitute passus est, quis dubitet? §. 1. Si filio injuria facta sit, cum utriusque ⁴, tam filio, quam patri, adquisita actio sit, non eadem utique faciendae aestimatio est ⁵:

31. PAULUS lib. 10. ad Sabinum.

Cum possit propter filii dignitatem ⁶ major ipsi, quam patri, injuria facta esse.

De Magistratu.

32. ULPIANUS lib. 42. ad Sabinum.

Nec Magistratus ⁷ licet aliquid injuriose facere. Si quid igitur per injuriam fecerit Magistratus, vel quasi privatus, vel fiducia Magistratus: injuriarum potest conveniri, sed utrum posito Magistratu, an vero & quamdiu est in Magistratu? sed verius est, si is Magistratus ⁸ est, qui sine ⁹ fraude in jus vocari non potest, expectandum esse quod Magistratu abeat. quod & si ex minoribus Magistratibus ¹⁰ erit, id est ¹¹, qui sine imperio aut potestate sunt Magistratus: & in ipso Magistratu posse eos conveniri.

33. PAULUS lib. 10. ad Sabinum.

Quod Reipublicae ¹² venerandae causa secundum bonos ¹³ mores sit, etiam si ad contumeliam alicujus pertinet, quia tamen non ea mente Magistratus facit, ut injuriam faciat, sed ad vindictam Majestatis publicae respiciat: actione injuriarum non tenetur.

De pluribus servis injuriam facientibus.

34. GAJUS lib. 13. ad Edictum provinciale.

Si plures servi simul aliquem ceciderint, aut convicium alicui fecerint: singulorum ¹⁴ proprium est maleficium, & tanto major injuria, quanto a pluribus admittitur: imo etiam tot injuriae sunt, quot & personarum injuriam facientium.

De infamia & egestate ejus, qui injuriam fecit.

35. ULPIANUS lib. 3. de Omnibus tribunalibus.

Si quis injuriam atrocem ¹⁵ fecerit, qui ¹⁶ contemnere injuriarum judicium possit ob infamiam & suam egestatem ¹⁷, Praetor acriter exequi hanc rem debet, & eos, qui injuriam fecerunt, coercere.

Si filiusfamilias injuriam fecerit.

36. JULIANUS lib. 45. Digestorum.

Si filii nomine cum patre injuriarum agere velim, & is procuratorem det: non ¹⁸ intelligitur filius defendi, nisi judicatum solvi satisfidetur. & ideo actio adversus filium, tanquam a patre non defendatur, danda erit.

De postis in monumenta. 1. De actione civili ex Lege Cornelia.

37. MARCIANUS lib. 14. Institutionum.

Constitutionibus Principalibus cavetur, ea quae infamandi alterius causa in ¹⁹ monumenta ²⁰ publica posita sunt, tolli de medio.

§. 1. Etiam ex Lege Cornelia injuriarum actio civiliter ²¹ moveri potest, condemnatione, aestimatione ²² judicis faciendae.

De imagine Imperatoris.

38. SCAEVOLA lib. 4. Regularum.

Senatusconsulto cavetur, ne quis imaginem ²³ Imperatoris in invdiam alterius portet: & qui contra fecerit, in vincula publica mittatur.

1 Ergo ad heredem non transit, nisi lite contestata. vide l. 13. supr. h. t. ut & quere-la inofficiosa. vide Cujac. 17. obs. 17. ubi probat querelam inofficiosa testamenti imitari actionem injuriarum. 2 Facit l. 11. §. 8. supr. quod vi aut clam. l. ult. supr. arbor. furt. cas. 3 l. 1. §. 7. supr. h. t. 4 l. 1. in fin. supr. h. t. l. 2. C. h. t. 5 Curia? collige ex l. 31. infr. h. t. l. 17. §. 13. supr. h. t. 6 d. §. 13. 7 Et sic restringit l. 13. §. 6. supr. h. t. judicem excedentem fines officii, injuriarum teneri hinc collige, l. 13. infr. de pan. l. 29. §. 7. supr. ad l. Aquil. 8 Id est, non ex minoribus Magistratibus. 9 Facit l. 2. supr. de in jus vocando. 10 Puta municipi-palibus. vide l. 29. §. 7. supr. ad l. Aquil. 11 Magistratus minores qui sunt, ob- lerva. 12 l. 13. §. 6. l. 15. §. 39. supr. h. t. l. un. C. de famosis libellis. 13 Id est, ob publicam sive communem disciplinam. 14 l. 9. supr. de jurisdic. Goth. An quilibet in solidum teneatur, vide l. 15. §. 2. supr. quod vi aut clam. l. ult. C. ad l. Corn. de fcar. l. 11. supr. ad l. Aquil. Cujac. lib. 9. obs. c. 20. Hotom. illustr. quest. 33. Anf. 15 De qua vide l. 7. in fin. supr. h. t. 16 Sentus est: qui contemnit actionem injuriarum ob infamiam suam, & ideo atrociter facit, acrius coercetur. 60. Eclog. 21. c. 15. 17 Egestas facile poenam contemnit. 18 l. 14. supr. qui satisfid. l. 5. in fin. supr. quib. ex caus. in possid. 19 Id est, in pu- blicis commentariis vel censibus. 20 Adde l. 27. supr. h. t. 21 l. 7. §. 6. & l. 21. supr. §. 10. Inst. h. t. 22 Vide l. 21. supr. h. t. l. 38. §. 7. infr. de pan. vide Brisson. 4. select. 12. Goth. De aestimatione injur. vide not. ad l. 15. §. 28. supr. h. t. Roland. a Vall. vol. 2. consil. 78. num. 24. Surd. decis. 89. num. 10. Gomez. tom. 3. cap. 6. de injur. n. 7. Anf. 23 Adde l. 5. infr. de extraord. criminib. 24 l. 9. l. 15. §. 27. supr. & l. ult. C. h. t. 25 Squalidam. l. 15. §. 27. supr. h. t. candidam quidem (s. enim color etiam vulgi) sed obsoletam: non tamen pullatam: is enim erat color funebri tantum. vide Senec. 20. epist. 115. 26 De capilli sub- missione vide l. 15. §. 27. supr. h. t. 27 Haec enim ad infamiam alterius perti- nent. d. §. 27. 28 Al. rescriptit. 29 Is enim notatur infamia. l. 5. §. 9. supr. h. t. 30 l. 1. §. 3. supr. h. t. §. 2. Inst. h. t. l. 30. supr. de post. 31 A censu injusta sententia appellatur. 32 Paul. 5. sent. 4. §. 17. vide l. 8. infr. de appell. 33 Quod quid sit, vide l. 15. §. 3. v. 4. supr. h. t. 34 Curia Goth. Injuria damnatus sit infamis. hic & l. 40. supr. h. t. vide Revard. lib. 1. c. 3. Andr. Gail. lib. 1. obs. 65. n. 7. & lib. 2. obs. 122. n. 1. Wurm. tit. 44. de injur. obs. 5. Anf. 35 Vide l. 9. §. 5. supr. si serv. vind. 36 Poena injuriae, 60. Synops. Basilic. 21. cap. 60. olim viginti quinque aris, 20. Gall. 1. seu viginti quinque sesterciorum. Paulus, 2. Collat. l. Masur. ei vero qui membrum rupisset, talio, §. 7. Inst. h. t. Poena talionis haec erat: si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto. Ita est legendum apud Geil. 20. cap. 15. & Fellum in voce Talionis de Talionis poena alibi plene dicam. 37 Paul. 5. sentent. 4. §. 15. 38 Recte hoc additum est, cum injuriarum actio verum nomine non detur: sed doloris persequendi causa, ut eleganter Valentinianus DIGEST.

Si quis vestem sordidam rei nomine in publico habeat, vel capillum sionmittat.

39. VENULEIUS lib. 2. Publicorum judiciorum.

Vestem ²⁴ sordidam ²⁵ rei nomine in publico habere, capillumve ²⁶ summittere nulli licet ²⁷: nisi ita conjunctus est adfinitate, ut in- vitus in reum testimonium dicere cogi non possit.

De decurionibus.

40. MACER lib. 2. Publicorum judiciorum.

Divus Severus Dionysio Diogeni ita scripsit ²⁸: Atrocis injuria dam- natus, in Ordine Decurionum esse non potest ²⁹; nec prodesse tibi debet error Praesidum, aut ejus qui de te aliquid pronunciauit, aut eorum qui contra formam juris mansisse te in ordine decurionum puta- verunt.

De filio injuriam passo.

41. NERATIUS lib. 5. Membranarum.

Pater cuius filio facta est injuria, non est impediendus quominus duo- bus ³⁰ judiciis, & suam injuriam persequatur, & filii.

De appellatoribus.

42. PAULUS lib. 5. Sententiarum.

Judici ³¹ ab ³² appellatoribus convicium ³³ fieri non oportet, alio- quin infamia notantur.

De calumnia.

43. GAJUS lib. 3. Regularum.

Qui injuriarum actionem per calumniam instituit, extra ordinem damnatur: id est, exilium, aut relegationem, aut Ordinis ³⁴ amotionem patiatur.

De superioribus & inferioribus adibus.

44. JAVOLENUS lib. 9. ex Posterioribus Labeonis.

Si inferiorum dominus aedium, superioris vicini fumigandi causa fur- tum ³⁵ faceret; aut si superior vicinus in inferiores aedes quid aut projecerit aut infuderit: negat Labeo injuriarum agi posse: quod falsum puto, si tamen injuriae faciendae causa immittitur.

De poena extraordinaria.

45. HERMOGENIANUS lib. 5. Epitomarum.

De injuria nunc ³⁶ extra ordinem ³⁷ ex causa & persona ³⁸ statui so- let. Et servi quidem flagellis ³⁹ caesi dominis restituntur: libero vero, umilioris ⁴⁰ quidem loci fustibus ⁴¹ subjiuntur; caeteri autem vel exilio temporali, vel interdictione certae rei coercentur.

TIT. XI.

DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBUS.

De sollicitatoribus alienarum nuptiarum, interpellatoribus matrimoniorum. 1. De diversis injuriis. 2. De his, quae impudicitiae gratia fiunt.

1. PAULUS lib. 4. 44 Sententiarum.

Sollicitatores ⁴⁵ alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores ⁴⁶, etsi effectu ⁴⁷ sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosae libidinis extra ⁴⁸ ordinem puni- untur.

§. 1. Fit injuria contra bonos mores, veluti si ⁴⁹ quis simo ⁵⁰ corrupto alicquem perfuderit, caeno, luto oblinuerit ⁵¹, aquas ⁵² spurcaverit, fistulas, lacus, quidve aliud ad injuriam pu- blicam cantaminaverit: in quos graviter animadverti solet.

§. 2. Qui ⁵³ puero ⁵⁴ stuprum, abducto ab eo vel corrupto co- mite ⁵⁵, persuaserit, aut mulierem puellamve interpellaverit, quid- ve ⁵⁶ impudicitiae gratia fecerit, donum ⁵⁷ praebuerit, pretiumve, quo is persuadeat, dederit: perfecto ⁵⁸ flagitio, punitur ⁵⁹ capite; imperfecto, in insulam deportatur. corrupti comites summo ⁶⁰ suppli- cio adficiuntur.

ait. vide Cujac. hoc tit. 39 l. 17. §. 4. supr. h. t. Paul. 5. sent. 4. §. ult. 40 Humilioris. vulg. Hal. 41 Fustibus caduntur liberi, l. 28. §. 2. infr. de panis. vide quae scripti ad l. 12. infr. de jure fisci. 42 Hic titulus est generalis. Complectitur enim ea crimina, quae nunquam ordina- ria fuerunt, & quae mixta. Cuj. hic. 43 Extraordinaria crimina differunt a po- pularibus & privatis. vide Cujac. 8. obs. 33. In his res agitur citra solemnem ordinem juris, & citra morem primum legum, nec observatur etiam poena legitima. Cujac. hic. 44 Quinto. Paul. 5. sent. 4. §. 5. 45 d. §. 5. 46 Interpellator est, qui nu- ptias alienae uxoris appetit: sollicitator, qui pudicitiam alienae uxoris appellat: subsejor autem est aduiter. 47 Etiam conatus & voluntas coercentur. l. 1. C. Theod. 48 Attentans initium punitur, quam qui perfecit. hic enim non certa lege aut poena pu- nitur, sed extra ordinem judicantis arbitrio. de quo vide Tiraque. tractat. de pan. caus. 39. 49 Paul. 5. sent. 4. §. 13. 50 l. 27. §. 18. supr. ad l. Aquil. 51 Obtinuerit. 52 De inquinatoribus aquarum vide l. 11. supr. quod vi l. 12. C. de re milit. segetum, l. 27. §. 24. vini, §. 25. supr. ad l. Aquil. 53 Paul. 5. sent. 4. §. 14. 54 Puta pretextato. §. 1. Inst. de injur. 55 Vide quae de comite scripti ad l. 1. §. 2. supr. de injur. 56 Quae hic potest, utrum praeripiens osculum virgini invite puniendus sit ultimo supplicio? Durum id videtur. Quod, si nuptae? Boilius tit. 63. n. 3. refert Trivultium vices gerentem Regis Galliarum securi percussu jusse quendam, quod osculum Sufanae Trivultiae nuptae praecipisset. adde quae scripti ad l. 16. C. de don. ante nupt. 57 Donum. vulg. Paul. 5. sent. 4. §. 14. l. 37. in fin. supr. de minor. l. 8. infr. ad leg. Jul. de adult. Goth. Facit can. 15. de penitent. dist. 1. Anf. 58 Perfecta atque utita loquamur, consummata delicta graviter coercentur, quam imperfecta seu attentata, ut hic. l. si quis aliquid. 38. §. 4. infr. de panis. l. fugi- tivo. 2. supr. de fugitivis. Quod ita verum putant, ut etiam judex mitiorem poenam possit delictis imperfectis indicere, quae ut perfecta lex puniri jubet. Salicetus in l. si quis cum tela. 7. C. ad Leg. Corn. de fcar. argum. l. aut facta. 16. §. eventus. 8. infr. de panis. l. & si severior. 3. C. ex quibus causis infam. Idque etiam in foro conscientiae servari notat: nimirum mitiorem poenam pro voto non reddito imponi, quam pro facto. ut Glossa notat in can. qui viderit. 32. quest. 5. Alexander de Alea in summa parte, 2. quest. 135. membra 2. Thomas 2. quest. 73. Bonaventura 2. sentent. dist. 41. Antonius Florent. parte summa. tit. 9. cap. 1. §. 1. 59 Stupri perfecti poena capitalis, ut hic. Imo non est capitalis, nam humilior fustigatur, & in exilium mittitur: honestus partis bonorum publicatione & relegatione ad certum tempus punitur. §. 4. Inst. de publ. jud. An hic de poena extraordinaria agitur: ibi de poena ex Lege Julia? vide Alciat. 5. para- doc. 20. l. transgessit. 15. C. de transf. Menoch. 5. de arbit. 288. 60 Id est, ultimo. l. 25. infr. de panis.

De cætibz illicitis.

2. ULPIANUS lib. 4. Opinionum.

SUB prætextu religionis, vel sub specie solvendi voti, cætus illicitos nec a veteranis tentare oportet.

De stellionatu. De expilata hereditate.

3. IDEM lib. 3. de Adulteriis.

STELLIONATUS vel expilata hereditatis iudicia accusationem quidem habent: sed non sunt publica.

De partu abactio.

4. MARCIANUS lib. 1. Regularum.

DIVUS Severus & Antoninus rescripserunt, eam quæ data opera abegit, a Præfide in temporale exilium dandam: indignum enim videri potest, impune eam maritum liberis fraudasse.

De eo, cujus instinctu servus ad statuum confugit.

5. ULPIANUS lib. 5. de Officio Proconsulis.

IN eum cujus instinctu ad infamandum dominum servus ad statuum confugisse compertus erit, præter corrupti servi actionem, quæ ex Edicto perpetuo competit, severe animadvertitur.

De dardanariis. 1. De stateris adulterinis. 2. De falsis mensuris.

6. IDEM lib. 8. de Officio Proconsulis.

ANNONAM ademptare & vexare vel maxime dardanarii solent: quorum avaritiæ obviam itum est tam Mandatis, quam Constitutionibus. Mandatis denique ita cavetur: Præterea debebis custodire, ne dardanarii ullius mercis sint: ne aut ab his qui cœmptas merces supprimunt, aut a locupletioribus, qui fructus suos æquis pretiis vendere nollent, dum minus uberes proventus expectant, [ne] annona oneretur. Pœna autem in hos varie statuitur: nam plerumque, si negotiantes sunt, negotiatione eis tantum interdicitur, interdum & relegari solent, humiliores ad opus publicum dari.

§. 1. Onerant annonam etiam stateræ adulterinæ, de quibus D. Trajanus Edictum proposuit, quo Edicto pœnam Legis Corneliæ in eos statuit, perinde ac si Lege testamentaria, quod testamentum falsum scripsisset, signasset, recitasset, damnatus esset. §. 2. Sed & Divus Hadrianus eum qui falsas mensuras habuit, in insulam relegavit.

De saculariis & directariis.

7. IDEM lib. 9. de Officio Proconsulis.

SACULARII qui veritas in saculo artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt; item qui directarii appellantur, hoc est, hi qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo: plus quam fures puniendi sunt. Idcircoque aut ad tempus in opus dantur publicum, aut sustibus castigantur, & dimittuntur, aut ad tempus relegantur.

De instrumentis proditis.

8. IDEM eodem libro.

SUNT præterea crimina, quæ ad executionem Præfidis pertinent. utputa si quis instrumenta sua prodita esse dicat: nam hujus rei executio Præfecto Urbis a Divis Fratibus data est.

De scopelismo.

9. IDEM eodem libro.

SUNT quædam quæ more Provinciarum coërcitionem solent admittere: utputa in Provincia Arabia, id est, lapidum positionem, crimen appellant, cujus rei admittum tale est: Plerique inimicorum solent prædium inimici scopelismum, id est, lapides ponere in iudicio futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo letho periturus esset infidiis eorum, qui scopulos posuissent: quæ res tantum timorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui scopelismum fecerunt: hanc rem Præfides exequi solent graviter usque ad pœnam capitis, quia & ipsa res mortem comminatur.

Si Aggeribus Nili nocitum sit.

10. IDEM eodem libro.

IN Ægypto qui Chomata rumpit, vel dissolvit, (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam continere) æque plectitur extra

I Vide l. 1. §. 1. infr. de colleg. 2 Vide infr. tit. stellionatus. 3 Vide J. tit. expilata heredit. 4 Opera partum abegit. vulgat. Haloand. 5 De pœna abacti partus, vide l. 8. infr. ad leg. Corn. de sicar. 6 Vide l. 1. in fin. supr. de servo corrupt. 7 l. 28. §. 7. J. de panis. l. unie. C. de his, qui ad statuas. adde l. 2. supr. de his, qui sunt sui. 8 Adtentant quoties tæpiti twn karion dypkollis. Nazianz. in oratione ad patrem. rōs κληρὸς καὶ χαρπυραγωγία τῆς ἐδαφῆς καὶ γεωργίᾳ τὰς συνδραχμῶν. Idem Nazianz. in funeb. oratione Bassii magni. vide Cujac. 10. observat. 19. 6. Harmerop. 14. in fin. adde l. Leg. Franciscarum. 9 Hinc Marcialis, 9. Epigramm. 60. Hic ubi Roma suas aurea vexat opes. Incendere, Manil. 4. grandia & annona speculantem incendia, & candefacere, Varro apud Nonium. cap. 1. num. 237. vastare, Lampridius. flagellare, Martial. premere, Idem, vastat, flagellat, vexat annonam, qui supprimit, qui non vendit iusto pretio. Salomon: ὁ συνέχων εἶσεν ἄδικα κάρτερτος. Cujac. ibid. 10 Glossis στραγγαλῶν. Dardanarius, Cociator, Ariblator. dixi ad Festum in Ariblator. Iisdem Glossis Dardanarius, παντοπωλῆς, παντομετράζων, εἰτεκάρτης, πάλιν κάρτης. Græci quoque Dardanarios interpretantur τῶν τῆ ἐπιδησίᾳ ἐπιβλήτων. Synops. 19. tit. 18. ex lib. 60. tit. 22. cap. 6. 11 Adde l. Leg. Franciscarum 123. 12 l. 37. infr. de panis. Iephiarii, pantometaboli. Pantopolarum meminit Novella Valentiniæ. de Panopoli, vide Cujac. 10. obs. 19. de Dardanariis, vide Turn. 9. advers. 17. 13 l. 3. in fin. infr. stellion. 14 Potest etiam eis imperari, ut vendant iusto pretio. vide l. 8. infr. ad municip. 15 Et falsa pondera. l. 32. in fin. infr. ad leg. Corn. de falsis. vide quæ notavi ad l. 22. §. 22. supr. de furt. 16 Πλάτῃ μέτρα. Synops. ibid. μέτρα καὶ ἄλλα. 6. Harm. 5. 17 l. pen. J. ad leg. Corn. de falsis. l. 37. infr. de pan. vide Pragmaticon Justinian. 11. 18 l. 1. §. ult. J. de effrahorib. qui & sacellarii, ut sacellus βαδάντιος Glossis. Marcellus de medicamentis: in sacello lineo ad frontem suspendens. vide Cujac. 10. observat. 27. 19 Inter veritas artes magica numeratur; sacellarii igitur sunt, qui magicis artibus pecuniam subducunt: aut certe partem subtrahunt. εἰ ἀπὸ σάκεως κλέπτουσι. Eclog. fol. 66. similes sacellarii zonarii, sive mantularii: Synesius in epistolis meminit cuiusdam, quem & δολοχρῆς vocat, qui miro artificio sacculum, in quo erant xxi nummi, pro aureis supponebat. de quo vide Cujac. 10. obs. 27. 20 Carminibus, vel qua alia ratione illicita. 21 Manu scil. 22 l. 1. §. ultim. J. de effrahoribus. directarii. vulgat. Haloand. & apud Paul. 1. sent. 4. §. 8. uterque dicitur, sicut & dirigere & derigere. Directarius, ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίων ἐνεκὸν τὰ κλέψαι ἐπιχειρῶντων οὐκίος. Glossa. vide Cujac. 10. obs. 27. Græci etiam vertunt directarius σὺνπεριώνας, & directarium σὺνπεριώτης. vide Cujac. 10. obs. 34. 23 l. 24. infr. ad leg. Corn. de falsis.

ordinem: & pro conditione sua, & pro admitti mensura. Quidam opere publico aut metallo plectuntur, & metallo quidem secundum suam dignitatem, si quis arborem sycaminonem exciderit; nam & hæc res vindicatur extra ordinem, non levi pœna, idcirco, quod hæc arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur, & coërcentur, & diminutiones æque coërcentur. Chomata etiam, & diacopi qui in aggeribus fiunt, plecti efficiunt eos qui admiserint.

De circulatoribus, qui serpentes circumferunt.

11. PAULUS lib. 1. Sententiarum.

IN circulatores qui serpentes circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admitti actio dabitur.

TIT. XII

DE SEPULCHRO VIOLATO.

Infamias actio sepulchri violati.

1. ULPIANUS lib. 2. ad Edictum Prætoris.

SEPULCHRI violati actio infamiam irrogat.

De sepulchro diruto, de statua, de ossuaria.

2. IDEM lib. 18. ad Edictum Prætoris.

SI sepulchrum quis diruit, cessat Aquilia: quod vi tamen, aut clam, agendum erit. Et ita de statua de monumento evulsa Celsus scribit. Idem querit, si neque adplumbata fuerit, neque adfixa, an pars monumenti effecta sit, an vero maneat in bonis nostris? Et Celsus scribit, sic esse monumenti, ut ossuariam: & ideo quod vi aut clam Interdicto locum fore.

Edictum de sepulchro violato, aut inhabitato, vel in edificato. 1. De dolo. 2. De sepulchri appellatione. 3. De voluntate testatoris. 4. De translatione cadaveris. 5. Ne sepeliatur in civitate. 6. De habitatione vel adificatione. 7. De spoliatoribus cadaverum. 8. Quid veniat in condemnationem. 9. Si ad plures jus sepulchri pertineat. 10. De penitentia ejus, qui noluit agere. 11. De Servo. 12. Hanc actionem esse popularem.

3. ULPIANUS lib. 25. ad Edictum Prætoris.

PRÆTOR ait: Cujus dolo malo sepulchrum violatum esse dicitur, in eum in factum iudicium dabo: ut ei ad quem pertineat, quanti ob eam rem æquum videbitur, condemnetur. Si nemo erit ad quem pertineat, sive agere volet: quicumque agere volet, ei centum aureorum actionem dabo. Si plures agere volent, cujus iustissima causa esse videbitur, ei agendi potestatem faciam. Si quis in sepulchro dolo malo habitaverit, aut in eum, si quis eo nomine agere volet, ducentorum aureorum iudicium dabo. §. 1. Prima verba ostendunt, cum demum ex hoc plecti qui dolo malo violavit: si igitur dolus absit, cessabit ejusdem personæ. Igitur doli non capaces (ut admodum) impuberes, item omnes qui non animo violandi accedunt) excusati sunt. §. 2. Sepulchri autem appellatione omnem sepulture locum contineri existimandum est. §. 3. Si quis in hereditarium sepulchrum inferat, quamvis heres, tamen potest sepulchri violati teneri, si forte contra voluntatem testatoris intulit: licet enim cavere testatori, Ne quis eo inferatur: ut rescripto Imperatoris Antonini cavetur. Servari enim voluntatem ejus oportere. Ergo & si cavit, ut unus tantum heredum inferret, servabitur, ut solus inferat. §. 4. Non perpetuæ sepulture tradita corpora posse transferri, Edicto D. Severi continetur: quo mandatur, Ne corpora detinerentur, aut vexarentur, aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri. D. autem Marcus rescripsit, Nullam penam meruisse eos qui corpus in itinere desuacti per vicos aut oppidum transvexerunt: quamvis talia fieri sine permisso eorum, quibus permittendi jus est, non debeant. §. 5. D. Hadrianus rescripto pœnam statuit, quadraginta aureorum in eos qui in civitate sepeliunt: quam fisco inferri iussit, & in Magistratus, eadem qui passi sunt: & locum publicari iussit, & corpus transferri. Quid tamen, si Lex municipalis permittat in civitate sepeliri? post rescripta Principalia an ab hoc discessum sit, videbimus: quia generalia sunt

24 l. 16. §. 4. infr. de pan. 25 Non fuit Arabia felix (eam enim Romani nunquam sunt ingressi), sed Peltæa, cujus Metropolis fuit Boltra. de qua Novell. 102. cap. 2. Anf. 26 Minæ arces facient iustum metum. l. 3. supr. quod metus causa. l. 3. supr. ex quib. caus. major. l. 13. C. de transfact. 27 Commata Notom. in voce commata: chomata προσηματια. Arria. moles. Curt. 28 Sycaminon. Hal. Sycomorom. vulgat. 29 Circulatoris verb. utitur Cicer. & Senec. lib. de beneficiis. Gloss. ἀγύρης ἢ ἐχλαγωγός. 30 L. 9. C. 19. Nov. Valentiniæ. de sepulchr. Novell. Leon. 96. περί τάφου. 60. Eclog. fol. 115. περί κλεπτῶν ἀγλατῶν τουσούτων. 6. Harm. 5. adde 9. C. Theod. 17. Paul. 1. sent. ult. §. 3. decr. 8. §. 3. extr. 12. §. 3. Cl. 13. 31 De sepulchris adde quæ scripsi ad §. 9. Infr. de rer. divif. & Ferrand. 2. expofit. 23. 32 Infames sunt, qui sepulchrum violant. 33 l. 4. supr. de aqua & aqua. 34 Cur? quia de corpore in corpus damnatum datum non est. vide l. 51. supr. ad l. Aquil. §. ult. Infr. de l. Aquil. 35 l. 11. §. 1. supr. quod vi aut clam. 36 Adde l. 27. supr. de injur. 37 Avulsa. vulg. Hal. 38 Ossaria. Hal. ossuarium, οσσησ. 39 Synops. l. c. 4. de Castellano in provincia vetori inscriptione; Julia Fulcinea ossuarium viva sibi fecit. vide Cujac. 10. obs. 37. in fin. adde l. 1. in fin. infr. de cadaverib. punitor. 39 §. 1. J. h. t. 40 Sepulchri nomine quid intelligendum, vide §. 2. infr. h. t. violat autem qui cadavera transiit sine permisso, §. 4. qui ea spoliat, §. 7. qui in sepulchris habitat. §. 6. Non violat, qui relict. l. 7. infr. h. t. l. 4. C. h. t. 41 §. 3. infr. h. t. 42 §. 9. C. seq. infr. h. t. l. 5. l. 6. l. 10. infr. h. t. 43 §. 8. infr. h. t. 44 §. 6. infr. h. t. 45 Quamvis quod Just. Lips. 5. Epist. 18. fit est, quam quod. vulg. 46 Cellabit pœna, vulg. cessabit ejusdem Edicti pœna, personæ igitur &c. Cuj. in recitat. ad 8. Papin. Cessabit in ejusdem persona pœna, personæ igitur. vulg. Hal. Cuj. 6. obs. 22. 47 Impuberes admodum non sunt doli capaces. v. Cuj. ibid. §. l. 2. §. 19. 3. vi bon. rapit. 48 At quemadmodum impuberes. & ita vulg. & male. v. Cuj. 6. obs. 22. 49 Perfectæ etiam ætatis. 50 l. 2. §. 5. supr. de relig. 51 Alias eo cessante potest. 52 Testator cavere potest. Ne quis in sepulchrum inferatur. quod ex duabus antiquis inscriptionibus probat Briffonius, 2. selec. 16. 53 Quid. si perpetuæ sepulture sunt tradita? poterunt utique transferri, certis tamen casibus, puta ob incursum fluminis, vel metum, idque notum, & solennibus redditis sacrificiis. Paul. 1. sent. 21. §. 1. l. 1. C. de religiof. l. 5. C. Theod. de sepulchris violatis. Goth. Vid. Leonia. emendat. lib. 3. cap. 10. num. 4. Anf. 54 l. 33. supr. de religiof. 55 l. 8. l. ult. infr. h. t. adde l. 4. in fin. C. hoc est. Novell. 60. 56 Id est, Pontificum, Principis, l. 8. supr. de religiof. 57 Hinc illa Lex 12. tabular. apud Ciceron. 2. de Legibus, Hominem mortuum in urbe no sepelito. adde Paul. 1. sentent. 21. §. 2. id postea abrogatum. Novell. Leon. 52.

rescripta. & oportet imperialia statuta suam vim obtinere, & in omni loco valere. §. 6. Si quis in sepulchro habitasset, ædificiumque habuisset, ei qui velit, agendi potestas fit. 7. Adversus eos qui cadavera spoliunt, Præsides severius intervenire solent; maxime si manu armata adgrediantur; ut si armati more latronum id egerint, etiam capite plectantur, ut D. Severus rescripsit; si sine armis, usque ad pœnam metalli procedunt. §. 8. Qui de sepulchri violati actione judicant, æstimabunt, quatenus interfuit, scilicet ex injuria quæ facta est: item ex lucro ejus qui violavit: [vel] ex damno quod contigit: vel ex temeritate ejus qui fecit. nunquam tamen minoris debent condemnare, quam solent extraneo agente. §. 9. Si ad plures jus sepulchri pertineat, utrum omnibus damus actionem: an ei qui occupavit? Labeo omnibus dandam dicit. recte, quia in id quod uniuscujusque interest, agitur. §. 10. Si is cujus interest, sepulchri violati agere nolle: potest pœnitentia [acta] antequam lis ab alio contestetur, dicere, velle se agere: & audietur. §. 11. Si servus in sepulchro habitat, vel ædificavit: toxalis actio cessat, & in eum Prætor hanc actionem pollicetur. Si tamen non habitet, sed domunculam ibi habeat servus: noxale iudicium erit dandum, si modo habere posse videtur. §. 12. Hæc actio popularis est.

De hostium sepulchris.

4. PAULUS lib. 27. ad Edictum Prætoris.

Sepulchra hostium religiosa nobis non sunt. ideoque lapides inde sublato, in quemlibet usum convertere possumus: nec sepulchri violati actio competit.

De fundi venditione.

5. POMPONIUS lib. 6. ex Plautio.

Utimur eo jure, ut dominis fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post venditos fundos advenditorum sepulchrorum sit jus. Legibus namque prædiorum vendendorum cavetur, Ut ad sepulchra que in fundis sunt, inter ejus aditus, ambitus suaveris faciendi sit.

Cui datur actio, ne sepius agatur.

6. JULIANUS lib. 10. Digestorum.

Sepulchri violati actio in primis datur ei ad quem res pertinet. Quo cessante, si alius egerit, quamvis Reipublicæ causa abfuerit dominus, non debet ex integro adversus eum, qui litis æstimationem sustulerit, dari. Nec potest videri deterior fieri conditio ejus qui Reipublicæ causa abfuit, cum hæc actio non ad rem familiarem ejusdem, [sed] magis ad ultionem pertineat.

De sepulchro non deteriorando, sed readificando.

7. MARCIANUS lib. 3. Institutionum.

Sepulchri deteriorem conditionem fieri prohibitum est: sed corruptum & lapsum monumentum corporibus non contactis licet reficere.

De Lege Julia de vi.

8. MACER lib. 1. Publicorum.

Sepulchri violati crimen potest dici ad Legem Juliam de vi publica pertinere ex illa parte, qua de eo cavetur, qui fecerit quid, quo minus aliquis fuveretur, sepeliaturve: quia & qui sepulchrum violat, facit, quo quis minus sepultus sit.

De actione pecuniaria.

9. IDEM lib. 2. Publicorum iudiciorum.

DE sepulchro violato actio quoque pecuniaria datur.

De herede necessario. De bono & equo.

10. PAPINIUS lib. 8. Quæstionum.

Quæsitum est, an ad heredem necessarium, cum se bonis non miscuisset, actio sepulchri violati pertineret? Dixi, recte eum ea actione experiri, quæ in bonum & equum concepta est. Nec tamen, si egerit, hereditarios creditores timebit: cum etsi per hereditatem obtigit hæc actio, nihil tamen ex defuncti capiat voluntate, neque id capiatur quod in rei persecutione, sed in sola vindicta sit constitutum.

1 Al. imperialia. 2 Habitare in sepulchro alicujus non licet. in pr. supr. h. t. 2 Spoliatores cadaverum puniendi, l. 5. C. h. t. ut sunt Vespelliones, de quibus v. l. 31. supr. de eccl. Hinc locus ostendit veteres in more habuisse positum cadavera vestita sepelire: quod ut superstitiosum reprehendit lex 14. §. 5. de relig. l. ult. supr. de auto. Iudicant. 2. de origine erroris 4. Ideoque facile accedo Rebuffi sententiæ negantis executorum testamentarium repetere factas expensas in coemeteriis mortuo vestibus, ut illis obvolvens sepeliretur: idem tamen ea superstitione presbyteros & Episcopos solos excipit, quos negat sine vestimentis sepeliendos esse, quod, inquit ille, vestes sacerdotales virtutes eorum demonstrent. Rebuff. in præfatione tract. de sent. provision. n. 48. 49. Illud interea notandum est, pro dignitate defuncti sepulchri fieri & unguenta & odores ad cadaver sepeliendum, si ita ferat mos regionis, emi. l. 37. §. de relig. l. 7. §. 3. supr. de in rem versa. 4 Præsidium est. Lips. §. epist. qu. 18. id est, Præsides est. 5 Manus spoliantium prædici, refert Harmerop. 6. tit. 5. adde l. 4. l. 5. C. Th. cod. 6 l. unic. C. de sententiis, quæ pro eo quod interest. 7 l. 4. C. de accus. 8 Quid ita? dixi ad l. 45. §. 1. supr. de procur. 9 l. 2. C. h. t. 10 l. 36. §. de relig. 11 Salvum conductum, seu securitatem adveniendi seu veniendi habens, idem abundi & revertendi securitatem habere intelligitur. Bart. in l. 1. iust. ad l. Julianam Major. Quid? quoties adire & abire licet, illo casu? si λέγει ἀσφάλεια, seu securitas, ad certas vias petita simpliciter & indefinite concessa, talis concessio existimanda est, qualis petio fuerit, id est, specialis, argum. §. præterea. 5. Insit. de inutil. stipulat. si indefinite petita, finite concessa, concessa spectanda, l. continens. 137. §. cum sta. 2. supr. de verb. obligat. si indefinite petita ac concessa, semel tantum concessa dicitur, l. hoves. 89. §. hoc sermone. 1. J. de verbor. signific. nisi forte quid aliud suadeat: ptra vel causa publica, vel quid aliud simile. 12 l. 10. supr. de relig. 13 Legibus prædiorum vendendorum solitum erat caveri, Ut ad sepulchra, que in fundis erant, iter eis, aditus, ambitus suaveris faciendi causa esset, ut hic. Quo Cicero Rescripsit Orat. pro Roscio Amerino: Mores florentissimi ait hominis Sextii Roscii crudelissima, filii autem egregias indignissima, cui de tanto patrimonio prædo iste nefarius, ne iter quidem ad sepulchrum patrum reliquit. 14 Iter ad sepulchrum stipulabantur. l. 10. §. de relig. l. 72. supr. de contr. empt. Cicero. pro Roscio Amerino. 15 Adde l. 40. §. 1. supr. de contr. empt. 16 Iter eis, vulgat. iter ei, Haloand. alii legunt, iter aditus. Cujac. vero 13. obs. 36. legit, iter & vulgat. iter ei, Haloand. alii legunt, iter aditus. 17 De ambitu monumento- rum vid. Cujac. 13. obs. 36. 18 Faciendo. Cujac. in recitationib. lib. 2. Papinian. 19 l. 3. in pr. supr. h. t. 20 Agere dicit. 21 De eodem delicto sæpius queri non debet. 22 l. 20. in fin. supr. de acquit. vel omitt. hered. 23 Id est, vindicationem & pœnam delinquentium. v. l. 10. infr. 24 l. 4. C. h. t. 25 Nov.

De pœna sepulchri violati.

11. PAULUS lib. 5. Sententiarum.

REi sepulchrorum violatorum, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, humiliores quidem fortunæ, summo supplicio adficiuntur, honestiores in insulam deportantur: alias autem relegantur, aut in metallum damnantur.

TIT. XIII.

DE CONCUSSIONE 32.

De ablato restituendo, & delicto coercendo.

1. ULPIANUS lib. 5. Opinionum.

SI simulato Præsidis iussu concussio intervenit, ablatum ejusmodi terrore restitui Præsides Provinciæ jubet, & delictum coercet 33.

An sit iudicium publicum.

2. MACER lib. 1. Publicorum iudiciorum.

Concussionis iudicium publicum non est: sed si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest iudicium publicum esse ex Senatufconsultis, quibus pœna Legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coierint, quive ob accusandum, denunciandum 34, vel non denunciandum testimonium, pecuniam acceperint.

TIT. XIV.

DE ABIGEIS 35.

De pœna abigeatus. 1. Qui dicuntur abigei. 2. De minoribus vel majoribus animalibus. 3. De pœna. 4. Si quis pecora, de quorum proprietate faciebat controversiam, abegerit.

1. ULPIANUS lib. 8. De officio Proconsulis.

DE abigeis puniendis ita Divus Hadrianus Consilio 37 Bætica 38 rescripsit, Abigei cum durissime puniuntur, ad gladium 39 damnari solent: puniuntur autem durissime non ubique, sed ubi frequentius est id genus maleficium: alioquin [in] opus, & nonnunquam temporarium 40 dantur. §. 1. Abigei autem proprie [hi] habentur, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium quasi artem 42 exercent, equos de gregibus, vel boves de armentis abducentes. Cæterum si quis bovem aberrantem, vel equos in solitudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed fur potius. §. 2. Sed & qui porcam, vel capram, vel vervicem 43 abduxit, non tam graviter, quam qui majora animalia abigunt, plecti debent. §. 3. Quanquam autem Hadrianus metalli pœnam, item operis, vel etiam gladii præstituerit, attamen qui honestiore loco nati sunt, non debent ad hanc pœnam pertinere, sed aut relegandi erunt, aut movendi ordini 44. Sane qui cum gladio 45 abigunt, non inique bestiis 46 obijciuntur.

§. 4. Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controversiam, abegit, ut Saturninus quidem scribit, ad examinationem civilem 47 remittendus est: sed hoc ita demum probandum est, si non color 48 abigeatus quæsitus est, sed vere putavit sua iustis rationibus [ductus].

An sit publicum iudicium de pœna.

2. MACER lib. 1. Publicorum iudiciorum.

ABigeatus crimen publici 49 iudicii non est: quia factum magis est. sed quia plerumque abigei & ferro 51 utuntur, si deprehendantur, ideo graviter puniri eorum admissum solet.

Differentia furis & abigei. 1. De loco unde abactum est. 2. De his qui abegerunt. 3. De receptoribus abigeorum.

3. CALLISTRATUS lib. 6. de Cognitionibus.

OVes pro numero abactorum 53 aut furem aut abigeum faciunt. quidam decem oves gregem esse putaverunt, porcos etiam quinque, vel quatuor abactos: equum, bovem vel unum abigeatus crimen facere. §. 1. Eum quoque plenius 54 coercendum, qui a stabulo abegit domitum pecus, non a sylva nec grege. §. 2. Qui sæpius 55 abegerunt, licet semper unum vel alterum pecus subripuerint, tamen abigei sunt. §. 3. Receptores 56 abigeorum qua pœna plecti debeant, epistola D. Trahiani 57 ita cavetur, ut extra terram Italianam decem 58 annis relegantur.

Leon. 96. 26 l. 6. C. h. t. l. 38. supr. de relig. 27 Non est igitur criminalitas tantum. 28 l. 5. supr. h. t. 29 l. 6. supr. h. t. 30 l. 6. in fin. s. h. t. l. 20. in fin. supr. de acquit. vel omitt. hered. 31 Aliam pœnam v. in l. ultim. in fin. C. h. t. 32 Πῆσι διατρέσθων, de concussione. 60. Eclog. 24. Concussio est terror injectus pecunie vel rei alterius extorquendæ causa. Cujac. hic. 33 V. Nov. 24. c. 2. Goth. Adde l. 8. supr. de calumnias. Conventum cum Jure Canonico. c. militare. 23. qu. 1. Anf. 34 l. 1. §. 2. infr. ad leg. Cornel. de fals. l. 17. in fin. C. de testib. Goth. Hæc Lex canonizata est, c. 128. causa 1. qu. 1. Anf. 35 L. 9. C. 37. tit. 15. collat. Leg. Mosar. περί ἀπειλαίων. 60. Eccl. 25. 6. Harm. 4. Exod. 22. de abactoribus. Paul. 5. sent. 19. Abactoris voce utitur Firmian. lib. 6. vid. Cujac. hic. 36 Paul. 11. collat. l. Mosar. 37 Quod Græci ἀπειλαίων. 38 Et recte Bætica. vide Veticæ. Erant enim Hispani olim maximi abigei, adeo ut Poëta Ibitarum nomine intelligat abigeos. 39 Ad gladium vel metallum. Paul. 11. Collat. l. Mosar. Gladius hic significat ludi damnationem, Ulpian. d. t. 11. Iudum gladiatorium. v. Cujac. 13. obs. 10. 40 Puta unius anni. Paul. ibid. §. 5. sent. 18. §. 1. in fin. 41 Abigei qui pecora sæpius & assidue furantur. l. 3. §. 2. infr. Ulp. ibid. 60. Eclog. 25. r. 1. Nov. 22. c. 15. in pr. l. 17. §. 7. infr. de panis. 42 Qui in font comme mestier & profession. v. Cujac. 10. obs. 20. 43 Vervicem. vulg. & Hal. Harm. 5. tit. 5. 44 Ad ferrum. Paul. 5. sent. 18. §. ultim. 45 Color, est prætextus, colorata ratio; formula loquendi quæ extat l. 7. supr. ad SC. Macedon. 46 Id est, pœnale non est. dixi ex eodem libro Macri in l. 2. supr. de concuss. 47 Huc facit l. unic. C. h. t. 48 Vel gladio. ut l. 1. §. 3. in fin. supr. h. t. 49 60. Eclog. 25. c. 3. adde Paul. 5. sent. 18. §. 1. & l. 16. §. 7. infr. de panis. 50 Forte legendum abactorum. 51 Levius; Alii lenius. Cujac. hic. ἀπειλαίων Græci, apud Cujac. 6. obs. 3. id est, mitius: ἀποδότηρον, 60. Eclog. 15. c. 3. id est, acrius: quæ lætiones plane contrariæ sunt. Ratio qua utitur Cujacius immopere placet: sunt enim levius puniendi, quibus non ita patet furandi copia: contrario durius puniendi, quibus major patet. Iustinus de Scythia loquens: Nullum scelus apud eos furto gravius est: quippe sine recto, monumentique pecora & arma habentibus. vid. Cujac. hæc it. huc adde Clar. 5. sent. §. ult. qu. 60. vers. 13. Goth. Adde Leonin. emendat. lib. 2. c. 12. n. 8. Anf. 55 Huc facit Harm. 60. cap. 5. 56 l. 1. infr. de recept. 57 Trajani. vulg. Haloand. 58 Eclog. 16. c. 1.

TIT. XV.

DE PRÆVARICATIONE.

Definitione & etymologia prævaricatoris.

I. ULPIANUS lib. 6. ad Edictum Prætoris.

Prævaricator est quasi varicator, qui diversam partem adjuvat prodita causa sua. Quod nomen Labeo a varia certatione tractum ait. Nam qui prævaricatur, ex utraque parte constitit, quinimo ex altera. §. 1. Is autem prævaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accusaverit: Cæterum Advocatus non proprie prævaricator dicitur. Quid ergo de eo fiet, si privato iudicio siue publico prævaricatus sit, hoc est, [prodiderit causam?] hic extra ordinem solètur puniri.

De pœna extraordinaria.

2. ULPIANUS lib. 9. de Officio Proconsulis.

Sciendum, quod hodie iis [qui] prævaricati sunt, pœna inungitur extraordinaria.

An sit publicum iudicium.

3. MACER lib. 1. Publicorum iudiciorum.

Prævaricationis iudicium aliud publicum, aliud moribus inductum est. §. 1. Nam si reus accusatori publico iudicio ideo præscribat, quod dicat se eodem crimine ab alio accusatum, & absolutum, cavetur Lege 7 Julia publicorum, ut non prius accusetur, quam de prioris accusatoris prævaricatione constiterit, & pronuntiatum fuerit. huius ergo prævaricationis pronuntiatio publici iudicii intelligitur. §. 2. Quod si Advocato prævaricationis crimen intendatur, publicum iudicium non est: nec interest, publico an privato iudicio prævaricatus dicatur. §. 3. Si ideo quis accusetur, quod dicatur crimen iudicii publici destituisse: iudicium publicum non est: quia neque Lege aliqua de hac re cautum est, neque per Senatufconsultum, quo pœna quinque auri librarum in delictentem statuitur, publica accusatio inducta est.

De infamia.

4. IDEM lib. 2. Publicorum iudiciorum.

Si is, de cuius calumnia agi prohibetur, prævaricator in causa iudicii publici pronuntiatus sit, infamis erit.

De iure accusandi.

5. VENULEIUS SATURNINUS lib. 2. Publicorum iudiciorum.

Accusator in prævaricatione convictus, postea ex Lege non accusat.

De pœna.

6. PAULUS lib. sing. de Iudiciis publicis.

Ab Imperatore nostro & patre ejus rescriptum est, ut in criminibus, quæ extra ordinem obijciuntur, prævaricatores eadem pœna adficiantur, qua tenerentur, si ipsi in Legem commississent qua reus per prævaricationem absolutus est.

De eo, qui delatorem corruptit.

7. ULPIANUS lib. 4. de Censibus.

In omnibus causis, præterquam in sanguine, qui delatorem corruptit, ex Senatufconsulto pro victo habetur.

TIT. XVI.

DE RECEPTORIBUS.

De crimine & de pœna.

I. MARCIANUS lib. 2. Publicorum iudiciorum.

I De prævaricatoribus. vulg. περί προδοσίας ἀντιδικίων. Et. Eccl. 26. 2 l. 4. §. 4. supr. de his, qui nat. l. 1. §. 1. §. 6. J. ad SC. Turp. l. 212. J. de verb. sign. v. Cujac. 9. obs. 40. 3 A variatione Hotomann. in voce, prævaricator. 4 Adde l. 3. §. 2. infr. h. t. 5 Id est, gravior. 6 l. 6. infr. h. t. 7 De hac lege dixi ad l. 4. supr. de testib. 8 Hoc in secunda febat accusatione. In prioro vero reus ante peragebatur, postea de prævaricatione quærebatur. Plin. 3. epist. ad Minutium. quia optime ex ipsa accusatione fides accusatoris estimatur. v. Brisson. 4. select. 7. 9 l. 1. in fin. supr. h. t. l. ult. supr. de postulando. 10 Delictum omne privatum esse, hinc colligitur, nisi Lex exprimat, quod sit publicum. 11 l. 1. supr. de his, qui notantur. 12 Vide l. 2. infr. ad SC. Turp. 13 De talione dicam ad Novell. Leon. 60. 14 V. l. 1. infr. de bonis eor. qui ante sent. l. 18. C. de transf. 15 l. 29. infr. de iure fisci. 16 Pro convicto, v. Cujac. 6. obs. 11. paulo post. princ. 17 Dereceptoribus, Hal. & ita vocantur a Paulo receptores, Paul. 5. sent. 3. §. 4. Et l. 13. supr. de off. Præf. περί υποδοκίων, & τῶν υποδοχομένων ἀρτίας. 60. Eccl. 27. & apud Harinen. 6. tit. 13. περί τῶν ἀλλοτρίων υποδοκίων ὄρων. & 9. C. Theod. 29. & C. 9. tit. 39. de his qui latrones. 18 l. 13. in pr. supr. de off. Præf. Hinc illud Pauli ibid. Subiacis susceptoris cupidus gratiantium conquestus. 19 Pœnam receptoris, furis & latronum observa. 20 Id est, par supplicium sustinent. An hoc in omni receptoribus obtinet? Hac lege de receptoribus furum & latronum tantum agi putat Hippolytus Marilius, conf. 53. n. 25. v. l. 1. C. de his, qui latrones occulant. ut non de receptoribus rerum furivarum, negans constituta in receptore furum & latronum ad receptorum rerum furivarum recte extendi. adde que scripti ad l. 14. C. de furtis. 21 Qui cum. vulg. Hal. 22 l. 1. C. h. t. Eclog. 60. tit. 27. c. 1. Paul. 5. sent. 3. §. 4. l. 1. C. Theodof. de his, qui latrones. Hinc Plato 12. ἐξ τῆς ἀλλοτρίων υποδοκίας, τὴν αὐτῆν υπερίτω δίκην τῶν κλέπτων. Et Phocylides, ἀμάρτυροι κλέπτες, & ὁ δειχόμενος, & ὁ κλέπτης. Et Fabius Quint. Declam. 225. Proximos eos esse experimento transfugis, a quibus transfuga recipiuntur: hoc enim natura idem est facere seu probare. 23 Dimiserunt vulg. Hal. 24 Ad finitatis ratione pœna minuitur, ut hic. In receptore ad finem vel cognati sic pœna minuitur, si pater filium, vel e contra, accuset, vel offerat puniendum: de quo v. Tirac. tract. de pœnis. causa 18. 19. 20. 25 Cognationis causa minuitur pœna. 26 Persona scilicet non delicti approbandi causa: tunc enim æqualiter puniuntur. In crimine hæreses id singulari est, ut qui alium receperit, vitæ tantum ei conservanda causa, non contentiens in ejus hæresis, anathemate percellatur. c. pœn. extr. de hæresis. 27 Licet affinitatis vel consanguinitatis affectio revelet receptorem: non tamen a tota pœna relevat: Punitur μέσως πῶς, id est, medio quodam modo. 60. Eclog. c. 1. 28 Balnearii fures, lavantium prædones a Tertulliano in Apologetico vocantur: fures sunt balnearum. Idem in lib. de Fuga: Fures vel raptores balnearum. Paul. 5. sent. 3. §. 5. nisi vide Cujac. Adversus fures balnearios usus erat captivorum. l. 3. in fin. supr. de off. Præf. vig. De furibus balnearis vide Arif. in Problem. parte 18. Alciat. 2. parerg. 8. & Petr. Vidur. 7. variat. 17. Goth. Adde Alciat. lib. 2. parerg. c. 39. Menoch. de arbitr. jud. cas. 296. S. L. 29 Qui & dormitatores Comico, qui &

Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest. Et præcipitur, ut perinde puniantur, atque latrones. In pari causa habendi sunt, quia cum apprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel subreptorum parte, demiserunt.

De his, qui affines & cognatos recipiunt.

2. PAULUS lib. sing. de pœnis Paganorum.

Eos, apud quos ad finem, vel cognatus latro conservatus est, neque absolvendos, neque severe admodum puniendos: non enim par est eorum delictum, & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.

TIT. XVII.

DE FURIBUS BALNEARIIS.

De furibus nocturnis vel balneariis & effractoribus.

I. ULPIANUS lib. 8. de Officio Proconsulis.

Fures nocturni extra ordinem audiendi sunt, & causa cognita puniendi: dummodo sciamus, in pœna eorum operis publici temporarii modum non egrediendum. Idem & in balneariis furibus. Sed si telo se fures defendunt, vel effractoires, vel cæteri his similes, nec cuiquam percusserunt, metalli pœna, vel honestiores relegationis adficiendi erunt.

De furibus interditiis.

2. MARCIANUS lib. 2. Iudiciorum Publicorum.

Sed si interditi furtum fecerunt, ad jus ordinarium remittendi sunt.

De militi.

3. PAULUS lib. sing. de pœnis Militum.

Miles, qui in furto balneario adprehensus est, ignominia mitti debet.

TIT. XVIII.

DE EFFRACTORIBUS ET EXPI-

LATORIBUS.

De effractoribus. 1. De expilatoribus, 2. De sacculariis, directariis, effractoribus.

I. ULPIANUS lib. 8. de Officio Proconsulis.

De his qui carcere effracto evaserunt, sumendum supplicium Divi fratres Emilio Tironi rescripserunt. Saturninus etiam probat [in] eos, qui de carcere eruperunt, siue effractis foribus, siue conspatione cum cæteris qui in eadem custodia erant, capite puniendos? quod si per negligentiam custodum evaserunt, levius puniendos. §. 1. Expilatores, qui sunt atrociores fures (hoc enim est expilatores), in opus publicum vel perpetuum vel temporarium dari solent: honestiores autem Ordine ad tempus moveri, vel fines patriæ juberi excedere. quibus nulla specialis pœna rescriptis Principalibus imposta est, idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. §. 2. Simili modo & saccularii & directarii erunt puniendi, item effractoires. Sed enim D. Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatoque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit Provincia Africa (unde erat), & Urbe, & Italia. Oporetbit autem, & in effractoires, & in cæteros suprascriptos causa cognita statui, prout amissum suggerit: dummodo ne quis in plebeio operis publici pœnam, vel in honestiore relegationis excedat.

De effractoribus.

2. PAULUS lib. sing. de Officio Præfecti Vigilum.

Inter effractoires varie animadvertitur. atrociores enim sunt nocturni effractoires: & ideo hi fustibus cæsi in metallum dari solent: diurni vero effractoires post fustium castigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi sunt.

atrociores fures. l. ult. infr. tit. prox. Ideoque ἀνομιῶν καὶ ἀδίκων, 19. Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 12. c. 51. 30 Nec quemquam vulg. Haisand. 31 Vide l. 54. §. 2. supr. de furt. 32 Ordinarium ad jus remitti quid est? An ut civiler agatur? l. ult. supr. de privatis delict. an ad Magistratus, ut per eos fur ad Præsidem transmittatur? Paul. 7. collat. legum Mosaicar. 33 Militaris pœna est ignominia mitti, ut hic. Huc adde quod refert Gellius, 10. Nævium Atticæ, c. 8. fuisse & hanc quoque antiquam militarem animadversionem: ignominia causa militi venam solvi & sanguinem dimittit; idque primum servatum ad puniendos stupidos milites fuisse, postea consuetudine ad plerique alia delicta protrahatum. Hinc Cato tradit, apud Frontinum, lib. 1. Stratagematon, in furto comprehensis apud commilitones dextera esse præcisas, aut si levius animadvertere voluissent, in principis (id est, ad principia) languinem miltum: & Modestianus eum, qui aliena arma surripit, gradu militis pelliendum scribit, l. 3. §. 14. infr. de re militari. & Polybius 6. τὸν κλέψαντά τι τῶν ἐκ τῆς στρατιῆς ἔπιδοκονοῦντας, id est, fustibus percussis, qua de re vide plenius Petrum Fabrum, 1. s. m. 17. & hoc de furto in militibus punio. 34 Carcerem seu domorum, περί τρυπητῶν. 60. Eclog. 28. De effractoribus Januz seu ostii, vide l. 53. supr. de furtis. §. 11. Infr. de obligationib. qua ex delicto. fornum meretricis, 4. 39. supr. de furtis. arca, armarii, l. 3. §. 2. supr. de off. Præf. vig. §. 1. l. 21. §. 8. l. 22. §. 1. supr. de furt. De his, qui commodant lectamenta ad extrinsecum, v. l. 53. §. 4. supr. de furt. 35 Edium, domorum, aut villarum alienarum, ut dixerant a fure, dicam ad l. 1. infr. h. t. 36 Id est, de omnibus; nam & milites comprehenduntur. l. 39. §. pen. infr. de pœnis, & innocentes. l. 15. infr. de custodia. 37 Ut de eo, a quo custodiebantur. d. §. pen. in fin. 38 Quid, si fores non effregissent, sed aperuerint? quid, si foribus apertis lugerint? dic ut j. h. t. Quid, si consilium effugiendi habuerint, nec res in effectum deduda fuerit? Bolius, tit. de carcere. 4. num. 5. negat puniendos capitaliter: sed tantum haberi pro convictis, si iustus de causa in carcerem erant detrusi. 39 Capituli. j. h. t. & l. 33. §. pen. infr. de pœnis. l. 13. §. pen. infr. de re militari. 40 Custos carceris, commentariensis, de quo vide l. 3. C. de custodia. 41 16. Synopf. 2. ex lib. 28. c. 1. Expilatores sunt qui (ut ita loquamur) ne pilum quidem homini relinquunt, qui ædes alienas, & villas expilant, Paul. 5. sent. 3. §. 3. c. i. τῶν ἀπορροπῶν ἐνοχόντων, 15. Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 29. cap. 1. differunt a furibus, l. 15. §. 6. infr. de pœnis, in qua Græci ἀλλο γὰρ ἔστι τὸ βίσιος ἀποδοῦντας, & ἀλλο τὸ λατρίωνος κλέψαι ἰσθῆτα. vide Cujac. 15. obs. 31. Goth. Adde Menoch. de arbitr. judic. cas. 299. S. L. 42 Improbius. l. 12. C. ex quib. caus. infam. τρυπητῶν, Eclog. ibid. 43 Hoc est, λατρίωνος Hal. l. 16. §. 6. J. de pœnis, συζητῶντες, vel συλητῶν. Eudæus. 44 Quibus quia nulla, Hal. Pœna legibus specialis ubi non est definita, licet iudici eam irrogare, quam voluerit. 15. Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 29. c. 1. in fin. 45 Pœnam arbitrariam imponit iudex, ubi nulla specialis pœna lege imposta est, ut hic. & l. 3. C. de servis fugitivis. l. 54. C. qui accusant. vide Schenkium, 1. v. d. d. 93. Goth. Adde l. 13. j. de pœnis. l. 1. §. 2. §. de iure delib. berandi. & ibid. natat. S. L. 46 Saccularii qui? dixi ad l. 7. §. de extraord. crimin. 47 Directarii qui? vide d. l. 7. 48 Huiusmodi parietum effractoires suprascriptis dicuntur. v. Cujac. 10. obs. 27. 49 Cur ita? vide Cujac. 6. obs. 8. adde l. 1. supr. de furibus balneariis.

TIT.

& ejus actionem petitionem, ei qui volet, esse jubet. §. 1. Alia quoque Lege Agraria, quam D. Nerva tulit, cavetur, ut si servus servave, inficiente domino, dolo malo fecerit, ei capitalis esse: nisi dominus dominave multam sufferre maluerit. §. 2. Hi quoque qui finalium questionum obscurandarum causa faciem locorum convertunt, ut ex arbore arbutum, aut ex sylva novale, aut aliquid ejusmodi faciunt: poena plectendi sunt [pro] persona, & conditione, & factorum violentia.

TIT. XXII.

DE COLLEGIIS 6 ET CORPORIBUS 7 ILLICITIS.

De collegiis, sodalitiis. De militibus. 1. De religione. Ne quis in pluribus collegiis sit.

1. MARCIANUS lib. 3. Institutionum.

Mandatis 8 Principalibus 9 praecipitur Praesidibus Provinciarum, ne patiantur esse [collegia] sodalicia 10, neve milites collegia in castris habeant. sed permittitur tenuioribus 11 stipem 12 menstruam conferre: dum tamen semel in mense coeant, ne sub praetextu hujusmodi illicitum collegium coeat. quod non tantum in Urbe, sed & in Italia, & in provinciis, locum habere, Divus quoque Severus rescriptit. §. 1. Sed religionis 13 causa coire non prohibentur: dum 14 tamen per hoc non fiat contra 15 Senatusconsultum, quo illicita collegia arcentur. §. 2. Non licet autem amplius quam unum collegium licitum habere, ut est constitutum & a Divis Fratribus. & si quis in duobus fuerit, rescriptum est, eligere eum oportere, in quo magis esse velit: accepturum 16 ex eo collegio, a quo recedit, id quod ei competit ex ratione quae communis fuit.

De poena.

2. ULPIANUS lib. 6. de Officio Proconsulis.

Quisquis illicitum collegium usurpaverit, ea poena tenetur, qua tenentur qui hominibus armatis loca publica 17 vel templa occupasse judicati sunt 18.

De dissolutione collegii, & divisione pecuniarum communium.

1. De collegiis specialiter non concessis. 2. De servis.

3. MARCIANUS lib. 2. Judiciorum publicorum.

Collegia si qua fuerint illicita 19, & Constitutionibus 20, & Senatusconsultis 21, dissolvuntur. Sed permittitur eis, cum dissolvuntur, pecunias 22 communes, si quas habent, dividere, pecuniamque inter se partiri. §. 1. In summa autem, nisi ex Senatusconsulti auctoritate, vel Caesaris, collegium, vel quodcumque tale corpus coierit, contra 23 Senatusconsultum, & Mandata, & Constitutiones collegium celebrat. §. 2. Servos quoque licet in collegio tenuiorum 24 recipi volentibus dominis: ut curatores horum corporum sciant, ne invito aut ignorante domino in collegium tenuiorum reciperent: & in futurum poena teneantur, in singulos homines aureorum centum.

4. GAJUS lib. 4. ad Legem XII. Tabularum.

Sodales 25 sunt, qui ejusdem collegii sunt: quam Graeci ἐταίροι vocant. His autem potestatem facit Lex, pactioem 26, quam velint, sibi ferre:

1 Sensus est: Qui vult, de eo agit. Eclog. ibid. 2 Eclog. d. c. 2. 3 Capitalis. vulg. Haloand. κεφαλαιώδης καλλύπτει. Eclog. ibid. κεφαλαιώδης τιμωρείται. Haloand. ibid. in metallum damnatur. Paul. 5. sent. 22. §. 2. Ceterum capitale est, quod capitis poena laedit. Festus in voce Capital. ut l. 6. §. 6. J. de re militari. ne aliqui putes cum Accurcio capite puniti. 4 Obscurandarum. Hal. 5 Novale quid sit, vide l. 30. §. 2. infr. de verb. signif. 6 l. ult. §. de excusat. tutor. l. 35. infr. de verb. signif. & quae Graeci ἐπιχειρίας συγκατα. 9. Eccl. 2. ex lib. 60. tit. 51. c. 1. Διάτης. Josephus 14. antiquitatum. Philo in Flaccum, in princ. ἐταίριος ἢ συνόδος, αἱ αὐτὴ ἐπὶ πρῶτον θυσίαν εἰσάγοντο τοῖς προγυαμῶν ἐμπροσθεν. Latini etiam sodalitia appellant: Galli, confratres, quas Franciscus I. rex Galliarum, Edicto publico sustulit. de quo vide Rebuffum, l. 1. tom. in tr. de magistris artificiorum, & monopolis prohibitis. de collegio Mercatorum inlinito, vide Livium 2. adde Cujacium, 7. observ. 30. 7 l. 19. C. de panis. quae Graeci σωματεία. Eclog. ibid. Ceterum hic agitur de corporibus illicitis, vulg. & licitis: puta monetariorum, mancipum, suariorum, & reliquorum, S. Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 61. cap. 1. adde l. 11. C. 17. 14. C. Theod. 7. ubi in l. 2. agitur de collegiis, viticariis, nemeliciis, signiferis & Cantabrariis. & tit. 8. de Centonariis, & Dendrophoris, de pistorum collegio, vide l. ult. supr. de excusat. tutor. l. 19. C. de panis. 8 Extat de collegiis lex antiquissima quaedam a Tarquinio lata apud Halicarnass. lib. 4. & alia Julii, Suet. in Julio, c. 42. & Augusti, Suet. Aug. c. 32. & Tiberii, c. 32. 9 Et Legibus, & SC. l. 3. infr. h. l. 1. 1. supr. quod cuiusvisque universitatis. 10 Ἐταίριοι. Dion. 38. Basil. vide Cujac. 7. observ. 30. Goth. Vide Duaren. ad tit. de hered. instit. cap. 2. vers. aia questio. Georg. Tholof. de Republ. lib. 13. c. 3. Anf. 11 l. 3. §. 2. infr. h. l. 12 Suprem menstruum conferre posse inter ceteras collegiorum quorundam condiciones fuit. Sic Josephus 14. ἀρχαιοσύνης. Gaius Caesar Edicto prohibens collegia exerceri in urbe, solos Judaeos excepit, ἢ δὲ ἐκώλυον, ἢ ἐξέχευον ἢ ἐξέχευον, ἢ ἐξέχευον. Hujusmodi commolationes cause fuerunt dissolvendorum collegiorum. Plin. 10. epist. Dion. in Claudio. Marcellinus 28. Lamprid. in Alexandro Severo, & Philo ad Flaccum, de Alexandrinorum collegiis loquens: in his, inquit, ὄντων ὄντων, ἀλλὰ ἀρχαῖος ἢ μίση, ἢ παρρησία. Ea causa motus Franciscus I. hujusmodi collegia publico Edicto sustulit anno 1539. 13 Religionis causa coire, id est, collegium habere iustum, licet, ut hic. Et l. 2. supr. de extr. crimin. Hujusmodi collegia fuerunt Gentilium & exterorum; Gentilium, hinc Dendrophori, Centonarii. 14. C. Theod. 3. l. 20. C. Theod. de sacrificiis Paganorum. Frediani. Chiliarum, d. l. 20. Hecatonarchae, synodus 6. in Trullo, c. 61. Exterorum, ut Judaeorum. de quibus vide l. 3. §. 3. J. de decurion. Goth. Religionis causa coire quid sit, vide Revard. coniect. lib. 3. c. 13. Anf. 14 Collegiorum lege tenentur collegiati, solius populi Romani Majestate. ut hic. Et l. 4. in pr. infr. h. l. quod notatu dignissimum est. Id autem extendi potest ad homines ligios, vide Cujacium ad tit. de dolo malo. 15 Hinc illae inscriptiones apud Cuj. 7. observ. 30. Collegio Dendrophorum quibus ex Senatusconsulto coire licet; menforibus, machinariis, quibus ex Senatusconsulto coire licet. & Tertulianus in libro de jejuniis adversus Pyschicos; excusans conventus Christianos, nisi forte, inquit, in Senatusconsulto, & Principum mandata, conditionibus opposita, delinquimus. 16 l. 5. infr. h. l. 17 l. 1. §. 1. J. ad leg. Jul. majest. l. 4. C. de his, qui ad Ecclesias. 18 Tenentur itaque majestatis. d. §. 1. 19 l. 1. supr. h. l. 20 l. 1. supr. quod cuiusvisque universitatis. 21 d. l. 1. §. 1. supr. h. l. d. l. 1. §. 1. supr. quod cuiusvisque. Hujus rei tria Senatusconsultula memorantur: unum quod L. Caesio & Q. Mario Coss. factum, teste Athonio in Pisoniana. Alterum quod Lentulo & Metello Coss. factum, teste Cicer. 2. epist. ad Quintum Fratrem. Tertium Neronianis temporibus, teste Tacito 14. 22 Collegia pecunias communes habuerunt, ut hic. arcam communem & syndicum. vide l. 1. §. 1. supr. quod cuiusvisque universitatis. 23 l. 1. in fin. supr. h. l. vide l. 1. §. 1. supr. h. l. 24 l. 1. supr. h. l. 25 Sodales dicti, qui una sedent, vel qui dapibus una vescuntur, vel qui inter se suadent invicem, quod utile sit. Festus in voce sodales, & quod coeant crebro, congerere dicuntur. 26 Permissum est ei res habere communes, arcam communem, actorem, syndicum. l. 1. supr. quod cuiusvisque. 27 Vide quae Scripsi ad l. 1. §. 1. supr. h. l. 28 Illic. 29 ἢ ἐπιχειρίας συγκατα &c. Hal. 30 Ὀργίων μαντεία, ἢ εὐρέτης &c. Cujac. 7. obs. 30. ex Basilii

dum 27 ne quid ex publica Lege corrumpant. † Sed haec Lex videtur ex Lege Solonis translata esse: nam illuc 28 ita est: Εἰ δὲ δὲ-μος, ἢ Σπυραγοί, ἢ ἱερῶν 29 ὄργίων 30 ἢ ναύται, ἢ σύνδοται, ἢ ἐμύταροι, ἢ διασώται, ἢ ἐπὶ λίαν 31 ἀρχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίας. ὁ 32 τὶ ἀν τῶν δια-φώντων πρὸς ἀλλήλους, κέρων εἶσοι, εἰ μὴ ἀπαγορεύσῃ 33 δημοσία γράμ-ματα 34. Id est, Si autem plebs, vel fratres, vel sacrorum sacramen- tales, vel nauta, vel confrumentales, vel qui in eodem sepulchro sepehantur, vel sodales, qui & multum simul habitantes sunt: enim vero ad negotiationem, aut quid aliud: quidquid hi disponent ad invicem firmum sit, nisi hoc publica Leges prohibuerint.

TIT. XXIII.

DE POPULARIBUS 35 ACTIONIBUS 36.

Definitio.

1. PAULUS lib. 8. ad Edictum.

Am popularem actionem dicimus, quae suum 37 jus populi 38 tuetur 39.

Si plures agant.

2. IDEM lib. 1. ad Edictum.

SI plures simul agant populari actione, Praetor 40 eligat 41 idoneiorem 42.

Si septus agatur. 1. De eo, cuius interest, aliis preferendo.

3. ULPIANUS lib. 1. ad Edictum.

SEd si ex eadem causa saepius agatur, cum idem 43 factum sit, exceptio vulgaris rei 44 judicatae opponitur. §. 1. In popularibus actionibus is, cuius 45 interest, praefertur.

Quibus datur actio.

4. PAULUS lib. 3. ad Edictum.

POPularis actio integræ 46 personæ 47 permittitur: hoc est, cui per Edictum postulare 48 licet.

De procuratore.

5. IDEM lib. 8. ad Edictum.

QUI populari actione convenietur, ad defendendum procuratorem dare potest: is autem, qui eam movet, procuratorem dare non 49 potest.

De muliere & pupillo.

6. ULPIANUS lib. 25. ad Edictum.

Mulieri & pupillo 50 populares actiones non dantur, nisi 51 cum ad eos [res] pertineat.

De SC. Trebelliano. 1. Non intelligi locupletiore eum qui habet has actiones.

7. PAULUS lib. 41. ad Edictum.

POPulares actiones non transeunt ad eum cui restituta est hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto. §. 1. Item qui habet has actiones, non intelligitur esse locupletior 52.

De successoribus. De tempore harum actionum.

8. ULPIANUS lib. 1. ad Edictum.

OMnes 53 populares actiones neque in heredes dantur, neque 54 supra annum extenduntur.

35 Popularis actio. l. 4. l. 43. §. 2. supr. de proc. l. 7. §. 2. de dol. l. 46. in fin. supr. de fideiussoribus. 36 Est hoc notandum, publicarum actionum alias esse civiles, alias criminales. Civiles seu pecuniariae sunt populares, ut alibi corrupti, sepulchri violati, dejecti vel effusi, apertarum tabularum ante familiae quæstionem: criminales vero aliae, ex non excludunt actionem de dolo, ut notat Cujacius in l. 7. eleganter. 7. supr. de dol. l. 32. §. 7. in fin. supr. de recept. qui arbit. l. 5. §. 5. supr. de his qui effuderint. l. 25. in fin. supr. de SC. Silvaniano. l. 32. supr. ad l. Falc. l. 45. in fin. supr. de fideiuss. l. 3. §. ult. supr. de sepulchro. l. 30. §. 3. supr. de jurjur. δημοτική ἀγωγή. 52. Eclog. 1. ex lib. 60. tit. 32. c. 3. Zonaras, tom. 2. populare iudicium, l. 7. supr. de jurisd. quod quid sit, vide l. 1. infr. h. l. De popularium actionum appellatione ita scribit Zonaras, tom. 2. καὶ τὸν δημοῦν ποπύλωδ ἀγωγῶν, ὅθεν ἢ παρὰ τῆς βιβλίου νομικῆς ποπύλωδία κέ- κληται ἢ δημοτική ἀγωγή. 37 Τὸ τῷ δημοσίῳ δικαίον. 38 Populo, vulg. Hal. Populares actiones etiam publice dicuntur, quod omnibus pateant. 39 Adde in qua quis, quasi unus ex populo, agit. l. 43. §. 2. supr. de procurat. quae cuius vis ex populo competit, l. 1. m. §. 9. supr. ne quid in summe publico. in qua quisvis ex populo vis prohibendi habet, l. 2. §. 2. supr. ne quid in loco publico. adde l. 1. §. 2. de locis & itinerariis publicis. forensis, non criminalis. & in ea differat a publicis iudiciis: est etiam ex his causis, quae publicam tutelam merentur, & in ea fideiussor non datur, l. 46. in fin. supr. de fideiussor. & arbit. sententiam dicere non compellitur. l. 3. §. 1. supr. de recept. qui arbit. 40 Praetor eligat idoneiorem ex multis agere volentibus populari actione. 41 Arbitrio suo, causa cognita. 42 Idoneiorem. vulg. Hal. Id genus iudicii Lactantius dicitur divinatione. Ceterum idoneior est is cuius interest, l. 3. in fin. J. h. l. in cuius ma- gis interest, l. ult. in fin. supra de collusione. is, ad quem res maxime pertinet. supr. l. 3. §. 12. de homine libero exhibito. Eius autem maxime interest, qui adhibitum & consanguinitatis causa se agere dicit. l. 4. §. 5. supr. de his, qui effuderint. id quoties sit, statem & mores agendum iudicem comparare inter se oportet. d. l. ult. in fin. supr. de collusione. 43 Cur iudicatum sit. & ita Jacobus Lectius legendum esse conicit. 44 supr. de except. rei judic. 45 Vide l. 2. supr. h. l. 46 Integra persona dicitur, cui per Edictum postulare licet. 47 Id est, non infamis. 48 Advocati officio fungi quis non potest, nisi integra sit persona, id est, non famosa vel infamis. 49 l. 42. supr. de procurat. procurator non datur, 8. Eclog. 2. c. 41. nisi certis casibus, nemo cogitur procuratorem dare. l. 43. §. 2. supr. de procurat. 50 l. 5. supr. de operis novi. 51 d. l. 1. §. 11. infr. de accusat. l. 12. C. qui accusare. 52 Nisi post litem contestatam. l. 56. supr. de fideiuss. Accur. 53 Quis 2 quae sunt popu- lares actiones? De eadem & effusis, si liber homo occisus, vel ei nocitum sit, Alibi cor- rupti, sepulchri violati. l. 3. in fin. supr. de sepulchro. Apertarum tabularum ante quæ- stionem familiae. Male excipit Accurcius Interdictum, Ne quid in loco publico, quod est perpetuum. Nam non est omnino populare, quandoquidem non omnibus, sed et tantum competit, cuius interest. Populare tantum est ad aliquid, nempe, quod ad utilitatem publicam pertinet. l. 2. §. hoc interdictum. 4. §. 5. per. supr. ne quid in loco publ. l. ult. supr. de via publica. Male etiam excipit Interdictum de libero homine exhibendo, quod est perpetuum. Nam id esse populare negari potest. Patet quidem omni- bus, sed non ideo populare, sicut crimina stellationis, expulsi hereditatis, præviri- cationis, suspensi tutoris, omnibus patent, non tamen sunt publica profertur: pertinent quidem ad utilitatem publicam, quoniam tuentur libertatem civium. At non ideo ta- men quid populare est, nisi quid ex eo in publicum redeat, ut est in Edicto de apertis tabulis ante quæstionem familiae, actione alibi corrupti, sepulchri violati, de dejectis, & effusis. & apud Frontin. 2. de Aquaeductibus in senatusconsulto quodam. Qua ratione possit negare collusionis iudicium populare esse, cum nihil ex eo in publicum redeat, vide Cujac. c. 20. de divers. temporib. 54 Imo supra annum extenduntur, quia ad publicam utilitatem pertinent. l. 6. supr. h. l. Hujusmodi actiones non sunt tempo- rariae. l. 2. §. 44. supr. ne quid in loco publico. Goth. Intellige de iudiciis civilibus & extraordinariis: publica enim iudicia quavis popularia sunt, pieruque viginti annos durant. l. querelam. C. ad leg. Corn. de falsis. Anf.

LIBER QUADRAGESIMUS OCTAVUS.

TIT. I.

DE PUBLICIS JUDICIIS.

Qua sint judicia publica.

1. MACER lib. 1. de Publicis Judiciis.

Non omnia judicia, in quibus crimen vertitur, [...] publica sunt, sed ea tantum, quae ex Legibus judiciorum publicorum veniunt: ut Julia majestatis, Julia de adulteriis, Cornelia de ficiariis & veneficiis, Pompeia parricidii, Julia peculatus, Cornelia de testamentis, Julia de vi privata, Julia de vi publica, Julia ambitus, Julia repetundarum, Julia de annona.

Divisio in capitalia, & non capitalia.

2. PAULUS lib. 15. ad Edictum Praetoris.

Publicorum judiciorum quaedam capitalia sunt, quaedam non capitalia. Capitalia sunt, ex quibus poena mors, aut exilium est, hoc est aquae & ignis interdictio; per has enim poenas eximitur caput de civitate: nam caetera, non exilia, sed relegationes proprie dicuntur; tunc enim civitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio, poena est.

De morte reorum.

3. ULPIANUS lib. 35. ad Sabinum.

Publica accusatio reo vel rea ante defunctis permittitur.

De praedictio.

4. PAULUS lib. 37. ad Edictum.

Interdum evenit, ut praedictio iudicio publico fiat: sicut in actione Legis Aquiliae, & furti, & vi bonorum raptorum, & interdico unde vi, & de tabulis testamenti exhibendis: nam in his de re familiari agitur.

Accusatus an possit accusare.

5. ULPIANUS lib. 8. Disputationum.

SI qui reus factus est, purgare se debet: nec ante potest accusare, quam fuerit excusatus. Constitutionibus enim observatur, ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur.

§. 1. Illud incertum est, utrum ita demum accusare possit, si

1 Praeter Duarenium, Cojadium, Robertum, Briffonium vide Antonium Correum ad Ordinationes Lusitaniae lib. 5. tit. 1. Mod. 2 4. Infr. ult. addit Ecloga, & ποία μέγιστοι κερδαίνοι, ποία δὲ κερδαίνοι, & ποία ἀριστοκράται. 7. Eclog. 6. quae capitalia, non capitalia, famola. 3 Publica judicia privatis opponuntur civili jure, nam jure canonico nulla sunt privata, sed omnia sunt publica. Clarus, 5. sent. §. 1. Publica quae dicantur, vide l. 1. j. h. t. Goth. De jure canonico videntur omnia crimina esse publica. can. infames. quest. 1. caus. 6. Anf. 4 Publica judicia sunt haec: crimen majestatis, adulterii, stupri, homicidii (quo vocabulo intelligitur veneficia, sui ipsius praecipitationem, parricidium) falsum (hinc falsa moneta), vis publica, privata, raptus, peculatus, plagium, ambitus (cui Simonia Ecclesiasticorum respondet), repetundarum, annonae, de residuis, & similia. 5 Publicum iudicium non ideo dicitur, quod criminale sit, sed quod ex legibus publicorum judiciorum descendat. Publica etiam delicta dicuntur, quod cuius ex populo eorum executio, id est, persecutio data sit, §. 1. Infr. h. t. quae in omnium feruntur injuriam, l. 4. C. de hereticis. non privati alicujus, sed publici l. 9. §. 5. supr. de Publicanis. Hinc Leges de criminibus lazar, publica dicuntur, l. ult. §. de collegiis. l. 1. infr. ad l. Corn. de ficiariis. l. 1. C. ubi senatores. Publica etiam dici existimant Duarenus, quod antiquis temporibus eorum cognitio, & animadversio, ad populum pertineret. vid. Duarea. 1. dispt. 37. Et haec de prima divisione criminum. Alia sunt pecuniaria, alia capitalia: Capitalia sunt, non in quibus de crimine agitur (potest enim agi de crimine civiliter), non in quibus poena est corporalis (interdum enim crimina pecuniarie puniuntur), sed ea capitalia sunt, in quibus vel poena corporalis imponitur ad publicam vindictam, vel pecunia applicatur fisco. vide Clarus, 5. sentent. §. ultim. quest. 1. & haec divisio ad forum declinandum & evitandum torturam, & modum in processu servandum utilis est. Exiunt & aliae criminum divisiones. Sunt enim alia nominata, ut adulterium: alia inanimata, ut verberare, percutere, ingredi domum alienam, & similia. Clarus, 5. sent. §. 1. Sunt & alia alius atrociora. vide Clarus ibid. Petrus Gregorius, 3. synagm. 30. alia facit peccata, alia delicta, alia maleficia, vel quasi. quia alia, re, verbis, literis, vel consensu contrahuntur. Praeterea quaedam voluntaria sunt, quaedam involuntaria: alia clancularia, alia manifesta & violenta. Idem adijcit, alia esse aequalia, originalia, mortalia, venialia: quae penitentiam admittunt vel non admittunt: potestremo, quaedam privilegiata, quaedam privilegio destituta: quaedam communia, quaedam regia & non regia. 6 §. 3. Infr. h. t. 7 Al. veneficia. 8 Lex Cornelia de testamentis, lex testamentaria, quae & falsi. Paul. 5. sentent. 25. Theoph. §. 7. Infr. de publ. judic. 9 Publicum crimen non dicitur, quod capitale sit, quum aliquod sit crimen publicum, non tamen capitale. 10 Capitalia judicia. §. 2. Infr. h. t. l. 13. supr. de honor. possess. l. 28. j. de panis. l. 103. j. de verbor. signif. 11 Exilium pro aqua & ignis interdicione. 12 Vide quae de ignis & aquae interdicione scripta ad l. 2. §. 1. infr. de panis. l. 1. §. 2. supr. de legat. 3. 13 Vel deportatio, quae in ejus locum succedit. 14 Id est, persona. 15 Capitale non est crimen, ex quo pecuniaria, vel in corpus coercitio tantum aliqua est. Harmonopol. l. tit. 2. cap. 20. Et 21. Civile crimen est, ex quo iudex ἐπιτίμω χρημάτων multam pecuniariam irrogat. Criminale vero, quod βαρύτερον ἐστὶ τιμωρίας, gravio- rem poenam completitur. 16 60. Synops. 1. ex tit. 33. cap. 3. 17 Vide l. 6. infr. h. t. 18 Perimitur vulg. ἀναίρεται. 60. Eclog. l. tit. 33. c. 3. 19 Praedictio iudicio publico fieri interdum potest. 20 Puta si de re familiari agatur. 21 Id est, in Aquilia, furto, rapina, unde vi, & interdico de tabulis, agitur de re familiari. adde l. un. C. quando civilis actio criminalis. 22 Is, qui reus. vulgat. Haloand. Accusatus crimen referre non potest, antequam liberatus sit. Qui vero ex condemnatione civitatem vel libertatem amisit, accusationem inchoare non potest. Inchoatam tamen ante condemnationem implet. Synops. h. t. c. 4. 23 l. 1. l. 19. C. qui accusare non possunt. purgare, id est, comparere personalter, & respondere ad interrogata, jurare de veritate dicenda. An antequam interrogetur, petere potest exemplum inquisitionum sibi edi? non potest, idque communi usu ita observatur. Num potest petere dilacionem respondendi seu tempus deliberandi? Minime. eaque communis opinio est. de qua vide Clarus, 5. sentent. §. ult. qu. 45. 24 l. 19. C. qui accusare. Synops. 1. ex tit. 33. c. 4. Harmon. 1. §. 23. Imo potest quis crimen gravius accusatori suo objicere. l. 1. C. qui accusare. Synops. d. c. 4. l. Harm. 2. c. 11. 25 Accusator crimen referre non potest, priusquam liberatus sit, vel absolutus. 26 Al. subijit. 27 Amilla civitate vel libertate, nemo accusare potest, l. 7. infr. h. t. l. 4. infr. de accusat. l. 18. §. 2. §. 3. j. de jure fisci. excipe §. 4. l. 3. j. de accusat. 28 Nota exceptionem paragraphi superioris. 29 l. 18. §. 4. infr. de jure fisci. 30 Crimen & poena morte extinguuntur: ideoque reo defuncto, iudex ulterius progredi non debet, l. 3. supr. h. t. l. 111. in fin. infr. de reg. jur. nec in heredes rei transit accusatio, l. 2. C. si reus vel accusator mortuus. l. ult. infr. ad l. Jul. majest. nisi defunctus reus sit quinque criminum, de quibus vide l. 2. §. 1. ult. C. si reus vel accusat. & majestatis: id enim crimen a successoribus purgandum est; alioquin defuncti hereditas fisco vindicabitur. l. 1. ult. l. 6. l. 7. C. ad l. Jul. majest. l. 5. C. si reus vel accusat. Sed Clarus, 5. sent. §. ult. qu. 51. refert Jure Canonico, & communi interpretum opinione, quemlibet heredem defuncti teneri, etiam si his non fuerit contestata cum defuncto, non tamen ultra vires hereditatis. 31 Nedom tamen condemnatus, aut si condemnatus sit, quae sententia provocavit. l. ult. C. si reus. 32 Extincta. In quacunque, vulgat. Haloand. ut dux sint hic sententiae. 33 Crimine extincto, etiam pecuniarie agi potest. Crimen autem extinguitur morte rei, supr. h. t. Quis eo casu conveniri potest? utique heres, aut eo non

fuerit liberatus, an & si poenam subierit: est enim constitutum ab Imperatore nostro, & Divo Patre ejus, Post damnationem accusationem quem inchoare non posse. Sed hoc puto ad eos demum pertinere, qui civitatem vel libertatem amiserunt. §. 2. Inchoatas plane delationes ante damnationem implere eis, & post damnationem permittum est.

De morte rei.

6. MARCIANUS lib. 14. Institutionum.

Defuncto eo qui reus fuit criminis, & poena extincta, in quacunque causa criminis extincti debet is cognoscere; cujus de pecuniaria re cognitio est.

De infamia.

7. MACER lib. 2. Judiciorum publicorum.

Infamem non ex omni crimine sententia facit, sed ex eo quod iudicii publici causam habuit. itaque ex eo crimine, quod iudicii publici non fuit, damnatum infamia non sequetur: nisi id crimen ex ea actione fuit, quae etiam in privato iudicio infamiam condemnato importat; veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum.

De ordine.

8. PAULUS lib. sing. de Judiciis publicis.

Ordo exercendorum publicorum capitalium in usu esse desit: durante tamen poena Legum, cum extra ordinem crimina probantur.

De servo in capitali causa non deferro.

9. MARCIANUS lib. 1. de Judiciis publicis.

Sciendum est, si in capitali causa suum servum reum crimine factum quis non defenderit, non eum pro derelicto haberi: & ideo, si absolutus fuerit, non liberum fieri, sed manere domini.

De absente.

10. PAPINIANUS lib. 2. Definitionum.

Inter accusatorem & reum cognitione suscepta, excusatio pro absente iustis rationibus admittitur: nec per triduum per singulos dies ter citatus reus damnetur: vel de accusatoris absentis, praesente reo, calumnia pronuncietur.

existente, ipsa hereditas. 34 Pecuniarie heres convenitur in id, quod ad eum pervenit. l. 5. supr. de calum. l. 12. infr. ad leg. Corn. de falsa. l. 3. C. si reus vel accusator. 35 Non omne crimen damnatum infamat, sed publicum, ut hic. Imo, & non publicum infamat. l. 1. ibid. qui pro facto, mandato, deposito &c. supr. de his, qui notantur. 36 l. 4. in fin. supr. de his, qui notantur. 37 Subaudi, antiquus. Ordo antiquus exercendorum publicorum capitalium is fuit: Primum ad Quaesitorem (cui iudicij exercitio obtigisset) rei nomen deferrebat is, qui accusator erat, idque recipi postulat, & qua lege reum faceret, protulerat: deinde satisferebat in crimen; libello subscribere se professum esse, l. 3. §. 1. infr. de accusat. quae res eum similitudine supplicij obstringebat; subscribere autem cum accusatoribus alii. Alcon. in fine Miloniana, Cornelianae; Cicero, de divinazione; Patercul. 2. Coel. 8. epist. Ciceronis; Tacit. l. 1. Suet. l. de claris orat. Accusationis formula haec, similisve: Aio te N. occidisse, spoliasse, Afcon. 2. Verr. Tacente & silente reo, his estimabatur, ut videri negante, dies inquirendi criminis a Magistratu petebatur. Et hoc modo reus legibus interrogari dicebatur. Cicero pro domo. Nam interrogatio ad accusatorem, non ad iudicem referretur. Sallust. conjuratione Catil. Tacitus, 14. & 16. Ab ea interrogazione reus in reatu esse dicebatur. (Quo loco notandum hoc est: plerumque incidisse de accusatore constituendo contentionem, pluribus certatim ad accusationem cuilibet e populo parentem, vel praemii spe, vel laudis studio, vel privatis inimicitias concurrentibus, quod super ea re iudicium reddebatur, Divinatio dicebatur, teste auctore ad Herennium lib. 1. Quintiliano & Gellio.) Rei nomine recepto, die plerumque decimo utrumque, accusatorem & reum, adesse Praetor jubebat: spatio accusatori dato ad probationes conquirendas. Alcon. Cornelianae, Cic. Verrina accusat. Tacit. 13. ubi de Silano, Plin. 3. epist. ad Minutianum, & 6. ad Ursinum. Interdum ipsi reo inquisitio permittebatur. Tacit. 12. ubi de Sullio. Quod ad iudicem attinet, eos Praetor ex decuris lumebat, eorumque nomina in urnam mittebat. Numerum necessarium ex his sortiebatur, quo ex numero accusatori integrum erat rejicere, quos suspectos putabat. In rejectorum locum alios Praetor subfortiebatur, quoad legitimus numerus (qui Legibus quibusdam amplissimus definitur) conficeretur. His perfectis, iurejurando conscripti iudices adhibebantur, jurabantque omnes in leges praeter ipsam Praetorem. Halicarn. 7. Juratorum nomina libellis consignabantur, & ubique habebantur: sed & in arca reponerentur, ne selectorum vice alii corruptis supplicis fraus aliqua fieri posset. Alcon. 2. Verr. Die cognitionis a Praetore citatus accusator & reus. Alcon. 3. Verr. Festus, Apul. 3. de Afino, 6. Valer. 1. si accusator citatus neque respondebat, neque excusabatur, reus e reis eximi dicebatur, Cicero. 4. Verr. Alcon. in Cornelianae. si uterque praesens erat, oratoribus dicendi potestas fiebat, citantur testes, palamque ac publice interrogabantur, eorum quoque dicta in promptu referrebantur. Causa utrumque perorata, Praetor dixisse Oratores pronunciat, l. Quint. 5. Alcon. 3. Verrina. Tum in consilium iudices mittebantur, & ad sententiam dicendam dimittebantur. Tabellas autem accipiebant iudices absolutionis, condemnationis & ampliationis literis inscriptas ac signatas, earumque aliquam cum in consilium missi fuerant, in urnam conjicere necesse habebant, antequam eis Lege Glaucia comprehendendi data esset potestas, quo ex solenni ordine nonnulli Pompeia Lex immutavit. Ea enim, teste Alconio in Miloniana, testes, priusquam causa ageretur, per triduum audiri, dicta eorum a iudicibus obligari iussit: quarta deinde die omnes in posterum adesse iuberi, ac coram accusatore & reo, pilas (in quibus nomina iudicum inscripta essent) equari, postea rursus die fortitionem iudicum fieri. Qui numerus cum sorte obtigisset, ut ipsi protinus seilum irent, accusatorique dux ad dicendum horum, reo tres darentur, illoque ipso die reus iudicaretur. Ita tamen, ut priusquam sententiae ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusatori, totidem reo, rejicere liceret. Hujus Legis Pompeiae, velut novae, ut & horarum ad dicendum oratoribus concessarum meminit Cicero, 4. de finib. & in Bruto, Tacitus, lib. de claris oratoribus. Plin. 2. epist. Sed haec antiqua omnium iudiciorum solennitas sub Imperatoribus ex usu recessit. vide Briffonium, 2. select. 1. 38 Infr. h. t. in princ. 39 Hodie omnia crimina extra ordinem puniuntur, l. 4. §. 2. infr. ad leg. Jul. peculatus. l. 7. infr. ad leg. Jul. repet. l. 3. infr. ad SC. Turp. l. ult. j. ad leg. Fab. de plag. l. 1. in fin. l. 12. j. de panis. cum in eis scrupulose solennitates, & formulae veteres iudiciorum non serventur. Mansit poena Legum aliquandiu, sed postea in incerto, & arbitrio iudicantium esse coepit. Itaque hodie a poena appellari posse vere dixeris; aguntur enim omnia extra ordinem, & ex causa: idcirco moribus nulla nunc actio turpi est in duplum. vide Cujac. 8. observat. 33. adde Clar. 5. sent. §. ult. qu. 8. 40 Vide l. 13. supr. de statu hom. l. 9. §. 1. supr. qui & a quib. 41 d. l. 13. 42 Id est, lite contestata, μετὰ προκατάληψιν. Bassl. vide Cujac. 20. obs. 11. 43 In iudicio criminali excusator absentis leges admittunt, l. 13. in fin. j. h. t. quae eisdem Papiniani est. Paul. 5. sent. §. 8. & 5. sent. 16. §. 11. adde l. 33. §. de proc. l. 19. §. 2. §. de prob. 44 Reo sc. ne ut contumax damnetur reus: accusator, calumnia. 45 Facit l. 1. infr. de requir. res. 46 Al. ne. 47 Dixi ad Leg. 12. tabular. tit. 7. cap. 5. Per triduum, id est, per singulos dies citare, an illud significat per tres dies continuos, ut quidam volunt? an vero, ut reus ter in novem diebus citetur, ut pene omnes interpretes volunt: adeo ut temporis istius spatium Imbertus triduum dicitur: & male, cum triduum constet 27. diebus? An vero id significat: quod vulgo dicitur, citare per tres breves dies, ut vult Cuj. 20. obs. 11. 48 Citatio rei per triduum fiebat, sic tamen, ut per singulos dies ter adhuc citaretur, l. 7. supr. de in integr. voce praecens aut buccina, quae vocis similitudo est. Cuj. ibid. & 7. obs. 15. vid. Duaren. 1. dispt. 70. Novell. 125. cap. 5. Reus quo die adesse jubebatur citatus, Cicero 4. Verrina. & in divinatio.

De seruo defendendo.

11. MÆCIANUS lib. 10. de Judiciis Publicis.

Servus [etiam] per procuratorem domini æque, ac per dominum, defendi potest.

De personis adhibendis ab audituro custodias. De diebus feriatis. De innociis dimittendis, & nocentibus differendis.

12. MODESTINUS lib. 3. de pœnis.

Custodias auditurum tam Clarissimos Viros, quam patronos causarum, si omnes in civitate provinciæ, quam regit, agunt, adhibere debere, & feriatis diebus custodias audire posse rescriptum est: ita ut innocios dimittat, & nocentes, qui duriores animadversionem indigent, differat.

De morte accusatoris. 1. De procuratore, de absente.

13. PAPINIANUS lib. 15. Responsorum.

Accusatore defuncto, res ab alio, judicante Præfide provinciæ, peragi potest. §. 1. Ad crimen iudicii publici persequendum frustra procurator intervenit: multoque magis ad defendendum. sed excusationes absentium ex SC. iudiciis allegantur: & si iustam rationem habeant, sententia differtur.

De infamia.

14. IDEM lib. 16. Responsorum.

Generi servis a focero veneficii accusatis, Præfide Provinciæ partem calumniam intulisse pronuciaverat, inter infames patrem defunctæ non habendum respondi: quoniam, etsi publicum iudicium inter liberos de morte filiæ constitisset, citra periculum patris vindicaretur.

TIT. II.

DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

De muliere.

1. POMPONIUS lib. 1. ad Sabinum.

Non est permittum mulieri publico iudicio quemquam reum facere: nisi scilicet parentum liberorumque, & patroni, & patronæ, & eorum filii, filiæ, nepotis, neptis mortem exequatur.

De pupillis.

2. PAPINIANUS lib. 1. de Adulteriis.

Certis ex causis concessa est mulieribus publica accusatio: veluti si mortem exequantur eorum, earumque, in quos ex Lege

testimonium publicorum invitæ non dicunt. idem & in Lege Cornelia testamentaria Senatus statuit. Sed & de testamento paterni liberti vel materni mulieribus publico iudicio dicere permittum est.

§. 1. Pupillis ex consilio tutorum patris mortem, item pupillæ avi sui mortem exequi concessum est: Lege [autem] testamentaria. nam de patris quidem testamento pupillis agere D. Vespasianus permittit: sed quasi non exhibeantur tabulæ, per Interdictum possunt experiri.

De forma libelli. 1. De libello non legitime ordinato.

2. De subscriptione.

3. PAULUS lib. 3. de Adulteriis.

Libellorum inscriptionis conceptio talis est: Consul & dies apud Maevianum Prætorum, vel Proconsulem, Lucius Titius professus est se Maevianæ Lege Julia de adulteriis ream deferre; quod dicat eam cum Gaio Seio in civitate illa, domo illius, mense illo, Consulis illis, adulterium commississe. Utique enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est: & persona, cum qua admittum dicitur: & mensis. hoc enim Lege Julia publicorum cavetur: & generaliter præcipitur omnibus, qui reum alium deferunt. Neque autem diem, neque horam invitum comprehendet. §. 1. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur: & ex integro repetendi reum potestas fiet. §. 2. Item subscribere debet is, qui dat libellos, se professum esse: vel alius pro eo, si literas nesciat.

§. 3. Sed & si aliud crimen objiciat: veluti, quod domum suam præbuit, ut stuprum materfamilias pateretur; quod adulterum deprehensum dimiserit; quod pretium pro comperto stupro acceperit, & si quid simile: id ipsum libellis comprehendendum erit. §. 4. Si accusator deceperit, aliave quæ causa ei impedierit, quo minus accusare possit, & si quid simile: nomen rei aboletur, postulante reo. idque & Lege Julia de vi, & Senatusconsulto cautum est, ita ut liceat alii ex integro repetere reum: sed intra quod tempus videbimus. & utique triginta dies utiles observandi sunt.

Quibus accusare non licet.

4. ULPIANUS lib. 2. de Adulteriis.

Is, qui iudicio publico damnatus est, jus accusandi non habet, nisi liberorum vel patronorum suorum mortem eo iudicio, vel rem suam exequatur. Sed & calumnia notatis jus accusandi ademptum est. Item his, qui cum bestiis depugnandi causa in arenam

1 Adde l. 19. j. de pœnis. 2 Vide l. 2. C. de accusat. 3 Imo non potest.

vide Paul. s. sent. 16. §. 11. 4 Custodias, sunt nocentes, aut saltem accusati, in custodia coniecti. l. 6. sup. de offic. Procurs. 5 Clarissimi, id est, senatores. dixi ad l. 5. de curat. furiosa. 6 Hodie ex usu, & iusto communi, cum reus examinatur, patroni causarum non sunt presentes. vid. Clar. s. sent. 9. ult. qu. 45.

7 l. 9. in fin. sup. de feriis. Sueton. de Claudio Iovene. cap. 14. Jus, inquit, & Consul & extra honorem laboriosissime dixit, etiam suis suorumque diebus solennibus, nonnumquam festis quoque antiquitus & religiosis. An festis diebus recte supplicium de reo sumatur, alibi dicemus. 8 Duriores animadversione. vulg. Hal. 9 Vide l. 3. j. de accusat.

10 Procurator pro alio in causa capitali tam ad agendum, quam ad defendendum non admittitur. vide tamen Socin. reg. 122. & repetitionem Joannis Antonii Rubet, ad hunc §. Goth. Adde Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. §. 79. Boff. de crimin. tit. an in crimis. iud. quis pro absente inter. S. L. 11 Vid. l. 10. sup. h. t. & sic Procurator absentis nomine non est audiendus in criminalibus causis, in quibus poena corporalis, non pecuniaria, non relegatio, non privatio ab ordine aut officio imponenda est: & ita tenent omnes communiter. vid. Clar. s. sent. §. ult. qu. 32. Quid, si iudex de vulnere illato, & dubitaret, vulneratus inde mortuus sit, necne? Procuratorem sub conditione admitti, refert Alexander, pro admisso non habendum, si vulneratum poena moriatur. Clarus ait, causam criminalem ad tempus relinquendam, & de vulnere tantum agendum, nisi vulnus deliberato animo illatum capitaliter statuto puniendum sit: alias morte secuta novum & criminalem processum iudicari. §. sent. §. ult. quæst. 32.

12 Imo recte intervenit l. 3. C. de accusat. Goth. Vide Felinum ad e. multipliciter. ext. de accusat. Marianum Socinum ad e. veniens. n. 69. extr. de accusat. Carpoll. caus. 65. Et caut. 233. Alexandrum conf. 4. col. 1. lib. 6. Cornelium consil. 17. col. 3. Et consil. 273. lib. 3. Veron. consil. 46. Et 74. Ruinum consil. 5. col. 5. lib. 5. Rationem autem, quare procurator intervenire non possit in publico iudicio, habes apud Bonifacium de Vital. in tractat. mal. in Rubr. de procurator. nam. 10. Carpoll. consil. 45. n. 2. consil. 47. n. 3. Et cum pluribus seq. consiliis. Marfilium in præct. crimin. §. sequitur. n. 1. Et seq. Ant. de Cana. in tract. de excusationibus in 3. vol. Guidonem Papæ sing. 708. Jodoc. in præct. crimin. ver. c. 23. 24. Et 25. Ant. Rub. ad l. seruum quoque. §. publice, de procurat. Porcium lib. 5. conclus. Et reg. conclus. 39. ubi ponit ad hunc textum 12. ampliationes & 25. limitationes. Mol.

13 Multoque minus. 14 Absentem, reum criminis, procurator defendere non potest: potest tamen ejus nomine causas absentia proponere, non est procurator, sed excusator: non licet occupat, sed absentiam rei excusat. Potest opponere exceptionem loci non totæ, declinatorias, dilatorias, incompetentiam iudicis, & accusatoris: non eis, quibus poena evitatur. Clarus ex communi opinione. §. sent. §. ult. qu. 33. 15 Id est, excusationes admittuntur etiam sine mandato, & sibi illone de iudicato solvendo. Clarus ex communi opinione. §. sent. §. ult. qu. 33.

16 Forte legendum est patrem. lic enim Græci hanc Legem reddunt: si quem pater accusaverit de caue filii sui, & pronunciatum fuerit eum esse calumniatorem, non sit infamis. 60. Synopf. ex titul. 33. cap. 14. vel patris nomine licet hic intelligatur, ut qui patris vicem sustineat. 17 l. 2. C. de calumniatoribus. vide 5. Harmenop. 6. circa finem.

18 Lib. 9. C. 2. §. 9. C. Th. 1. Et 2. qu. 8. Et 5. Extravag. 1. criminalibus scilicet & qui possunt accusare criminaliter. 60. Eclog. 1. l. 9. C. 1. An hodie reus aliquis possit condemnari sine accusatore, dicam ad l. 6. §. 2. j. de maner. 19 l. ult. §. de privatis delictis. l. ult. sup. de fert. adde & de inquisitionibus & denunciationibus. §. 6. 1. Inscriptio & subscriptio est accusatoris libellus, quo profertur se reum deferre: Accusatio est id, quod eo libello continetur. Ordo accusationis ita breviter explicari potest. In causis criminalibus duobus modis proceditur, vel ex officio, vel ad instantiam partis, id est, reus ad poenam postulat, vel privati, vel iudicis facto. Privati, quoties factus reum accusat, & adversus eum se inferbit: Iudicis vero, quoties ipse iudex reum in flagranti crimine reperit. Clar. s. sent. §. ult. qu. 8. vel quoties reus, vel ab ipso reo, seu ab ipsa parte ostensa. Clar. ib. §. 10. vel a quovis alio hinc denunciatio. Clar. ib. §. 7. vel communi fama, cuius incerta est origo, §. 6. vel communi multorum testimonio deponente apud iudicem diffamatur. §. 9. Hæc omnia iudicis viam aperiunt ad inquisitionem faciendam. Facia inquisitione, sicut procurator accusat: est enim publicus accusator. Iste modus accusandi hodie obtinuit. Hinc autem regulam Sabinii observa, & Pomponii ad eam adducamur in verbo nisi. 21 Crimen capitale intendere. 22 Id est, nisi ex certis causis. l. 2. l. 8. l. 13. j. h. t. l. 6. l. 12. C. qui accusare. l. 6. sup. de popular. act.

23 Scurum appellatio venit parentis, liberi, patronus, patrona, ejusque liberi, ut hic. propingui. l. 11. j. eod. in quos ex Lege publicorum iudiciorum inviti testimonium dicere non cogimur, l. 2. j. eod. adde & quali parentes & quali liberos, socerum, soceram, & novercam, nurum, vitrum, privignum: adde & uxorem, & maritum. Potest enim uxor accusare homicidam, live interfectorem mariti, quod ex communi opinione tradit Clar. s. sent. §. ult. qu. 14. vers. prætoris dixi. vid. Petr. Gregor. 32. sentent. 13. 24 Exdem. 25 De Lege Julia publicorum iudiciorum dixi ad l. 4. sup. de testib. 26 Al. publicorum iudiciorum; hoc sensu: Mulieres in certis personis ex Lege publicorum iudiciorum testimonium non dicunt.

27 Infante majoribus, alias solus tutor accusat: suo an pupilli nomine, ut in l. 2. C. qui accusare? vid. Clar. s. sent. §. ult. qu. 14. & Petr. Gregor. 31. sentent. 14. 28 l. 5. sup. de oper. novo. An minoribus 25. annis? sic putat Cujac. 17. obs. 30. Negar Hugolinus, Jacobus de Ravenna, Petrus. Cynus. Jacob. Butricarius, Speculator, Bartolus: quia minores 20. annis cum publicis iudiciis testimonium non fuerunt. l. 20. sup. de testib. 29 Adde & quoties commodum eorum versatur. d. l. 5. l. 6. sup. de populario. act. 30 Scripturam in accusationibus exigi, & accusationem in scriptis fieri debere, num hæc Lex innuit? Bartolus ait, ut monui ad l. 1. C. de mandat. princ. Clarus ex communi usu & sileo sufficere ait, si verbali quærela per notarium scribatur. vid. Clar. s. sent. §. ult. qu. 12. Et vers. quæro, qua fit forma. 31 De Contum. & die die ut infr. eod. 32 Nomen iudicis interitur libello accusationis, ut sciatur, competens, necne, sit iudex. vide tit. C. de criminibus agi oportet. & Petr. Gregor. 32. sentent. 8. 33 Locus delicti commissi in capitalibus causis (adde & in criminalibus, in quibus agitur civiliter. vid. communem opinionem apud Clarum s. sent. §. ult. qu. 13. vers. dixi exprimentum.) exprimi debet, alias incerta redditur accusatio, & de ipso iure nulla, etiam si pars hujusmodi nullitatem opposuerit. vid. Clarum ibid. 34 Domus delicti commissi exprimens est libello criminali? Omnes ita existimant: adeo ut non sufficiat locus, vel platea, quamvis notoriam, exprimere. Clar. ibid. vers. est autem Ferrarient. in tit. de forma inquisitionis. §. in verbis qui coheret. 19. An locum immediatum, puta cubiculum exprimi oportet? vid. Ferrarient. ibid. in verbis in demo. 19. 35 Mensis & Consul, id est, mensis & annus delicti in criminali inquisitione, & inscriptione debet inferri, l. 16. C. de accusat. quemadmodum & in testamento, l. 2. §. 6. sup. testam. quemadmodum neutrum tamen parti adversæ edi debet. d. §. 6. l. 4. sup. de edendo. Novell. 47. cap. 1. de hora & die die ut infr. eod. Goth. Adde can. per scripta. §. caus. 2. quæst. 8. Damhoud. præct. civil. c. 130. num. 12. Boer. decif. 321. n. 2. 3. Ant. 36 Nomen accusati cur libello accusationis comprehendatur, vide Petr. Gregor. 32. sentent. 8. 37 Que & Lex publicorum simpliciter quoque dicitur, l. 2. sup. h. t. dixi plenius ad l. 4. sup. de testib. 38 Diem & horam delicti commissi nemo invitus accusatione complecti tenetur, nisi forte per omissionem diei reo inferretur letho. Quid enim, si reus potest probare die, qua de agitur, se alio loco, ac alibi fuisse? l. optimam. 14. C. de contrahend. stipulat. Quid, si mitius puniendum sit maleficium tali die commissum? diem his casibus adiciendum ex communi Doctorum opinione Ferraricus defendit in præf. titul. de inquisitione. ibid. in verbis Anno presentis. 17. & Clarus s. sentent. §. ult. quæst. 12. vers. dixi etiam. 39 Aliter quam in operis novi nominatione. l. 5. §. 1. sup. quod vi aut clam. 40 Quæro (quod hic Jurisconsultus omisit) an ad formam libelli criminalis necessario conclusio requiratur? utique, sed hæc tamen sufficit: Peto Titium puniri iuxta formam juris & statutorum. Clarus d. §. ult. quæst. 12. in fin. Ferrarient. titul. de inquisitione. §. 2. in verbis, Super quibus omni. 21. 41 Libellus quoties non rite conceptus est, abolvitur accusatus ab instanti iudice, etiam si libelli defectum non opponat. Bartol. hic. si inquisitio caret sua forma, reus non tenetur. Botius titul. de inquisitione. num. 74. Clarus s. sentent. §. ult. qu. 12. vers. dixi exprimentum. 42 Subscribere quid sit, & quid ex continetur, dicam ad l. 7. infr. h. t. 43 Novell. 73. c. 8. 44 Literas nescit, qui nescit eas pingere vel scribere. 45 Id est, aliud illud delictum complecti libello oportet. l. 9. C. h. t. An uno, seu eodem, an diverso? utique eodem: etiam si posterius delictum ex priori origine non habeat. Bartol. hic. Clarus s. sentent. §. ult. quæst. 13. vers. item quæro, nisi adversus plures agatur. Clar. ibid. vers. sed nunquid. 46 Vide quæ dixi ad tit. C. si reus vel accusator mortuus fuerit. 47 Eum, vulgat. Halonand. 48 Vel accusatore. Hæc est accusatio, & privata abolitio, quæ omnem agendi facultatem remittenti aufert, non alii. Publica abolitio parti læsæ jus agendi non aufert intra trigessimum diem. vide Paul. s. sentent. 17. §. 1. Et l. 1. C. de abolitionibus. 49 l. 11. in fin. infr. h. t. non eodem. l. 4. in fin. infr. ad SC. Turpill. 50 De quibus vide Cujac. 2. observat. 18. 51 Non tamen civitatem vel libertatem amittit. l. 9. §. 1. sup. de publ. iudic. 52 l. 9. infr. h. t. 53 Infamis de facto accusare potest Jure civili, non canonico. vide Clarum s. sentent. §. ult. qu. 14. vers. sciendum est casus. Infamis vero de jure non potest, l. 8. infr. h. t. l. 15. C. qui accusare. nisi annonæ accuset, l. 13. infr. h. t. vel majestatis. l. 7. infr. ad Legem Juliae majestatis. An suorum injuriam persequi potest? non stricto jure, sed ex æquitate tantum. 54 Bellarios intellige, non eos, qui ad bestias damnati erant, quos ἐπιδαρτίους vocat Apostolus, 1. Corinth. 4. vers. 9. Horum alii auctorati, alii vero suas operas ad depugnandas bestias locabant. Ulpian. 9. Collationis Legum Mosaicarum. Posteriorum meminit l. 3. §. 5. sup. de testib. Hi operas locabant spectaculo meridiano, & ob audaciam (de qua dicam ad l. 18. §. malignos. 17. infr. de manerib.) πειραζόμενοι, a Socrate in historia Ecclesiastica. audaces a Claudio: confectores a Suetonio in Augusto. & ad Eusebio, ubi tractat de Polycarpe nove. vide Scaliger. in quartum Manius. 55 Arena locus est, ubi certamina præbebantur, qui spargi arena solebat: Hinc locus ille celebris apud Nemausen. ses, seu arenas: & ille formule, in arenam se dare, l. ultim. sup. de fugitivis. in arenam depugnandi causa ad bestias introducti. l. 1. §. 1. sup. de adultis. Hinc rursus arenarius l. 38. sup. de operis libertor. arenarius testis. l. 21. §. 2. sup. de testib. Kit autem hæc arena Græcis ἀρένη. Theoph. §. 1. infr. de immol. stipulat.

intromissi sunt: quive artem ludicram 1, vel lenocinium 2 fecerint: quive pravaricationis 3 calumnieve 4 causa quid fecisse iudicio publico pronuntiatus erit: quive ob accusandum, negotiumve cui fa-

De servo adultero.

5. IDEM lib. 3. 6 de Adulteriis.

Servos 7 quoque adulterii posse accusari nulla dubitatio est. Sed qui prohibentur adulterii liberos homines accusare, iidem servos quoque prohibebuntur. Sed ex rescripto D. Marci etiam adversus proprium servum accusationem instituere dominus potest 8: post hoc igitur rescriptum accusandi necessitas incumbet domino servum suum. ceterum iuste mulier nupta praescriptione utetur.

De levibus criminibus.

6. IDEM lib. 2. de Officio Proconfulis.

Levia 9 crimina audire & discutere de plano 10 Proconfulem oportet: & vel liberare eos quibus obijciuntur, vel fustibus 11 castigare, vel flagellis servos verberare.

De subscriptione. 1. De cautione accusatoris. 2. An absolutus possit accusari. 3. De eo, qui calumniatus est, & de ejus filio. 4. De foro competenti.

7. IDEM lib. 7. de Officio Proconfulis.

Si cui crimen obijciatur, praecedere debet 12 [in] crimen subscriptio 13: quae res ad 14 id inventa est, ne facile quis profiliat ad accusationem; cum sciat inultam 15 sibi accusationem, non futuram.

§. 1. Cavent 16 itaque singuli 17, quod crimen obijciant, & praeterquam perseverant 18 se in crimine usque ad sententiam. §. 2. Hisdem 19 criminibus, quibus quis liberatus 20 est 21, non debet 22 Praeses pati eundem accusari: & ita Divus Pius Salvio Valenti rescripsit. Sed hoc utrum ab eodem, an nec ab alio 23 accusari possit, videndum est? Et putem, quoniam res inter 24 alios iudicatae alii non praedjudicant, si is, qui nunc accusator existit, suum dolorem persequatur, doceatque ignorasse se accusationem ab alio institutam: magna ex causa admitti eum ad accusationem debere. §. 3. Si tamen alio crimine postuletur ab eodem, qui in alio crimine eum calumniatus est: puto non facile admittendum eum, qui 25 semel calumniatus sit: quamvis filium accusatoris admitti oportere, aliam 26 accusationem instituentem adversus eum, quem pater accusaverat, D. Pius Julio Candido rescripsit. §. 4. Idem Imperator rescripsit servos ibi puniendos, ubi 27 deliquisse arguantur: dominumque eorum, si velit eos defendere, non posse revocare in provinciam suam; sed ibi oportere defendere, ubi deliquerint. §. 5. Cum sacrilegium admittitum esset in aliqua provincia, deinde in alia minus crimen: Divus Pius Pontio 28 Proculo rescripsit, postquam 29 cognoverit de crimine in sua Provincia admisso, ut reum in eam provinciam remitteret 30 ubi sacrilegium admittit.

Qui accusare possunt vel non.

8. MACER lib. 2. de Publicis judiciis.

Qui accusare possunt intelligemus 31 si 32 scierimus, qui 33 non possunt. Itaque prohibentur 34 accusare alii propter sexum 35, vel aetatem 36, ut mulier, ut pupillus. Alii propter sacramentum 37, ut qui stipendium merent 38. Alii propter Magistram 39, potestatemve, in qua agentes sine fraude in jus evocari non possunt. Alii 40 propter delictum proprium, ut infames 41. Alii propter turpem 42 quaestum, ut qui duo 43 iudicia adversus duos reos subscripta habent, nummosve ob accusandum, vel 44 non accusandum acceperint. Alii propter conditionem suam, ut 45 libertini 46 contra patronos 47.

1 l. 1. l. 2. in fin. l. 3. supr. de his, qui notant. 2 l. 1. l. 4. §. 2. supr. de his, qui notant. 3 d. l. 1. l. 4. supr. de pravaricationibus. 4 supr. h. t. §. d. l. 1. Semel perjurum, semper ceteri perjurum, hinc colligit Alciat. 2. praesumpt. 10. adde c. 8. de regul. jur. in text. 5 vide l. 6. infr. ad Legem Jul. repetundarum. 6 lib. 1. Cujac. 6. observation. 17. in fin. 7 l. 12. §. 3. j. h. t. l. 26. C. ad leg. Jul. de adulter. adde Gaium l. Institut. 3. in fin. 8 Apud quem iudicem? Praefectos urbi, Romae; Praefides in provinciis. l. 1. §. 8. supr. de officio Praefecti urbi. l. 24. in fin. supr. de pignorat. l. 9. supr. de manumiss. 9 Levia crimina de plano possunt audiri & discutiri. 10 De plano quid est? an sine scripto? an sine inscriptione? an sine scrupuloso procedendi modo? an sine scripto? vide Novell. 17. cap. 3. 11 Fustibus liberi, flagellis servi verberantur. l. ultim. supr. de injuriis. l. 12. infr. de jure fisci. 12 l. ultim. supr. de privat. delict. l. ultim. supr. de furtis. Hodie non est necessaria subscriptio: ut infr. dicam. proxime infr. h. t. 13 Inscriptio est ipsa accusatio scriptis comprehensa: subscriptio est approbatio eorum quae inscriptione continentur. 14 An hoc promissit accusator, se perseveraturum ad finem usque litis? §. 1. j. hic. l. 3. C. qui accusasse deprehendatur? quod postremum confirmatur voce inultam. infr. l. ultim. C. h. t. ibi: similitudo supplicii. l. 2. C. de fid. instr. ibi: discrimen periculi Legis Cornelia: quod hodie consuetudinario iure non est necessarium. Ferrarialis in forma inquisitionis. 52. num. 1. in fin. Clarus §. sentent. §. ultim. quae 12. subintelligitur enim id ex Legis dispositione. Utique nulla sit in crimine subscriptio, sola libelli oblatio talionis offerentem tacite adstringit. Clarus ibid. versic. de Jure autem crucis. 15 Propter poenam talionis scilicet vide supr. cod. 16 Cautionem de crimine obijciendo, & de perseverando in lite, observa. 17 Accusatores. 18 l. 7. C. qui accusare non possunt. 19 Paul. 1. sent. 6. §. 1. 20 Pure scilicet, quia non commisit crimen, secus si liberatus sit tantum, quod crimen probatum non fuerit, sive iudicium criminaliter, sive civiliter motum fuerat, sive etiam processum ex vera denunciatione vel inquisitione, quia inquisitio loco accusationis habetur; reluctantem tamen Jure canonico, quod usus separavit. Clarus §. sent. §. ult. qu. 57. versic. sed haec quidem. Et sequent. Non idem est, si in foro penitentiali reus absolutus sit. Foteit enim & in foro iudiciali postea accusari, & contra. Non idem quoque si accusator pravaricatione absolutus est. Non idem est etiam si secundus accusator primam accusationem ignoravit. v. Clar. ibid. 21 An idem si semel punitus? utique. vid. Clar. d. qu. 57. si transactum? vide l. 18. C. de transact. si gratiam a magistratu obtinuit? vid. l. 2. C. de jus voc. & Clar. d. qu. 57. 22 Quia qui iterum accusat, manifestus est calumniator. arg. l. 1. C. Theod. de calumniatoribus. Hinc illud: de eodem delicto saepius non est querendum. 23 Puta filio. Paul. §. sent. 6. §. 2. vide tit. C. res inter alios acta. 24 De ea re dixi superius. 25 Semel malus, semper malus praesumitur. l. §. 6. j. de re militari. c. 8. de regul. Jur. in 6. vid. Socin. reg. 39. 26 Non eandem. Paul. ibid. d. §. 2. 27 Vide l. 2. C. ubi de criminibus. vid. l. 28. §. 15. infr. de penis. 28 Pontio Proconfuli. vulg. 29 Iudex primum processum expedire prius debet, quam majoris criminis causa reum ad alterum iudicem remittat. Bart. 30 De remissione, vid. Theflaur. decis. 90. Guidon. Pap. decis. 202. n. 5. Jul. Clar. §. final. qu. 39. num. 1. Ant. 31 Quo argumento, vel unde? a partium remotione. Privatio praesupponit habitum; versic. videam. infr. de his, qui sunt sui. contrariorum uno cognito cognoscitur & aliud. 32 Omnibus accusare permittum est, qui non sunt prohibiti. 33 Vide l. ad Herenn. 34 Restringe hanc regulam ex l. 11. infr. h. t. 35 Nisi suam suorumque injuriam persequantur. l. 1. supr. h. t. l. 12. C. qui accusare. vid. P. Gregor. 32. syntagm. 13. 60. Ed. 1. ex tit. 34. cap. 1. 36 Vide Gregor. d. lib. 14. Cujac. 17. obs. 30.

9. PAULUS lib. 5. Sententiarum.

Alii propter suspicionem 48 calumnia, ut illi qui falsum testimonium subornati dixerunt.

10. HERMOGENIANUS lib. 6. Juris Epitomarum.

Nonnulli propter paupertatem 49, ut sunt qui minus quam quinquaginta 50 aureos habent.

2. An delatum ab alio deferre alius possit.

11. MACER lib. 2. de Publicis judiciis.

Hi tamen omnes, si suam 51 injuriam exequantur 52 mortemve propinquorum 53 defendant, ab accusatione non excluduntur.

§. 1. Liberi libertique non sunt prohibendi, suarum 54 rerum defendendarum gratia, de facto 55 parentum patronorumve 56 queri: veluti si dicant, vi se a possessione ab his expulsos, scilicet non 57 ut crimen eis intendant, sed ut possessionem recipiant. Nam & filius non quidem prohibitus est de facto matris queri, si dicat, suppositum ab ea partum, quo magis coheredem haberet: sed ream eam Lege 58 Cornelia facere permittum ei non est. §. 2. Ab alio delatum alius deferre non potest: sed eum, qui abolitione publica 59, vel privata interveniente, aut desistente accusatore, de reis 60 exemptus est, alius deferre non 61 prohibetur.

Qui non possunt accusari. 2. Si quis de duobus reis queratur.

3. De servo accusato.

12. VENULEIUS [SATURNINUS lib. 2. de Judiciis publicis].

Hos accusare non licet 62: legatum Imperatoris, id est, Praesidem provinciae, ex sententia 63 Lentuli 64 dicta Sulla & Tironem Consulibus. Item legatum Provincialem ejus duntaxat criminis, quod ante 65 commiserit, quam in legationem veniret. Item Magistratum populi Romani: eumve, qui reipublicae causa abfuerit 66, dum non retractanda 67 Legis causa abest. §. 1. Hoc beneficio etiam in reos recepti uti possunt, si abolitione 68 interveniente repeti se non debere contendant, secundum epistolam D. Hadriani ad Glabionem Consullem scriptam. §. 2. Lege 69 Julia judiciorum publicorum cavetur, ne eodem tempore de duobus 70 reis quis quereretur, nisi suarum injuriarum causa 71. §. 3. Si servus 72 reus postulabitur 73, eadem 74 observanda sunt, quae si liber esset, ex Senatusconsulto Cotta & Messala Consulibus. §. 4. Omnibus autem Legibus 75 servi rei sunt, excepta Lege Julia de vi privata 76: quia ea Lege damnati partis tertiae bonorum publicatione puniuntur: quae poena in servum non cadit. Idemque dicendum est in ceteris Legibus, quibus pecuniaria poena irrogatur; vel etiam capitis 77, quae servorum personis non convenit, sicuti relegatio 78. Item nec Lex Pompeja paritidii: quoniam caput primum eos adprehendit, qui parentes, cognatosve aut patronos occiderint, quae in servos, quantum ad verba pertinet, non cadunt: sed cum natura 79 est communis, similiter & in eos animadvertetur. Item Cornelia injuriarum servum non debere recipi reum, Cornelius Sulla auctor fuit: sed durior ei poena extra ordinem imminetur.

Ad Legem Juliam de annonam.

13. MARCIANUS lib. 1. de Publicis judiciis.

Mulierem propter 80 publicam utilitatem ad annonam 81 pertinentem audiri a Praefecto annonae deferentem, D. Severus & Antoninus rescripserunt. Famosi quoque accusantes sine ulla dubitatione 82 admittuntur. Milites 83 quoque qui causas alienas deferre non possunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accusationem admittendi sunt. Servi quoque deferentes audiuntur 84.

37 Militare. vid. l. 2. infr. de veteranis. 38 Id est, ut milites: quod tamen hodie locum non habet. vid. quae notavi ad l. 8. C. qui accusare. 39 Cur ita constitutum? vid. P. Greg. 32. syntagm. 15. 40 Id est, qui ex delicto aliquo sunt infames. vid. 6. Eclog. 10. ex tit. 34. c. 9. 41 Vide l. 4. supr. h. t. 42 Cur hi turpi quaestu duci dicuntur? quia accusatoribus & deatoribus olim praemia constituta, quorum dulcedine ad accusandum pelliciebantur. de quo scripti ad l. 2. infr. de jure fisci. 43 l. 12. §. 2. infr. h. t. l. 16. C. qui accusare. 44 l. 4. in fin. §. h. t. l. 6. j. ad leg. Jul. repetundar. 45 Ut filii circa parentes, libertini contra patronos. vulg. Hal. adde l. 5. C. ad leg. Corn. de falsis. Imo liberi adversus parentes criminis accusationem institueri possunt. arg. l. 7. supr. de injur. 46 l. ult. C. qui accusare. 47 Excipe l. 38. §. 9. infr. ad leg. Jul. de adulter. 48 l. ult. C. qui accusare. 49 l. 3. supr. de testib. Pauperes hodie non repellit ab accusatione pauperem honeste fidei & vitae. vid. Clar. §. sent. §. ult. qu. 14. versic. sed hic etiam quero. 50 l. Harm. 6. Pauperes habentur, qui minus quam quinquaginta aureos habent, id est, qui rem minorum quam quinquaginta sesteriorum millia. Cuj. 17. obs. 30. in fin. adde Novell. Constantini Porphyrogenetae nisi ἀνάξιον τὴν τιμὴν ἐπιτιμῶν. 4. vid. Cujac. Novell. 15. in fin. Porro de privilegiis pauperum vid. Cornelium Benincasium in tractat. de privilegiis pauperum. 51 l. 4. supr. h. t. 52 Id est, persequantur: id enim verbum ecclesiasticum significat. l. 1. §. 1. supr. de privat. delict. §. 1. infr. de publ. jud. 53 Fuga frastrum. adde l. 5. supr. de injur. 54 Atqui non possunt relictui adversus parentes. l. ult. C. qui & advers. quos. 55 Id est, adversus facium. An & pro parentibus accusare possunt? Clarus ait, etiam spiritualibus & illegitimis: sed & pro matre. Clar. §. sent. §. ult. qu. 14. in fin. 56 Vasalli querelam adversus factum domini admitti, hinc potest colligi. An & eum criminis accusare potest vasallus? Interpretes aiunt, si modo civiliter agat. Clar. d. quae 14. versic. sed quero. 57 l. 5. C. ad leg. Corn. de falsis. 58 De supposito partu. 59 Alia est abolitio publica, alia privata: haec ab accusatore, illa vel a Principe, vel a senatu indulgetur. vide Cuj. apud Paul. §. sent. 17. §. 1. 60 Sic Cicero Verrina de signis. ablentem de reis eximit. 61 l. 3. in fin. supr. h. t. 62 Imo adversus hujusmodi personas postulare licet. l. 32. in fin. j. ad leg. Jul. de adulteris. accusari etiam possunt, maxime si de furto earum agatur. Clar. §. sent. §. ult. quae 6. versic. praeterea. 63 Sententia hic non est iudicis, sed senatoris in Senatu dicta. de qua vide Cujac. 6. obs. 30. 64 De quo vide Cuj. d. loco. 65 Legatus ex delicto in legatione commisso accusari & puniri potest. 66 l. 15. §. 1. infr. ad leg. Jul. de adulteris. 67 Detrectandi leges. vulg. Hal. 68 Abolitio criminis facit, ne reus pro eodem delicto ab alio accusetur. vide l. 1. C. de abolitionib. 69 De qua scripti ad l. 4. supr. de testibus. 70 Imo id licet, l. 16. C. qui accusare. quae res movit Cujac. ut hic legat, ne de tribus reis. 6. obs. 12. quod non abhorret a l. 6. in fin. infr. ad leg. Jul. de adulter. 71 Tunc enim non ducitur avidia tate quaerit: sed dolore tantum & indignatione. 72 l. 6. supr. h. t. 73 Accusabitur. 74 Imo non eadem, sed longe alia. l. 16. §. 3. infr. de penis. 75 Criminibus. 76 De vi pecuniariter. ita Graeci. 77 Id est, status. l. 23. §. 2. supr. de adilit. 78 Imo servi relegari possunt. l. 2. supr. qui & a quib. manumiss. l. 2. C. de sepulchro violato. 79 Id est, jus naturae. vid. l. 44. §. 3. supr. de ritu. l. 32. infr. de regul. jur. 80 Nota restrictionem l. 1. supr. h. t. 81 l. 3. in fin. infr. ad leg. Jul. de annonam. vid. P. Gregor. 32. syntagm. 13. 82 In superiori causa scilicet. & ita restringit l. 4. §. 8. supr. h. t. 83 l. 8. C. qui accusare. & ita coarctat l. 8. versic. alii propter sacramentum. supr. h. t. 84 Dominos scilicet annonam adstantes. l. 53. supr. de judiciis. l. 1. infr. ad leg. Jul. de annonam.

De concurrentibus accusationibus.

14. PAULUS lib. 2. de officio Proconsulis.

Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret.

De turba.

15. ULPIANUS lib. 56. ad Edictum.

In eum, cujus dolo malo hominibus coactis damni quid datum esse dicatur, non debet cogi actor, ommissa actione civili, crimen intendere.

Si plures velint accusare.

16. IDEM lib. 2. de officio Consulibus.

Si plures existant, qui eum in publicis judiciis accusare volunt: iudex eligere debet eum, qui accuset, causa scilicet cognita, aestimatis accusatorum personis, vel de dignitate, vel ex eo quod interest, vel aetate, vel moribus, vel alia iusta de causa.

De seruo accusato.

17. MODESTINUS lib. 6. Differentiarum.

Si servum dominus in crimine capitali defendit, sistendum fatidato promittere iubetur.

Si accusare prohibitus non appellavit.

18. IDEM lib. 17. Responforum.

Cum Titia testamentum Gaii fratris sui falsum arguere minaretur, & solemniter accusationis non implevit, intra tempus a Praefide praenitum, Praefes [Provinciae] iterum pronunciavit non posse illam amplius de falso testamento dicere. adversus quas sententias Titia non provocavit, sed dixit se post finitum tempus de irrito testamento dicere. Quaro, an Titia, quae non appellavit adversus sententiam Praefidis, possit ad falsi accusationem postea reverti? Respondit, nihil aperte proponi, propter quod adversus sententiam auctoritatem de falso agens audienda sit.

De heredibus. 1. Ne compellatur accusator plures reos facere.

19. CALLISTRATUS lib. 5. de Cognitionibus.

Divi Fratres rescripserunt non debere cogi heredes accusatorum exequi crimina. §. 1. Item non oportere compelli accusatorem plures reos facere, D. Hadrianus rescripsit.

De heredibus, de iure alienandi vel manumittendi.

20. MODESTINUS lib. 2. de Pœnis.

Ex iudiciorum publicorum admittis non alias transeunt adversus heredes pœnae bonorum ademptionis, quam si lis contestata, & condemnatio fuerit secuta: excepto repetundarum, & maiestatis iudicio, quae etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, ut bona eorum fisco vindicentur: adeo ut D. Severus & Antoninus rescripserint, ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse. Ex ceteris vero delictis pœna incipere ab herede ita demum potest, si vivo reo accusatio mota est, licet non fuit condemnatio secuta.

De crimine suspenso.

21. PAPINIANUS lib. 15. Responforum.

Capitis reus, suspenso crimine, causam fisco deferre non prohibetur.

1. l. 41. in fin. j. de panis. 2. Id est, aestimationibus & pœnis. 3. Civilis actio ante criminalem potest intendi. l. 7. §. 1. sup. de iniuriis. l. vii. C. quando civilis actio. 4. Reponendum Proconsulis. ut l. 6. sup. 5. Vide Cicero. de divinatione in Verrem. 6. Omnia ita observabatur propter Legem talionis, quae huiusmodi accusationes impedit. Contigit enim, unius mortem plurium morti ex aequo non respondere. Hodie plures simul accusare possunt, si tamen eorum interit, vel communis officii, vel iniuriae communis ratione: tunc tamen coguntur uno & eodem libello accusare. vid. Clar. 5. sent. §. ult. q. 13. Idque magis in Gallia servatur, in qua accusator privatim tantum damnus seu interesse persequitur, regis & fisci procuratoribus publicam vindictam interim persequentibus. vid. Imbert. in Enchiridio. in verb. accusat. vid. l. 18. sup. de test. tut. l. 41. §. de damnis. l. 3. in fin. sup. de popul. act. 7. Quid, si pari gradu vel dignitate sint? Omnes admittuntur. l. 3. §. 9. sup. de sepulchris. 8. l. 12. §. 3. sup. h. t. l. 2. C. h. t. l. 2. inf. de custodia. l. 11. sup. tit. proxima. 9. Iudicio fisco & quoties id res exigit. l. 2. C. h. t. 10. De quibus vid. l. 3. sup. h. t. 11. l. 7. C. qui accusare. l. ult. C. ut intra certum tempus. 12. Imo cogendi videntur. l. 11. in fin. C. de accusat. l. 40. sup. pro socio. praesertim si de homicidio & caede agitur. Bartol. hic. & in l. 15. sup. h. t. Bald. in d. l. 11. quod tamen communi usu & tenent non observari refert Clar. 5. sentent. §. ult. q. 15. vers. item quaro. 13. Curia? vid. l. unie. C. ut nemo invitus. 14. Pœna bonorum ademptionis in publicis iudiciis, in quibus neque his contestata, nec sententia secuta est, non transeunt ad heredes, l. 1. sup. de privat. delictis. nihil videtur esse aliis effectus vid. apud Hocom. 3. obs. 29. 15. Utique reus ex delicto fuerit condemnatus, si tamen is mortuus fuerit intra tempora appellationis praesentia, heredes eius appellare possunt. vid. l. 6. C. si reus vel accusator. heredibus bona defuncti non auferuntur, et si non appellaverint. Accus. & Dynas. imo auferuntur, debent enim appellare. Jacob. de Ravenna. Cynus. Larr. 17. Exceptionem regum superioris observat. adde l. ult. inf. ad l. Jul. peculat. l. 2. C. de apofat. 18. l. 2. inf. ad leg. Jul. repetundarum. 19. Glossa & Doctores excipiunt crimen peculatus, de residuis, haereseos, αραξιας, desertæ militiæ, & alia. 20. Repetundarum & maiestatis rei a momento criminis admittis, nihil alienare nec manumittere possunt. vid. l. 5. §. 4. C. ad l. Jul. majest. adde l. 15. sup. de donat. Goth. vid. Gomez. var. resolut. lib. 3. c. 2. num. 2. Farinac. de crimine las. majest. quest. 113. in fin. 2. num. 87. Anf. 21. Sub privatis & civilibus. 22. Lite cum defuncto in civili crimine contestata, pœna ab herede incipere possunt. 23. Id est, si contestata est. v. sup. h. t. 24. Id est, non habita ratione criminis. 25. Imo prohibetur. arg. l. 6. C. de procurat. vid. Grandin. tract. de maleficiis. rubr. ubi puniatur delinquens. 27. Quia pœna? an sui territorii, vel delicti? vide quae notavi ad tit. C. ubi de criminibus. 28. Forum quis loquitur ratione criminis. Ubi quis deliquit, ibi puniri potest. l. 11. inf. de custodia. l. 1. C. ubi de criminibus. Nov. 134. c. 5. 29. l. 9. inf. de custodia. l. pen. C. de iurisdic. l. 1. C. ad exhib.

30. L. 9. C. 4. & 9. C. Theod. 3. & 60. synopf. 35. cap. 12. Carcerum varia sunt genera, de quibus tradat P. Gregor. 31. Contagium. 32. Et de transmittendis reis. L. 9. C. 3. & 9. C. 14. 2. sentis tunc est: quando mitti reos in custodiam oporteat, vel militibus tradi, vel hœrejuribus, vel libere committi. 60. Eclog. 11. 32. Vide Ruardum lib. 3. varior. c. 12. Manuorum ac arbit. iud. cas. 303. & 305. Boliium de carcere & tit. de carcerat. fideiuss. commut. 33. Sic Augustin. in Joannem. Receptionis, inquit, in custodia pro meritis causarum adhibentur, alios jubentur custodire licetores humano & iuris officio atque iustis: alii traduntur optantibus (id est, carcerum custodibus. vide l. 6.

De foro competenti.

22. IDEM lib. 16. Responforum.

Alterius provinciae reus apud eos accusatur & damnatur, apud quos crimen contractum ostenditur: quod etiam in militibus esse observandum optimi Principes nostris generaliter rescripserunt.

TIT. III.

DE CUSTODIA ET EXHIBITIONE REORUM.

De aestimatione Proconsulis.

1. ULPIANUS lib. 2. de officio Proconsulis.

De custodia reorum Proconsul aestimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi. Hoc autem vel pro crimine, quod obijcitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personae, vel pro dignitate ejus, qui accusatur, facere solet.

De seruo. 2. Ne quis ex pluribus causis accusetur vel in jus vocetur.

2. PAPINIANUS lib. 1. de Adulteriis.

Si servus capitali crimine postuletur, Lege publicorum cavetur, Ut sistendum vel ab extero fatidato promittatur: quod si non defendatur, in vincula publica conjici iubetur, ut ex vinculis causam dicat. §. 1. Solet itaque tractari, an postea domino permittendum sit, oblata satisfatione servum suum vinculis liberare? dubitationem auget Edictum Domitiani, quo cautum est, abolitiones ex Senatusconsulto factas ad huiusmodi servos non pertinere. Nam & lex ipsa prohibet eum absolvi, priusquam de eo iudicetur. Sed hæc interpretatio perdura, & periculum severa est in eo, cujus dominus absens fuit, vel quod per inopiam illo momento temporis satisfationem implere non potuit. Neque enim pro indefenso derelictus recte dici potest, qui dominum praesentem non habuit: vel habuit paratum defendere, pauperem tamen: quod utique facilius admitti poterit, si non post longum temporis spatium hoc desideretur. §. 2. Qui exhibendi postulati sunt, propter aliam causam alterius criminis, quod ante admittum est, rei non recipiuntur ex Senatusconsulto. Quod in privatis quoque [causis], & hominibus sub fideiussore factis observatur: nisi ex hoc temporalis actio in peculium cadat.

De eo, qui paratus est dare fideiussores.

3. ULPIANUS lib. 7. de officio Proconsulis.

Divus Pius ad Epistolam Antiochenisum Graece rescripsit, non esse in vincula conjiciendum eum, qui fideiussores dare paratus est: nisi si tam grave scelus admisisse eum constet, ut neque fideiussoribus, neque militibus committi debeat: verum hanc ipsam carceris pœnam ante supplicium sustinere.

De pœna fideiussoris.

4. IDEM lib. 9. de officio Proconsulis.

Si quis reum criminis pro quo satisfecit, non exhibuerit: pœna pecuniaria plechitur. puto tamen, si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. sed si neque in cautione, neque in decreto Praefidis certa quantitas comprehensa est, ac ne consuetudo ostenditur, quae certam formam habeat: Praefes de modo pecuniae, quae inferri oporteat, statuet.

De reo confesso.

5. VENULEIUS [SATURNINUS lib. 2. de iudiciis publicis].

Si confessus fuerit reus, donec de eo pronuncietur, in vincula publica conjiciendus est.

J. de bon. damnat.) alii mittantur in carcerem: & in ipso carcere, non omnes, sed pro meritis causarum in una carceris detrahuntur. v. Cujac. hic. 34. Quod raro fieri jubet Trajanus apud Plin. 10. epist. 30. 31. 35. Fideiussoribus accusatus committi potest arbitrio iudicis causis inspectis. vid. l. 3. inf. h. t. 36. Quae in dubio praesumitur. Alciat. 4. de verb. signific. 37. Lex Julia publicorum iudiciorum. vng. recte: de eo dixi ad l. 4. sup. de testib. 38. Hinc & ex l. 25. sup. de SC. Silianian. colligit Clarus 5. sent. §. ult. q. 26. servum sub fideiussoribus non relaxari. 39. l. 25. §. 1. sup. de SC. Silianiano. 40. l. 16. inf. ad SC. Turpil. 41. Defensionem servi sui dominus omisisse eo solo non intelligitur, quod absens sit, vel quod pauper eum defendere non poterit. 42. Pro indefenso derelictus non habetur, qui dominum praesentem non habet; vel praesentem, sed tamen pauperem, ut defendere alium non possit. 43. Pauperi domino servum iudicio non defendenti succurritur. 44. Nominibus, vulgat. & ita legendum putat Brissonius in parerg. inf. & male. Graeci ita legunt, επι τῶν ταῖς ἀποκαταστάσεσιν αἰτίας, ἢ τῶν ὑπὸ τῶν ἰσχυρῶν γινόμενων ἀποκαταστάσεων homines sub fideiussore facti dicuntur Graeco more, qui satisfare iudicio sibi promiserunt: ut reus sub custodia officii factus. vide l. 1. C. ad SC. Turp. vide Cuiac. 8. observ. 30. 45. Idoneus, l. 5. sup. qui satisf. l. 16. C. de dignitatib. immobilium possessores. vide l. 15. sup. qui satisf. non suppositos alienae iurisdictioni, Clar. 5. sent. §. ult. quest. 46. vers. pone, quod Papiensis alias iudex, qui non idoneus admittit, tenetur ad pœnam solvendam, quam fideiussor promittit. Quid dicendum, si reus per inopiam & paupertatem nullis fideiussores dare potest? relaxandum sub juratoria cautione negant interpretes, nisi leviter accusatus sit, vel parum gravatus: & fideiussor is inops iudici appareat, non simplici rei iuramento, sed iniquitate facultatum ejus habita. Clarus ibid. Quid, si vice versa reus sit vir illustris, & valde locuples? Juratoria cautioni civili iure committitur, l. 19. C. de dignit. non consuetudine. vid. Clar. ibid. vers. sicut autem Goth. An & quando actioni ex delicto fideiussor accedere possit, & carcerati datis fideiussoribus & vinculis relaxandi sint, v. Menoch. de arbitrar. iud. cas. 303. Guidon. Pap. quest. 278. & Anton. Math. de criminib. lib. 48. tit. 14. c. 2. n. 14. 15. L. 48. Quid, si appellatur? non obstante appellatione deducitur, & ita communi stylo observari refert Clarus 5. sentent. §. ult. quest. 46. 47. Ubiunque pro crimine impositur pœna corporalis, reus non est sub fideiussoribus relaxandus: ubi vero non impositur corporalis, non est carceribus mancipandus, si fideiussorem offert. & ita servari refert Clar. d. quest. 46. vers. in hac autem. 48. l. 2. C. h. t. Imo carcer non est inventus ad pœnam, sed ad custodiam, l. 9. §. 9. inf. de panis. 49. Quid, si reus sit mortuus? fideiussor non tenetur. vide l. 25. in fin. C. de fideiuss. Hinc colligere possis, fideiussorem rei in id se obstringere, ut ad omnem iudicis petitionem, & ut usus loquitur, toties quoties &c. (sublato usu) antepen. C. de fideiuss. quae reo spatium sex mensium concedebat, Clarus ibid. licet Bart. videatur velle, ut prius renuncietur beneficio dicitur Legis reum exhibeat: num simpliciter, ut sit securus, cum primum accusator id, quod sua interest consecutus fuerit? usus obtinuit fideiussorem etiam teneri reum exhibere in causa appellationis, idque sub certa quadam & definita pœna pecuniaria, an corporali? usum non est receptum. Clarus d. quest. 46. Potest etiam index praeter fideiussores ita acceptos, a reo cautionem exigere de accusatore non ostendendo. Clarus ibid. quest. 147. 50. Cui hæc pœna applicatur? Fisco, & ita consuetudine observatur. Clar. ibid. 51. Fideiussor dolo reum non exhibens, extra ordinem puniatur. 52. Vide Guidon. Pap. decis. 278. l. 13. sup. ad l. signat. 53. Quam interri oporteat. vulgat. quae inferri debent. Halsand. 54. Confessus crimen non continuo statim puniatur: secus si per tententiam damnatus sit. de quo vide Socin. reg. 70. 55. Aut convictus. l. 2. C. de exhib. reis. Hinc collige reum post suam confessionem vinciri posse. 56. Ea merito id additum est, si quidem confessio viam aperit iudici ad maiorem iniquitatem. Clarus ibid. Confessus non continuo pro damnato habendus ex eo solo, quod crimen sit